


CARTULARIUM MONASTERII SANCTI JOHANNIS BAPTISTE DE COLECESTRIA.

VOL. II.



colchester, Engl

Cartularium

Monasterii Sancti Johannis Baptiste

de

Colecestria.

FROM THE ORIGINAL MANUSCRIPT IN THE POSSESSION OF THE

RIGHT HON. EARL COWPER, K.G.

EDITED BY

STUART A. MOORE, F.S.A.

VOL. II.

LONDON:
PRINTED AT THE CHISWICK PRESS,
TOOKS COURT, CHANCERY LANE.
1897.

CARTULARIUM

MONASTERII SANCTI JOHANNIS BAPTISTE

DE

COLECESTRIA.

Incipit liber tertius in nomine domini nostri Jesu Christi.

De quadam terra in Londoniis supra Tamisie ripam.

NOUERINT omnes tam presentes quam futuri quod Johannes filius Andree Bucceunte concessit monachis de Colecestria terram quandam apud Londonias que est supra ripam Tamisie juxta terram ipsorum monachorum ex parte occidentali ad tenendum inperpetuum de ipso et de heredibus suis post eum. reddendo inde singulis annis .v. solidos. medietatem inde infra Octabas Pasche et aliam medietatem infra Octabas Sancti Michaelis pro omni seruitio et consuetudine. hoc tenore quod debet eis eam warantizare contra omnes homines. et quod nec ipse Johannes nec heredes sui quicquam in ea amodo possint clamare exceptis predictis .v. solidis. Pro hac uero conuentione tenenda dederunt monachi ipsi Johanni et uxori sue duos bisantios de gersuma astantibus et presentibus his subscriptis testibus ex parte monachorum Baldewino clerico et Reinaldo presbitero et Teodrico filio Deremanni et fratre ejus et Eadwino Alderman. et Heardingo Baceler et Geruasio de Cornhella. et Eadmundo telario. et Eadwardo. et Alwrico. et Leowino. et Ricardo Quac.

et Ricardo filio presbiteri. et Ricardo de Heddam. et Hugone marescallo. et Magistro Albrico. et Goscelino.

Idem Johannes de quadam mansura in Londoniis.

SAPIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Andree Bucceunte dedi et concessi et presenti carta confirmaui Baldewino clerico patris mei et magistro meo mansuram illam quam Estrilda de Gloecestria tenuit et Wlgarus Wdemangerus post eam in custodia Blacstani. pro seruitio quod patri meo et michi fecit et pro anima ejusdem patris mei. quietam de omni re et seruitio preter .I. denarium quem inde reddet de socchagio. et uoluntatem suam inde faciat sicut de re propria. Testibus Waltero archidiacono et Ricardo presbitero. et Wlfwardo clerico et Rannulfo uicecomite et Hunfrido Buccaunta. et Willelmo filio Stephani. et Liefwino carbonario. et Eadwino filtorario. et Rogero filio Suanilde.

Idem de quadam terra in Londoniis juxta Walebroch.

SAPIANT presentes et futuri quod Johannes filius Andree Bucceunte et Adela uxor ejus concesserunt Baldewino presbitero Sancti Stephani et heredibus Baldewini de se et de heredibus suis illam terram in parochia Sancti Stephani juxta Walebroc. in qua erat fornax Andree Bucceunte patris sui et ejus postea in feudo et hereditario jure inperpetuum ad tenendum. reddendo inde singulo anno .v. solidos ad .II. terminos anni. scilicet .xxx. denarios infra Octabas Nativitatis Domini et .xxx. denarios infra Octabas Sancti Johannis Baptiste. Ita etiam dico quiete et libere tenendum quod Johannes predictus neque Adela uxor ejus nec aliquis eorum heredum jam amplius poterunt quicquam de illa terra habere ultra .v. solidos constitutos ut supra diximus. Pro hujus conuentionis concessione dedit Baldewinus Johanni et Adele uxori ejus .xx. solidos de gersuma. Hujus conuentionis testes sunt Walterus frater archidiaconi. Geminianus clericus. Symon clericus de Sancto Stephano. Rogerus socius ejus. Johannes filius Werri. Willelmus grandis. Thomas filius ejus. Godefridus filius Johannis.

Magister Eraclius de eadem terra juxta Walebroch.

SCIANT presentes et futuri quod ego Magister Eraclius filius Baldewini presbiteri diuine pietatis intuitu cum consensu Terricii filii Fulchredi et aliorum amicorum meorum et parentum dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et conuentui ejusdem loci terram meam super Walebroc in uilla Londoniarum et in porochia Sancti Stephani cum toto jure quod ad eandem pertinet liberam et quietam ab omni seruitio. saluo censu .v. solidorum quos de eadem terra debent annuatim predicto Terricio filio Fulchredi uel heredibus suis pro omnibus seruitiis reddendos ad duos terminos. dimidietatem ad Natale Domini infra Octabas et alteram dimidietatem ad festum Sancti Johannis Baptiste similiter infra Octabas. Hanc itaque donationem et concessionem feci pro salute anime mee et predecessorum meorum et successorum et hac mea carta confirmaui. Cujus donationis paginam ne alicujus rei euentu inposterum possit adnullari: hujus sigilli mei appositione roborare curaui. Testibus his Johanne Bucceunte. Willelmo filio Sabeline. Henrico filio Ailwine. Osberno clerico. Jacobo de Walebroc. Hereberto presbitero. Osberno de Claketune. Benjamin clerico. Alexandro filio Osberni. Willelmo mareschallo. Waltero dispensatore. Henrico filio Herui. Ricardo de Boitune. Waltero de Sartrino. Rogero de Andeuile. Ricardo Mareschal. Thoma filio Willelmi. Herueo Plaitere. et multis aliis.

Terri filius Fulchredi de eadem terra.

SCIANT presentes et futuri quod ego Terri filius Fulchredi concessi et dimisi et hac carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus terram super Walebroc ad occidentem que jacet inter terram Pagani de Walebroc et terram Warini capellani. quam Baldewinus quondam capellanus Sancti Stephani tenuit de me in feudo et hereditate. et post eum Eraclius filius ejusdem Baldewini similiter in feudo et hereditate. quam etiam idem Eraclius dedit

et concessit predicte ecclesie Sancti Johannis et monachis sicut liberum feudum suum. tenendam de me et heredibus meis libere et quiete et honorifice finabiliter. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis .v. solidos pro omnibus seruitiis et rebus ad duos terminos scilicet .xxx. denarios ad Natale Domini infra duodecimum diem et .xxx. denarios ad festum Sancti Johannis Baptiste infra Octabas sine omnibus causis. Hanc autem terram garantizabimus ego et heredes mei predicte ecclesie Sancti Johannis et monachis ejusdem loci contra omnes homines et omnes feminas pro predicto seruitio. Ita quod neque ego neque heredes mei amplius inde exigere possumus. Pro hac uero concessione et confirmatione dedit michi Osbernus abbas de pecunia ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie .xv. solidos de gersuma. Hec autem concessio et dimissio facta fuit in pleno Hustingo ciuitatis Londoniarum. Hiis testibus Radulfo de Cornelle. Henrico filio Ailwini. Jozelino presbitero Sancti Dunstani. Johanne filio Herlicon. Galaram. Roberto camerario. Radulfo filio Ade. Willelmo Afaite. Galfrido Blundo. Petro Bukerel. Gilberto Daneis. Willelmo filio Alani de Aldemannesberi. Roberto Brand. Roberto clerico. Osberto de Claketune. Alexandro filio ejus. Helya de Sancto Clemente. Petro clerico. Martino de Flestede. et aliis multis.

Remissio cujusdam redditus in Londoniis.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes filius Terrici filii Fulcredi dedi concessi remisi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et monachis Sancti Johannis Baptiste de Colecestria quatuor solidos et octo denarios de annuo redditu quem habebam et recipiebam per manum Godhe uxoris Aluredi de terra que jacet inter terram Johannis Domesofte uersus orientem et terram Godith la Gablere uersus occidentem juxta fluuium Thamense in parochia Sancti Dunstani juxta Billingesgathe in puram et perpetuam elemosinam. Ita tamen quod de redditu illo et de feudo illo nullum habeam retenementum michi uel heredibus meis uel alicui de cognatione mea. Et est sciendum quod ego Johannes et heredes mei qui post me uenerint hanc predictam elemosinam predictis abbati et monachis

monasterio Sancti Johannis Colecestrie debemus warantizare contra omnes homines et feminas. et ad hanc warantizationem faciendam obligaui predictis abbati et monachis per juramentum et fidei interpositionem pro me et heredibus meis omnes terras meas et redditus quos habeo infra ciuitatem Londoniarum et extra in hac forma. quod si per defectum mee warantizationis istam elemosinam uel partem ejus amiserint. ille mee terre et redditus cedant in proprietatem dictorum abbatis et monachorum : vt autem hec mea donatio concessio remissio et presentis carte mee confimatio firma et stabilis in posterum persueret sigillo meo confirmaui. His testibus Eadulfo Steperank tunc aldermanno. domino Hugone de Greneford. Hugone capellano Sancti Dunstani. Johanne Bataille. Petro Albo. Johanne de Grenewiz. Willelmo filio Rogeri de Blankesapeltone. Radulfo fratre suo. Reimundo de Selford. Johanne de Charros et aliis.

Matheus Mantel de domibus et tenementis in Londoniis.

SCIANT presentes et futuri quod ego Matheus Mantel uendidi et in pleno Hustingo Londoniarum quiete clamaui de me et omnibus heredibus meis sine aliquo retenemento michi uel meis abbati Osberno et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et conuentui ejusdem ecclesie domos meas terram et mesagium que tenui de predicta ecclesie in uilla Londoniarum et totum jus quod habui in illis. similiter tenementum illud quod tenui de domino Rege in eadem uilla. saluo annuo seruitio quod debet. scilicet quatuor denariis reddendis ad Pascha floridum pro omnibus seruitiis. Similiter et totum tenementum illud quod tenui in eadem villa de Canonicis Sancte Trinitatis Londoniarum. et totum jus quod habui in illo. saluo annuo seruitio quod terra illa debet. scilicet duobus solidis pro omni seruitio dimidiam ad Pacha et dimidiam ad festum Sancti Michaelis. Similiter et tenementa illa tota que tenui de Hospitale Sancti Egidii et de Hospitale Sancti Jacobi. et totum jus quod hubui in illis. saluis annuis seruitiis que illa debent. scilicet hospitali Sancti Egidii duodecim denariis ad festum Sancti Michaelis reddendis. et hospitali Sancti Jacobi octodecim denariis similiter reddendis ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis. Hec autem

omnia ut supradiximus predictis abbati et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie uendidi et in pleno Hustingo Londoniarum quiete clamaui de me et omnibus meis finabiliter. et ultimum denarium in predicto Hustingo inde recepi. Ego uero et heredes mei predicta tenementa omnia predicte ecclesie Sancti Johannis contra omnes homines et feminas secundum legem ciuitatis Londoniarum warantizabimus. Hoc autem factum fuit coram domino Henrico maiore Londoniarum ciuitatis et Willelmo filio Isabel. et Willelmo filio Alulf vicecomitibus. Hiis testibus Magistro Jordano de Turre. Gilberto Dacon. Stephano Blundo. Magistro Jozelino. Radulfo diacono. Waltero aldermano. Stephano Longo. Colemer pessuner. Nordmanno. Rogero de Blanchesspelton Symone de Cimiterio Sancti Dunstani. Radulfo filio Ade. Rogero Dux. Constantino filio Frombaldi. Willelmo filio Reiner. Henrico fratre ejus. Willelmo filio Sabine. Galfrido Roueheie. Rogero filio Alani. Osberno dapifero.

Quieta clamatio canonicorum Sancte Trinitatis de quodam redditu in Londoniis.

VNIUERSIS sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit. Ricardus prior et conuentus ecclesie Sancte Trinitatis Londoniarum salutem. Sciatis nos remisisse et inperpetuum quietum clamasse abbati et conuentui Sancti Johannis de Colecestria totum illud tenementum quod ipsi tenuerunt de nobis in Londoniis in parochia de Stanenetha per duos solidos annuos. et quicquid juris habuimus in predicto tenemento et in predictis duabus solidatis annui redditus sine aliquo retenemento. habendum dictis abbati et conuentui finabiliter. et in hujus remissionis et quiete clamationis testimonium fecimus eis hoc scriptum communi sigillo ecclesie nostre signatum. Radulfo Steperanc aldermanno. Hugone Taber. Reimundo de Selford. Ricardo de Manstune. Nicholao Perdico. Petro Blundo. Roberto fratre Martini. Turgisio. Hugone Janitore. testibus.

Remissio fratrum Hospitalis Sancti Egidii de quodam redditu in Londoniis.

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum peruenerit Galterus dictus Magister fratres et sorores hospitalis infirmorum Sancti Egidii extra Londonias salutem. Sciatis nos remisisse et inperpetuum quietum clamasse abbati et conuentui Sancti Johannis de Colecestria totum illud tenementum quod ipsi tenuerunt de nobis in Londoniis in parochia Sancti Dunstani per duodecim denarios annuos. et quicquid juris habuimus in predicto tenemento et in predictis duodecim denariatis annui redditus sine aliquo retenemento. habendum dictis abbati et conuentui finabiliter. Et in hujus remissionis et quiete clamationis testimonium fecimus eis hoc scriptum cum sigillo nostro signatum. Hiis testibus Andrea Bukerel. Rogero Duce custodibus illius hospitalis tunc temporis. Petro Blundo aldermanno illius Garde. Radulfo Sperlinge. Johanne Hany. Liddulfo. Reimundo de Selford. Roberto Blundo. Waltero de Chigewelle. Gotefrido de Hauekestune. Bartholomeo filio Roysie. et aliis.

Remissio Hospitalis Sancti Jacobi de quodam redditu in Londoniis.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Rogerus Magister et fratres et sorores hospitalis Sancti Jacobi Londoniarum juxta Westmonasterium salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu et uoluntate concessisse et quiete clamasse pro nobis et successoribus nostris inperpetuum abbati Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentui et eorum successoribus redditum decem et octo denariorum quem nobis reddere solebant annuatim de quadam corrigia terre que jacet inter feodum ipsorum abbatis et conuentus et feodum Rogeri Blundi in venella que uocatur Mengene lane in parochia Sancti Dunstani uersus Turrim Londoniarum et totum jus et clamium quod in illa terra habuimus uel habere potuimus. Pro hac autem concessione et quieteclamatione dederunt nobis predicti abbas et conuentus quadraginta solidos sterlingorum. Nos uero et successores nostri predictum redditum dictis abbati et con-

uentui et eorum successoribus contra omnes gentes inperpetuum warantizabimus. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum capituli nostri apposuimus. Hiis testibus domino Reynero de Bunge. Petro Blundo aldermanno. Laurentio de Frowyk. Alexandro Ferun. Rogero Blundo. Lydulfo. Teotonico. Magistro Radulfo de Arcubus. et aliis multis.

Rogerus de Piro de quodam homine et suo tenemento in Stratfordia juxta Londonias et quodam prato.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Rogerus de Pyro et uxor mea Yda concessimus et donauimus Magistro Eracleo Godwinum piscatorem cum omni suo tenemento scilicet .ix. acris quas de nobis tenuit in Stratfordia. Et nos ipsum Goduuinum cum suo tenemento et omni suo seruitio quod nobis debuit clamamus liberum et quietum et absolutum antedicto Magistro Eracleo. tenendum libere et quiete et hereditabiliter. ita quod memoratus Godwinus neque nobis neque nostris heredibus tenebitur ulterius respondere de tenemento suo uel seruitio. Preterea concessimus et donauimus eidem Magistro Eracleo .ii. acras prati in proximo prato ante domum supradicti Godwini. reddendo nobis uel heredibus nostris annuatim pro toto supra dicto tenemento .i. libram piperis ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio. Hanc autem donationem fecimus ei et presenti carta confirmauimus ego Rogerus de Pyro et uxor mea Yda pro labore suo et seruitio quod michi fecit et uxori mee Yde in sua egritudine de cujus feodo istud tenementum surgit. Testes sunt Magister Gregorius. Reimundus de Haia. Osbertus de Claketune. Gualterus de Haia. Guillelmus filius Hugonis. Andreas filius Gualteri. Magister Robertus de Sancto Clemente. Magister Willelmus de Newecherche. Alexander filius Osberti de Claketune. et Johannes frater Alexandri. et Randulfus draparius.

Donatio Magistri Eraclii de eisdem homine et tenementis.

NOTUM sit tam presentibus quam futuris quod ego Magister Eraclius filius Balduuini presbiteri diuine pietatis instinctu commonitus dedi et concessi Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et conuentui ejusdem loci in puram et perhennem elemosinam Godwinum piscatorem cum toto tenemento suo quod tenuit de Rogero Piro et Yda uxore ejus in Stratfordia scilicet .IX. acris terre cum aliis duabus acris prati in proximo prato ante domum supradicti Godwini adjacentibus. quod etiam tenementum cum Godwino predictus Rogerus et uxor ejus Yda pro labore meo et seruitio michi assignauerunt et donatione solempniter facta carta sua michi confirmauerunt. Hanc igitur donationem feci memorate ecclesie et conuentui Sancti Johannis Baptiste Colecestrie pro salute anime mee et predecessorum meorum et successorum et hac mea pagina confirmaui. et hoc meo sigillo roboraui. Hiis testibus Osberno de Claketune. Benjamin clerico. Alexandro filio Osberni. Waltero dispensatore. Ricardo filio Herui. Henrico filio Herui. Ricardo de Boitune. Radulfo Mareschallo. Willelmo filio Osberni. Radulfo portario. Waltero de Sartrin. Rogero de Andeuilla. Alexandro Pincerna. Elya. Stephano. Hugone sumelario. Herueo Plaitere. Johanne clerico. Thoma filio Willelmi. et multis aliis.

Confirmatio Rogeri de Piro de eisdem rebus.

NOTUM sit presentibus et futuris quod ego Rogerus de Piro et Ida uxor mea concessimus et confirmauimus presenti carta Deo et Sancto Johanni et monachis Colecestrie donationem quam Magister Eraclius eis fecit scilicet totum tenementum Godwini piscatoris quod tenuit de nobis in Stradfordia. nominatim nouem acras terre et duas acras prati in proximo prato ante domum supradicti Godwini. ut teneant monachi predictum tenementum liberum et quietum ab omni terreno seruitio in perhennem elemosinam. Preterea dedimus eis seruitium quod predictus Eraclius nobis solebat facere scilicet unam libram piperis reddendo per annum. Dedimus etiam insuper

eis acram prati predictis duabus acris adjacentem liberam et quietam in perpetuam elemosinam. Hanc itaque elemosinam tam in donatione quam in confirmatione fecimus pro animabus nostris et pro animabus antecessorum nostrorum et successorum. et ejus amore qui omnia tribuit. et nobis potest retribuere uitam eternam in secula seculorum. Amen. Testes sunt Magister Eraclius. Osbertus senescallus. Willelmus clericus abbatis. Willelmus marescallus. Walterus de Sartrino. Walterus de Hereford. Walterus dispensator. Henricus filius Hereui. Lucas. Helias. Ricardus Ursus. Stephanus. Ailmarus de Sartrino. Robertus filius Lefwini. Hugo.

Ida Trichet de quodam redditu in Stratfordia.

Sciant presentes et futuri quod ego Ida Trichet in viduitate mea et in legia potestate mea concessi et presenti carta confirmaui ecclesie Sancti Johannis Baptiste et monachis ibidem Deo seruientibus octo solidatos terre ad Straford juxta Lundonias quam Symon Rufus tenuit de eis de feudo meo. habendam et tenendam ipsis abbati et monachis in puram et perpetuam elemosinam. Ad hujus autem elemosine concessionem et confirmationem susceperunt me abbas et monachi in sororem et participem omnium spiritualium bonorum que fiunt in ecclesia Sancti Johannis. et decem solidos de pecunia ecclesie Sancti Johannis michi dederunt. Et hanc concessionem et confirmationem contra omnes homines et feminas. ego et heredes mei debemus eis warantizare. Hec autem carta facta fuit tempore domini Regis Johannis anno quinto. Hiis testibus Willelmo de Haia. Waltero de Haia. Alexandro filio Osberti. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Reimundo filio Galfridi. Ricardo filio Radulfi. Nicholao dispensatore. Radulfo de Hauekestune. Pagano. Jacobo. Ricardo hominibus abbatis. et aliis.

De predicto tenemento de Straford et terra de Hegham.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Rogeri de Pirou concessi et presenti carta confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis de

Colecestria et monachis ejusdem loci totum tenementum quod tenent in Hecham de feudo meo. et octo solidatas terre quam Symon Rufus tenet in Brembelega juxta Strafordiam. Quare uolo quod predicti monachi habeant et teneant prenominata tenementa in puram et perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni seruitio et exactione a me et heredibus meis. Propter hanc concessionem et confirmationem susceperunt me predicti monachi in fratrem et participem omnium spiritualium beneficiorum que fient perpetuo in illo monasterio. Hiis testibus Alexandro filio Osberti. Magistro Waltero. Johanne fratre suo. Magistro Waltero de Risendona. Theobald de Feringes. Ricardo de Mulesham. Johanne filio Radulfi. Symone filio Marciani. Ricardo filio Gileberti. Reimundo filio Gaufridi. et multis aliis.

Willelmus de Piro de redditu de Strafordia.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Rogeri de Pirou concessi et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et monachis ejusdem loci octo solidatas terre quam Symon Rufus tenet in Brembelega juxta Straford. Quare uolo quod predicti monachi habeant et teneant prenominatum tenementum in puram et perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni seruitio et exactione a me et heredibus meis. Propter hanc concessionem et confirmationem susceperunt me predicti monachi in fratrem et participem omnium spiritualium beneficiorum que fient perpetuo in illo monasterio. Testibus his Radulfo Gernun. Ricardo de Seynges. Symon de Insula justiciariis domini regis itinerantibus apud Colecestriam. Alexandro filio Osberni. Hugone de Boxstede. Ricardo de Gosfeld militibus. Symone filio Marciani. Johanne vicecomite. Ricardo filio Marciani. Nigello de Hauekestune. Willelmo de Heyngeham. Thoma Spigurnel. Hugone. Galfrido. Roberto Burnew' et multis aliis.

Willelmus de Munteni de quodam tenemento in Lundoniis juxta Ebbegate.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Munteni concessi et dedi et presenti carta confirmaui Symoni filio Marciani totum tenementum meum et quicquid habui in ciuitate Londoniarum juxta Ebbegate. scilicet uiginti solidatos redditus quos Ernisius filius Hugonis de me tenuit. tenendum illi et heredibus suis de me et de heredibus meis libere et quiete. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis duodecim denarios pro omni seruitio et exactione. Hanc autem concessionem et donationem feci predicto Symoni pro seruitio suo. Ego uero et heredes mei warantizabimus predicto Symoni et heredibus suis totum predictum tenementum contra omnes homines tam masculos quam feminas. Testibus hiis Radulfo de Cornhelle. Henrico filio Ailwini. Willelmo de Hauerhelle. Henrico filio Reiner. Galfrido Blundo. Johanne Bucceunte. Galfrido Bucuinte. Henrico priore Sancti Botulfi de Colecestria. Willelmo de Haia. Juliano de Haia. Reginaldo filio Willelmi. Waltero de Haia. Ricardo de Peltendone. Ricardo filio Gileberti. Osberto camerario. Johanne filio Radulfi. Willelmo filio Gileberti. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Galfridi. et aliis.

Michael Capra de eodem tenemento et redditu.

SCIANT presentes et futuri quod ego Michael Capra concessi et presenti carta confirmaui Symoni filio Marciani et heredibus suis concessionem et donationem quam Willelmus de Muntenei fecit eidem Symoni de viginti solidatis redditus in ciuitate Lundoniarum juxta Ebbegate. Hanc autem confirmationem et concessionem ei feci petitione Willelmi de Muntenei. Saluo tamen seruitio meo quod retinui scilicet duodecim denariis per annum. Testibus hiis Henrico priore Sancti Botulfi de Colecestria. Radulfo priore de Ginges. Willelmo de Munteni. Michaele fratre suo. Willelmo de Haia. Waltero fratre suo. Rannulfo de Haia. Rannulfo de Pasci. et aliis.

Quieta clamatio de .xii. denariatis redditus.

Omnibus has litteras uisuris uel audituris H. prior de Ginges et canonici ejusdem loci salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos quietum clamasse Symoni filio Marciani et heredibus suis et suis assignatis redditum duodecim denariorum quem idem Symon nobis solebat reddere annuatim de domo Ernisi Tenturarii in villa Londoniarum sine aliquo retenemento nobis uel successoribus nostris. Et in hujus facti testimonium presenti scripto sigillum capituli nostri apposuimus. Hiis testibus Magistro Willelmo vicario de Hoilonda Thoma de Estrate. Radulfo capellano. Willelmo persona ecclesie Sancte Marie.

Donatio Symonis de predicto redditu.

Sciant presentes et futuri quod Symon filius Marciani concessit et dedit et presenti carta cirographata confirmauit Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ibidem Deo seruientibus uiginti solidatos redditus quos Petrus Bukerel debuit ei annuatim de tenemento quod idem Petrus de eo tenuit juxta Ebbegate in Londoniis. habendos et tenendos imperpetuum. reddendo inde annuatim illi et heredibus suis tres solidos et octo denarios. scilicet medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis. Idem vero Symon et heredes sui debent warantizare predictum redditum sepedictis abbati et conuentui contra omnes homines. Hiis testibus Willelmo de Haia. Waltero de Haia. Huberto de Munechansi. Michaele de Munteni. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Galfridi. Ricardo filio Gileberti. Reimundo filio Galfridi. Thoma de Estrate. Thoma filio Radulfi. Petro filio Hugonis. Ricardo et Alexandro filiis Marciani. Nicholao dispensatore. Radulfo de Hauekestune. et multis aliis.

Cyrographum de cartis de predicto tenemento.

Uniuersis qui has litteras uiderint uel audierint Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie salutem. Noueritis uniuersi nos habere cartam Willelmi de Munteni et cartam Michaelis Capre ex liberatione Symonis filii Marciani de uiginti solidatis redditus in Lundoniis quos jam dictus Symon nobis dedit et quos idem Symon et heredes sui nobis tenentur warantizare. Et predictas cartas predicto Symoni uel heredibus suis habere faciemus si opus fuerit ad warantizationem nostram sine malo ingenio. Hoc presenti carta cyrographata testificamur. His testibus Alexandro filio Osberti. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Marciani. Reimundo filio Gaufridi. Nicholao filio Gaufridi. Thoma Mareschallo. et multis aliis.

De .i. mansura et quatuor acris terre in Colecestria.

Jordanus de Bures concessit et obtulit super altare Sancti Johannis Baptiste Colecestrie unam mansuram terre ad Hetham et quatuor acras terre prope Wicam Canonicorum. illas scilicet quas Edwinus de Estgate quondam tenuerat. ut abbas et monachi Colecestrie teneant easdem acras et eandem mansuram in liberam et perhennem elemosinam sine omni terreno seruitio et sine retentione alicujus calumpnie ulterius faciende uel ab ipso Jordano uel ab aliquo suorum. Et hanc elemosinam fecit pro salute anime sue et pro animabus patris et matris sue et pro salute omnium ad se pertinentium et pro fraternitate ecclesie Sancti Johannis Baptiste ut ipsa ecclesia libere faciat de predicta elemosina quod sibi placuerit sicut melius facere potest de qualibet alia sua possessione. Testes fuerunt Prior Sancti Botulfi. Johannes et Godefridus canonici. Radulfus de Walcre et Wibernus et Alexander presbiteri et Radulfus capellanus. Willelmus filius Alfei. et Adgarus. et Ricardus et Willelmus nepos prioris Sancti Botulfi. Actum et traditum anno domini m°. c.lv.iiii. Idus Januarii.

De quadam terra et redditu ad Eldebethe.

Notum sit presentibus et futuris quod Anschetillus filius Hugonis de Mescinges dedit Deo et Sancto Johanni et monachis Colecestrie terram quandam que fuit de ejus patrimonio et jacet ad Ealdehethe que etiam solebat ei reddere .v. solidos census annui ad quatuor terminos. Illam terram et illum redditum dedit Anschetillus. monachis in perhennem et liberam elemosinam cum suis pertinentiis et auxiliis hominum ita quiete et plene et ita libere ab omni terreno seruitio uersus omnes homines nisi tantummodo unum obolum in anno ad Wardpeni: sicut ipsemet umquam quietius et plenius et liberius tenuit. Hanc donationem fecit Anschetillus cum consensu et uoluntate Willelmi fratris et heredis sui et ambo obtulerunt illud tenementum super altare Sancti Johannis. Et monachi predicte ecclesie concesserunt ei fraternitatem et participationem omnium beneficiorum ecclesie sue intus et foris sicut uni de suis. et ad obitum ipsius dicet pro eo quisque sacerdos missam unam et reincipiet tricenarium: et ceteri psalmos. Aut si rationabiliter petierit: traderit ei ad obitum habitum monachi. Dederunt etiam ei in caritatem quadraginta solidos. et Willelmo botas. Testes fuerunt harum conuentionum Picotus. Willelmus filius Benedicti de Colecestria. Reginaldus filius ejus. Edgarus de Colecestria. Picotus de Colecestria. Turstanus portarius. Walterus et Humfredus et Radulfus homines abbatis.

Item de eadem et quibusdam aliis terris.

Aschetillus de Mescinges filius Hugonis omnibus hominibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis quod ego concessi et presenti carta confirmaui Deo et Sancto Johanni et monachis Colecestrie terram illam quam Ædgarus Treissolz tenuit de feudo meo in hundredo de Colecestria. et solebat se defendere pro quinque acris in Hyda Hardechin. Dedi etiam eis terram quam tenuit Pullehare de feudo meo. et unam acram quam tenuit Euerardus Goldechin que jacet sub bosco monachorum. et est de

ipso feudo. Confirmo etiam totam terram de meo patrimonio que jacet ad Eldehethe eisdem monachis. ut teneant illam libere et quiete ab omni terreno seruitio uersus omnes homines per unum obolum in annum de Wardpani. Harum terrarum omnium et reddituum donationem feci ego Anchetillus consensu et uoluntate Willelmi fratris mei et ambo obtulimus illa tenementa super altare Sancti Johannis pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum et successorum nostrorum. Et monachi predicte ecclesie concesserunt michi fraternitatem et participationem omnium beneficiorum ecclesie sue. Et monachi preter antedictos quinquaginta solidos dederunt michi de nouo dimidiam marcam et Willelmo fratri meo .xii. denarios. Hiis testibus Magistro Reimundo. Adgaro Treissolz. Osberto de Çlaketune. Ricardo de Lundoniis. Radulfo de Hereford. Alexander filio Osberti. Osberto de Hereford.

Elias camerarius de quibusdam terris et mesagiis in Colecestria.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Elias camerarius salutem. Nouerit uniuersitas uestra me donasse et hac carta mea confirmasse pro salute anime mee et omnium predecessorum meorem et successorum elemosinarie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie quinque solidatas terre inperpetuum libere et quiete tenendum. scilicet quoddam pratum quod est juxta gardinum hospitalis quod tenuit Elice filia Adam presbiteri pro .xiiii. denariis. et quoddam mesagium ibi juxta quod tenuit Adricus Stec pro .xii. denariis. et quoddam mesagium de terra Caldel quod Robertus dispensator de me tenuit pro decem denariis. et unum crofte Alamilande cum graua que appellatur Frideislond pro .xvi. denariis. et unam terram juxta ecclesiam Sancte Helene pro .viii. denariis quam tenuit de me Adam Locheharm. Testes sunt Gaufridus filius Benedicti. Osbertus frater Helye. Gaufridus filius Willelmi Brun. Reinaldus filius Willelmi. Walterus de Sartrino. Walterus dispensator. Alexander portarius. Willelmus Mareschal. Anselmus cocus abbatis. Helias et Ailmarus de Sartrino.

De quibusdam mansuris datis ad elemosinariam.

WALTERUS DE BELGRANT et uxor ejus Isilie omnibus amicis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos pro Dei amore et pro salute animarum nostrarum dedisse de nostro feudo et jure ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria ad meliorationem elemosine ipsius loci. scilicet tertiam partem mansure que fuit Adrici filii Reu. et mansuram que fuit Gilleberti Fullonis juxta Seherdam. ut proficiant perhenniter ad elemosinam libere et quiete de omnibus secularibus seruitiis ad nos uel ad nostros successores pertinentibus: nisi de recognitione .VI. denariorum annuorum reddendorum nobis uel nostris heredibus quamdiu uolumus eos suscipere. medium ad Pascha. medium ad festum Sancti Michaelis. Pro ista concessione dederunt monachi in caritate michi quidem .III. solidos et uxori mee .XII. denarios. Hiis testibus Alexandro presbitero. Ada et Nicholao filio Brun Magistro Reimundo. Osberto de Claketune. Waltero de Bercwei. Waltero Sartario.

De eisdem rebus et remissione .xv. denariorum et oboli.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ysilia filia Roberti de Sedeuant concessi et dedi et quieteclamaui et hac presenti carta mea confirmaui elemosinarie Sancti Johannis Baptiste .xv. denarios et obolum quos michi consueuerat elemosinarius reddere annuatim de terra et feodo et de mansuris quas emerant a filiis Edricii filii Raw ad emendationem elemosinarie et sustentamentum pauperum. Et hoc feci pro salute anime mee et pro salute antecessorum meorum et heredum meorum et successorum. Et requiro heredes meos et successores meos ut warantizent et manuteneant predictam elemosinam paruam et puram et perpetuam quam pro salute anime mee et eorum concessi. Precor itaque dominum meum Regem et omnes justiciarios ejus ut pro salute Regis et pro eorum salute manuteneant hanc elemosinam. His testibus Rogero presbitero. Willelmo marescallo. Waltero de Sartrino. Roberto Pistore. Roberto filio Turstani. Thomas de Hereford. Thoma filio Turstani. et multis aliis. Et Radulfo janitore. et

Mauricio. Henrico de Campo. Ailwardo presbitero. Osberto Pellipario. Alexandro dispensatore et aliis.

De terra Pullebare.

SCIANT presentes et futuri quod ego Isilia filia Roberti de Setuanz concessi et hac mea presenti carta confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ejusdem loci terram quam Willelmus Pulehare aliquando de me tenuit de Soka Hann. tenendam de me finabiliter. reddendo michi inde de seruitio per annum quatuor denarios pro omnibus seruitiis ad duos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis duos denarios et ad Pascha duos denarios. Et uolo ut cum obiero habeat et teneat predicta ecclesia predictam terram quietam et liberam sine omni seruitio in perpetuam elemosinam pro salute anime mee et omnium predecessorum meorem et successorum sicut illam quam bene donare potui sicut de meo libero maritagio. Hanc concessionem et confirmationem illo modo quo supra scribitur debeo ego et heredes mei et successores hereditatis mee predicte ecclesie et monachis imperpetuum warantizare contra omnes homines et omnes feminas. Testibus Osberno senescallo. Hamone gros. Elya clerico. Willelmo marescallo. Radulfo de Hamertune. Adam Selfode. Alexandro. Roberto. Lidman. et aliis.

De terra Pullebare et .ii. denariatis redditus.

SCIANT presentes et futuri quod ego Isilia de Setuans filia Roberti de Setuans intuitu amoris Dei do cum corpore meo et hac presenti carta confirmo Deo et Sancto Johanni Baptiste Colecestrie et monachis ejusdem loci terram quam Alexander Pulehare tenuit de me. et duos denarios inperpetuum quietos clamo illis monachis quos solebam habere de terrula quadam in curtilagio illorum. ut habeant et teneant predicti monachi in puram et perhennem elemosinam. Hanc donationem et quieteclamationem feci pro salute mea et omnium predecessorum meorum et successorum. et warantizare debeo ego et heredes mei post me contra omnes homines et

omnes feminas. Testibus his. Osberno dapifero. Alexandro filio ejus. Willelmo fratre ejus. Alexandro. Elya de Sancto Clemente. Hamone grosso. Roberto de Mellent. Radulfo portario. Waltero de Sartrino. Roberto Dunning. Roberto Lidman. Waltero Ruddoc. Martino de Berqueia. et aliis multis.

De mesagio Stanhardi Fullonis et terra adjacente.

Sciant presentes et futuri quod ego Isilia filia Roberti de Setuans do et concedo et presenti carta confirmo cum corpore meo Deo et Sancto Johanni Baptiste Colecestrie et monachis ejusdem loci in puram et perpetuam elemosinam mesagium Stanardi Fullonis cum terra que illi mesagio adjacet de feudo meo. ut habeant et teneant predicti monachi libere quiete et honorifice inperpetuum. Hanc donationem feci pro salute mea et omnium predecessorum meorum et successorum et warantizare debeo et heredes mei post me contra omnes homines et omnes feminas. His testibus Jordano de Ros. Ricardo de Gosfeld. Osberno dapifero. Alexandro. Willelmo. Osberno filiis ejus. Hamone grosso. Elya de Sancto Clemente. Roberto de Mellent. Waltero de Sartrino. Radulfo do Hamertone. Martino de Bercqueia. Alexandro dispensatore. Roberto Dunning. Roberto Lidman. et aliis multis.

De duabus acris terre de Alswenemere.

Reginaldus filius Willelmi omnibus hominibus suis et amicis tam Francis quam Anglicis salutem. Sciatis me concessisse et dedisse Willelmo de Andeuilla filio Tihelli terram meam de Alswenemere quicquid ibi habeo. scilicet .ii. acras terre .i. uirga minus. tenendam ille et heredes sui de me et heredibus meis libere et quiete. reddendo inde annuatim pro omni seruitio .xii. denarios. scilicet .vi. denarios ad Pascha et .vi. denarios ad festum Sancti Michaelis. Pro hac concessione et donatione Willelmus predictus dedit michi .vii. solidos de gersama : et hanc terram debeo ego Reginaldus filius Willelmi et heredes mei warantizare Willelmo et heredibus suis contra omnes homines. Hanc concessionem et donationem sigilli mei munimine

confirmaui. Testibus his. Osberno dapifero Sancti Johannis de Colecestria. Galfrido filio Benedicti. Waltero dispensatore. Willelmo clerico. Willelmo marescallo. Waltero de Sartrino. Rannulfo filio Osberti. Radulfo de Hamertune. Symone filio Marciani. Ricardo fratre suo. Alexandro filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Osberto camerario. et multis aliis.

Item idem de eadem terra de Alswenemere.

SCIANT presentes et futuri quod ego Reginaldus filius Willelmi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et elemosinarie Sancti Johannis Colecestrie terram de Alswenemere que mea fuit. quam Willelmus de Andeuilla de me et heredibus meis tenuit jure hereditario. sicut carta mea testatur quam eidem Willelmo dedi et hereditarie confirmaui. Et quia memoratus Willelmus in extremis laborans in testamento suo omne jus suum quod habuit hereditarium in terra illa Deo et elemosinarie prefate in loco heredis libens et uoluntarie reliquit: ego Reginaldus et heredes mei confirmamus testamentum illud et terram illam Deo et elemosinarie Sancti Johannis Baptiste in puram et perpetuam elemosinam pro animabus nostris et predecessorum nostrorum sub annua pensione .XII. denariorum pro omni seruitio ad duos per annum terminos inde nobis soluendorum scilicet .VI. denariorum infra Octabas Pasche et .VI. denariorum infra Octabas Sancti Michaelis. Pro hac autem concessione et confirmatione dedit michi Rannulfus elemosinarius in caritate .VIII. solidos sterlingorum. Et ego Reginaldus et heredes mei debemus warantizare hanc terram Deo et elemosinarie Sancti Johannis contra omnes homines et omnes feminas. Hiis testibus. Osberno dapifero. Galfrido filio Benedicti. Hamone grosso. Elia clerico. Willelmo marescallo. Waltero de Sartrino. Radulfo Janitore. Roberto Dideman. Roberto Dunning. et multis aliis.

Mauricius filius Tihelli de terra de Wilega.

SCIANT presentes et futuri quod ego Mauricius de Andeuille filius et heres Tiel de Andeuille foris juraui finabiliter Deo et Sancto Johanni de Cole-

cestria et monachis ibidem Deo seruientibus totum jus meum et clamationem quam ego uel heredes mei intendimus habere in terra patris mei in Wileia cum pertinentiis quam pater meus per permissionem ipsorum monachorum tenuit. et postea diuine pietatis intuitu et salute anime sue cum corpore suo dedit Deo et Sancto Johanni et monachis Colecestrie in puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni seculari seruitio et exactione. Pro hac autem foris juratione et quieta clamatione dederunt michi caritatiue abbas et ejusdem loci conuentus quatuor marcas argenti. Et ne forte in posterum ego uel heredes mei aliquod jus uel clamationem in predicta terra possimus habere: hanc paginam sigilli mei impressione corroboraui. Hiis testibus. Osberno senescallo. Brunone presbitero. Benjamin clerico. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Petro de Hauedstrate. Roberto Rufo. Radolfo nepote Ade abbatis. Briano filio Thome. Thoma mareschallo. Radulfo Janitore. Nicholao dispensatore. Roberto de Benetlega. Rogero coco. Michaele coco. Roberto Lideman. Ricardo Anneis. Gileberto Gunnild. Waltero Rufo. et multis aliis.

De .xiii. denariatis redditus de terris Benjamin et Radulfi de Hamertune.

SCIANT presentes et futuri quod ego Henricus filius presbiteri et Cristiana uxor mea consilio et assensu liberorum nostrorum dedimus et concessimus et quiete clamauimus Deo et Sancto Johanni Baptiste et abbati et conuentui monachorum Colecestrie tresdecim denarios de redditu quos solebamus annuatim accipere per manum abbatis de duabus terris. de terra scilicet quam Benjamin clericus tenuit .VII. denarios. et de terra quam Radulfus de Hamertune tenuit .VI. pro decem solidis quos accepimus per manum abbatis Osberni in nostra magna necessitate. Hiis testibus Osberno dapifero. Rannulfo filio ejus. Ricardo marescallo. Hamone grosso. Ricardo de Boitune. Radulfo de Hamertune. Waltero de Sartrino. Galfrido de Ros. Symone coco. Hugone de Dunilande. Willelmo monaco de Merseye. et aliis multis.

Symon filius Marciani de redditu quinque solidorum.

SCIANT presentes et futuri quod ego Symon filius Marciani dedi et concessi et presenti carta confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus in puram et perpetuam elemosinam terram et feudum quinque solidorum annuatim persoluendorum ipsis monachis in hiis scilicet terris. redditum uidelicet et terram quam tenent Eadmundus Gingnum filius Seston et Willelmus Goch que reddunt triginta duos denarios. et jacent juxta terram monachorum quam Turoldus tenuit. et terram quam tenet Symon filius Asketini que fuit Roberti dispensatoris. que reddit sexdecim denarios. et terram quam tenet Symon clericus in Hetstrate que reddit duodecim denarios quam Gunnor uxor Walteri pauperis michi dedit et mecum super altare Sancti Johannis Baptiste eam optulit. Has etiam terras et redditus dedi et concessi predictis monachis pro salute mea et anima patris et matris mee et omnium amicorum meorum. et warantizare eis contra omnes homines debeo. Hiis testibus Willelmo de Haia cujus concessione hec donatio facta est. Waltero fratre ejus. Osberto senescallo. Radulfo filio Walteri. Symone clerico abbatis. Hamone grosso. Willelmo marescallo. et multis aliis.

De quatuor solidatis redditus et tenemento de Horshe.

SCIANT presentes et futuri quod ego Symon filius Marciani dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris quoddam tenementum quod Ranulfus Sparwe de Horshe de me tenuit cum omnibus suis pertinentiis. saluo heredibus dicti Rannulfi tenemento eodem per seruitium quatuor solidorum Deo et Sancto Johanni Colecestrie faciendum annuatim. Et est sciendum quod hoc tenementum et redditum quatuor solidorum suscepi de manu Hascoili prioris Sancti Botulfi et suorum canonicorum quibus ante eandem rem contuleram. Hanc autem elemosinam feci pro salute anime mee et antecessorum

et successorum meorum. Et omnium bonorum que in ecclesia Sancti Johannis Baptiste imperpetuum fient: particeps efficiar. In cujus rei testimonium presentem cartam sigilli mei impressione roboraui. Hiis testibus Gilleberto decano Colecestrie. Alexandro de Brithlingeseye. Oseberto filio suo. Nicholao filio Galfridi. Galfrido filio Nicholai. Roberto filio Galfridi. Warino Vinitore. Johanne Strut. Waltero Vrso. Jordano clerico. Godefrido de Hauekestune. Willelmo de Sancto Neote clerico. Ricardo de Mannestune. Willelmo de Helteney. Willelmo Hauekeseye. Willelmo Modi. Petro Janitore. et aliis.

De aduocatione ecclesie Sancti Nicholai in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Symon filius Marciani dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum aduocationem ecclesie Sancti Nicholai ante castellum Colecestrie cum omnibus pertinentiis suis. habendam et perpetuo possidendam sine aliquo retenemento michi uel heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis abbati et monachis prenominatam aduocationem cum suis pertinentiis contra omnes homines et feminas. Et ut hec mea donatio et concessio et carte mee confirmatio rata et stabilis inperpetuum perseueret: presentem cartam sigilli mei impressione roboraui. Hiis testibus.

De quodam mesagio in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Saherus Haning de Colecestria concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Ade de La Bichehath de Grenestede totum mesagium cum pertinentiis extra portam orientalem uille Colecestrie quod jacet inter mesagium Walteri Huneman et tenementum dicti Saheri sicut bunde et mete inter dictum mesagium et tenementum per lineam posite testantur. habendum et tenendum totum predictum mesagium

cum omnibus suis pertinentiis de me et heredibus meis uel meis assignatis predicto Ade et heredibus suis et cuicumque et quibuscumque et quandocumque illud cum pertinentiis dare inuadiare uendere legare aut assignare uoluerit libere quiete bene et in pace. reddendo inde annuatim castro Colecestrie .XII. denarios ad duos terminos anni. .VI. denarios ad Pascha .VI. denarios ad festum Sancti Michaelis. et in autumpno .I. obolum. et ad fenationem .I. obolum. et Gileberto le Mot .II. denarios per annum ad eosdem predictos terminos et ad festum Natale domini .II. gallinas. et michi et heredibus meis uel meis assignatis unum par cirotecarum de pretio unius oboli uel .I. obolum semper ad Pascha pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus et demandis secularibus. Pro hac autem concessione donatione et presentis carte mee confirmatione dedit michi predictus Adam .XL. solidos sterlingorum. Et ego predictus Saherus et heredes mei et mei assignati warantizabimus predicto Ade et heredibus suis uel suis assignatis secundum formam prescriptam totum predictum mesuagium cum suis pertinentiis per predictum seruitium contra omnes gentes. Et ut hec mea concessio *etcetera*. Hiis *etcetera*.

De .xxx. denariatis redditus in Colecestria.

SCIANT presentes et futuri quod ego Petrus Mackerel de Colecestria concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Ade de La Bich .XXVIII. denarios annui redditus percipiendos de illo mesagio quod jacet inter mesagium quod fuit Alani Gundwi et mesagium Rogeri Kingesmannessune in suburbio Colecestrie ultra pontem orientalem. et. II. denarios quos predictus Alanus michi per manum suam reddere consueuit. habendum et tenendum totum predictum redditum cum suis pertinentiis predicto Ade et heredibus suis et cuicumque et quibuscumque et quandocumque illum cum pertinentiis dare inuadiare uendere legare aut assignare uoluerit libere quiete bene et in pace inperpetuum. reddendo de predictis .XXVIII. denariis annuatim heredibus predicti Alani uel suis assignatis .II. denarios. scilicet ad Pascha .I. denarium et ad festum Sancti Michaelis .I. denarium. et michi et heredibus meis uel assignatis .I. obolum semper ad Pascha pro omnibus seruitiis consuetudini-

bus exactionibus et demandis secularibus. Pro hac autem concessione donatione et hujus presentis carte mee confirmatione dedit michi predictus Adam .xix. solidos sterlingorum in gersumam. Et ego predictus Petrus et heredes mei et mei assignati defendemus et warantizabimus predicto Ade et heredibus suis et suis assignatis prout antescriptum est totum predictum redditum cum pertinentiis contra omnes gentes. Et ut hec mea concessio *etcetera.* Hiis testibus.

Quietaclamatio .ii. denariorum redditus annui.

SCIANT presentes et futuri quod ego Walterus Pecur et Alicia Gundwis concessimus et quietum clamauimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Ade de la Bruere redditum .II. denariorum in parrochia Sancti Botulfi. habendum et tenendum sibi et heredibus suis uel cuicumque dare uendere uel assignare uoluerit. scilicet dictos duos denarios ad duos terminos anni. scilicet ad Pascha unum denarium et ad festum Sancti Michaelis unum denarium. Pro hac autem concessione donatione quieta clamatione et carte nostre confirmatione dedit nobis predictus Adam de la Bruere .XVI. denarios in gersumam. Et ego Walterus Pecur et Alicia Gunduis et heredes nostri warantizabimus predicto Ade et heredibus suis uel suis assignatis predictos denarios contra omnes. Quod ut firmum sit *etcetera.* Hiis testibus.

De quodam prato Coc in Grenestede.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus le Coc concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Ade de la Bruere totum pratum meum quod jacet inter pratum Roberti clerici de Grenestede et pratum de Wichlaunde aput Grimesho. cujus prati unum caput extendit uersus orientem et aliud uersus occidentem. habendum et tenendum sibi et heredibus suis uel cuicumque dare legare uel assignare uoluerit et quando uoluerit de me et heredibus meis libere quiete bene et in pace in feodo et hereditarie. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis par cirotecarum albarum

pro omni seruitio et exactione. Pro hac autem concessione et donatione et carte hujus confirmatione dedit michi predictus Adam .vi. solidos et .iiii. denarios in gersumam. Et ego predictus Ricardus et heredes mei warantizabimus predicto Ade et heredibus suis predictum pratum per predictum seruitium. *et cetera.* Testibus *et cetera.*

De aduocatione ecclesie Sancti Nicholai in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Nicholaus filius Thome de Broca capellanus concessi et quieteclamaui de me et de heredibus meis et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum totum jus quod habui uel habere potui in aduocatione ecclesie Sancti Nicholai ante castellum Colecestrie. vt dicti abbas et monachi habeant et teneant aduocationem dicte ecclesie Sancti Nicholai cum pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam. In cujus rei testimonium presentem paginam sigilli mei impressione roboraui. Hiis testibus Nicholao dispensatore. Baldewino et Radulfo Bateman tunc balliuis Colecestrie. Johanne Strut. Waltero Vrso. Galfrido dispensatore. Waltero Hannig. Roberto Ragod. Jordano et Alexandro clericis abbatis. Ricardo de Manestune. Godefrido de Hauekestune. Willelmo de Helteney. Willelmo Hauekeseye. Willelmo Modi. Willelmo pistore. Roberto de Celario. Petro Janitore. et aliis.

De terra Hirdprest et de quadam corrigia terre in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Magister Gregorius filius Mauricii de Sabricheswورthe intuitu Dei et pro salute mea et redemptione anime patris mei Mauricii et aui mei Godrici et omnium antecessorum meorum concessi et presenti carta confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ibidem Deo seruientibus terram illam quam Mauricius pater meus titulo testamenti eidem ecclesie in puram et perpetuam elemosinam contulit. scilicet duas acras quas Godricus Hird-

prest auus meus tenuit. que jacent ad Ulmes juxta urbem Colecestrie. ut habeant et teneant prenominatas acras libere et honorifice et quiete ab omni seruitio et exactione seculari. defendendo illas per sectam trium hundredorum in Colecestria per annum pro omni seruitio. Concessi etiam predictis monachis diuine pietatis intuitu quandam corrigiam terre que jacet juxta domum Walteri de Haye in liberam et puram et perpetuam elemosinam. Hiis testibus Magistro Mauricio. Magistro Symone. Roberto de Roinges. Radulfo filio Walteri. Raimundo filio Galfridi. Nicholao de Norstrate. Hamone grosso. Symone clerico. Thoma mareschallo. et pluribus aliis.

De quibusdam mesagiis et tenementis in Colecestria et .v. solidatis redditus.

Omnibus amicis suis et hominibus presentibus et futuris Osbertus filius Osberti camerarii salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus quinque solidatas redditus. scilicet duodecim denarios de quodam mesagio quod Bricius decanus tunc tenuit. quod jacet inter capitale mesagium ipsius decani infra muros Colecestrie et mesagium Willelmi Stukel. et duas solidatas de quodam mesagio extra muros Colecestrie in Hauedwarda quod Elyas carpentarius tunc tenuit. quod jacet inter mesagium Benedicti Stumbel et mesagium Ricardi Taleandwel. et duas solidatas de quodam mesagio quod jacet in venella que extendit se de ecclesia Sancte Trinitatis uersus Hauedstrate infra muros Colecestrie quod Rogerus caretarius tunc tenuit. quod jacet inter terram Roberti de Stanwelle et tenementum quod pertinet ad elemosinariam ipsorum monachorum. ut habeant et teneant predicta tenementa cum pertinentiis in liberam et puram et perpetuam elemosinam libera et quieta ab omni seruitio et exactione. Saluo seruitio domini Regis. scilicet sectando tres legales hundredos per annum in eadem Colecestria. Et ego et heredes mei warantizabimus predictam elemosinam predictis abbati et monachis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gile-

berti. Willelmo filio Boidini. Ricardo filio Marciani. Nicholao dispensatore. Johanne Strut. Magistro Sahero. Normanno Forestario. Ricardo filio Radulfi. Johanne Pincerna. Nicholao dispensatore. Herberto paruo. et aliis.

De duodecim denariatis redditus.

Sciant presentes et futuri quod ego Auelina uxor Johannis vicecomitis de Colecestria dedi et concessi et presenti carta confirmaui Deo et monachis Sancti Johannis de Colecestria duodecim denariorum redditum de mesagio apud Heiam quod Alicia Potekin tenet. vt ad habundantiorem coquine sue sustentationem illos habeant et in anniuersario domini mei Turstani singulis annis percipiant inperpetuum ut puram et liberam elemosinam. Hoc autem feci pro animabus domini mei Turstani et Bernardi filii et omnium antecessorum meorum. Ego uero et heredes mei prefatam elemosinam contra omnes homines prefatis monachis warantizare debemus. Hiis testibus Elya filio meo et herede qui hoc similiter concessit. Ailbricto Palmario. Radulfo Portario. Johanne clerico. Nicholao dispensatore. Symone clerico. Thoma de Estrate. Felicio fratre suo. Elya de Sartrino. et multis aliis.

Quieta clamatio de .xii. denariatis redditus.

Uniuersis has litteras inspecturis uel audituris Symon filius Albrici de Wattelega et Rohesia uxor sua salutem. Sciatis nos pari uoluntate concessisse et quietum clamasse de nobis et heredibus nostris abbati et conuentui Colecestrie redditum duodecim denariorum quos nobis consueuerunt reddere annuatim de terra quam tenuerunt de nobis extra burgum Colecestrie. vt habeant et teneant predictum redditum et predictam terram in puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni seculari seruitio et exactione. Nos uero et heredes nostri warantizabimus predictis abbati et conuentui predictum redditum et memoratam terram contra omnes homines et feminas. Quod ut firmum et stabile perseueret: presens scriptum sigillorum nostrorum appositione roborare curauimus.

Hiis testibus Symone filio Marciani. Roberto de Haia clerico. Ricardo filio Marciani. Nicholao filio Galfridi. Elya filio Tustani. Galfrido filio Reymundi. Nicholao de Boun. Nigello de Hauekestune. Ricardo de Manestune. Petro de Bumstude. Herberto paruo. et aliis.

De .ii. acris terre in Portmanesfeld.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus Champeneis de Colecestria dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris duas acras terre cum pertinentiis suis in campo qui uocatur Portmannesfeld in suburbio Colecestrie. habendas et tenendas predictis monachis et successoribus suis in liberam et puram et perpetuam elemosinam. Et ego Ricardus Campeneis et heredes mei warantizabimus predictas duas acras cum omnibus pertinentiis suis prenominatis monachis et successoribus suis sicut puram et perpetuam elemosinam contra omnes homines et feminas. Et ut hec mea donatio rata et stabilis permaneat presens scriptum sigilli mei impressione roboraui. Hiis testibus Alexandro de Brithlingeseye. Ricardo Bataille. Petro de Ramseye. Nicholao filio Galfridi. Symone. Normanno. Osberto filio Alexandri. Michaele Mercatore. Nicholao filio Thome. Johanne Custance. Johanne de Angra. Guarino vinitore. Thoma de Elsenham. Jordano clerico. et aliis.

De quinque acris terre juxta Otgyuesslade.

SCIANT presentes et futuri quod ego Walterus Ursus de Colecestre concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris quinque acras terre cum suis pertinentiis quas tenui de monachis Sancti Eadmundi que jacent juxta Otgyuesslade uersus Suth inter antiquas terras Sancti Johannis. habendas et tenendas eisdem ecclesie et monachis quietas de me et heredibus meis inperpetuum. reddendo inde annuatim ecclesie Sancti Eadmundi et monachis sex denarios. scilicet ad festum

Sancti Michaelis tres denarios et ad Pascha tres denarios pro omnibus seruitiis et demandis. Et ego Walterus et heredes mei warantizabimus predictis abbati et monachis Colecestrie predictas quinque acras terre cum suis pertinentiis contra omnes gentes. Pro hac autem concessione donatione et confirmatione dederunt michi predicti abbas et monachi decem marcas argenti de caritate ecclesie sue. In hujus rei testimonium presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus Galfrido filio Nicholai. Galfrido filio Thome. Radulfo filio Thome. Radulfo Sumer. Petro Makerel. Petro Peper. Warino Vinitore. Roberto Ragod. Symone Leskermisur. Rogero aurifabro. Radulfo de Hauuilla. Jordano clerico. Roberto et Johanne clericis abbatis. Nicholao Perdriz. et aliis.

De tribus acris terre juxta Alwinesmere.

Sciant presentes et futuri quod ego Matheus filius et heres Ricardi Haning concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris tres acras terre cum suis pertinentiis que jacent inter antiquam terram Sancti Johannis et terram que fuit Estrilde quondam uxoris Roberti Pistoris et abutant super Alwinesmere. habendas et tenendas in liberam et puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni seculari seruitio. Et hoc feci pro salute anime mee et pro animabus patris mei et antecessorum meorum et pro septem marcis argenti quas dicti monachi michi dederunt ad aquietanda debita patris mei. Et ego Matheus et heredes mei warantizabimus predictas tres acras cum suis pertinentiis predictis monachis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Magistro Ricardo de Peltendone. Widone mareschallo. Roberto Ragod. Symone Skirmisur. Roberto filio Magistri Saheri tunc gerentibus uices Radulfi filii Petri et Galfridi filii Nicholao dispensatoris tunc bailiuorum Colecestrie. Petro Makerel. Radulfo filio Johannis presbiteri. Waltero de Lagenho. Rogero aurifabro. Symone et Reginaldo seruientibus bailiuorum Colecestrie. et aliis.

De .ii. solidatis redditus elemosinarie.

SCIANT presentes et futuri quod ego Saherus Haneng de Colecestria pro salute animarum patris matrisque mee et mee concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et elemosinarie Sancti Johannis Colecestrie duos solidatos annui redditus percipiendos .XII. denarios de una acra terre arabilis que quondam fuit Walteri clerici et jacet in angulo qui uocatur Waltreshale in campo qui uocatur Munekesdune. ad duos terminos anni ad Pascha .VI. denarios et ad festum Sancti Michaelis .VI. denarios. et .XII. denarios de quodam mesagio jacente retro mesagium quod quondam fuit Batewif super campum Sancti Johannis ad eosdem prenominatos terminos. habendos et tenendos predictos duos solidatos annui redditus de me et heredibus meis uel meis assignatis in liberam puram et perpetuam elemosinam inperpetuum libere quiete bene integre et in pace. Et ego predictus Saherus et heredes mei defendemus et warantizabimus predicte elemosinarie prefatos duos solidatos annui redditus contra omnes gentes. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

De tribus solidatis redditus in suburbio Colecestrie.

SCIANT presentes et futuri quod ego Radulfus Sumer de Colecestria concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam tres solidatas redditus in suburbio Colecestrie prouenientes de duobus curtilagiis de feodo Ricardi filii Marciani. quorum unum jacet extra Kingessarde sub muro inter curtilagium quondam Ricardi de Leycestre et curtilagium Adwini Putot. et aliud sub gardino de Balkerne juxta curtilagium quondam Rogeri Dreiberd cum duobus mansis. habendum et tenendum predictis ecclesie et monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni seculari seruitio et exactione. Et ego Radulfus Sumer et heredes mei warantizabimus predictis ecclesie et monachis prenominatum redditum

trium solidorum contra omnes. Hiis testibus Petro Makerel. Nicholao constabulario tunc balliuis Colecestrie. Radulfo filio Petri. Widone marescallo. Galfrido filio Nicholai. Sahero filio Walteri. Radulfo Bateman. Ricardo aurifabro. Roberto Ragod. et aliis.

De .ii. solidatis et .ix. denariatis redditus.

SCIANT presentes et futuri quod ego Symon filius Normanni de Milanda dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam duos solidos annui redditus percipiendos ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios et ad Pascha duodecim denarios de tota terra cum pertinentiis que uocatur Wynescrofte in suburbio Colecestrie. et quicquid in dicta terra habui uel habere portui. et nouem denarios annui redditus percipiendos et terminos predictos. scilicet ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios et obolum et ad Pascha quatuor denarios et obolum de tota terra cum pertinentiis que uocatur Whatecroft in suburbio Colecestrie. que terra se extendit de Blancheslonde usque Winescroft juxta terram Roberti filii Philippi de Milanda. Et ego predictus Symon et heredes mei warantizabimus predictum redditum de dicta terra de Winescroft cum omnibus suis pertinentiis et predictum redditum de dicta terra de Watescroft predictis ecclesie et monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus Widone Basset. Radulfo filio Petri tunc balliuis Colecestrie. Radulfo filio Thome. Galfrido filio Nicholai. Petro Mackerel. Symone Leskirmisur. Jordano et Roberto clericis abbatis Colecestrie. Roberto de Briclingeseye. Nicholao Perdriz. Ricardo de Hauile. Symone Percesoil. Henrico de Lichefeld Anselmo coco. et aliis. Data apud Colecestriam in Vigilia Sancti Marci Ewangeliste anno regni regis Henrici filii regis Johannis vicesimo sexto.

Quieta clamatio de dimidia marcata redditus.

Sciant presentes et futuri quod ego Auelina quondam uxor Ricardi Haning in libera uiduitate mea remisi et quieteclamaui de me et de heredibus meis inperpetuum ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ejusdem loci totum jus et clamium quod habui uel habere potui in dimidia marcata redditus quam predictus Ricardus olim uir meus eisdem uendidit in hundredo Colecestrie. Pro hac autem remissione et quieteclamatione dederunt michi predicti abbas et monachi octo solidos sterlingorum. In cujus rei testimonium presentem cartam sigillo meo signaui. Hiis testibus Nicholao filio Galfridi. Nicholao filio Thome de Estrate. Galfrido filio Nicholai. Johanne Strut. Radulfo filio Petri. Waltero Vrso. Roberto Ragod. Warino Vinitore. Petro Peper. et aliis multis.

Johannes de Blumuille de quibusdam redditibus in Colecestria et in Grenestede.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes de Blumuile dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris quadraginta solidatas redditus et quinque denariatas et quatuordecim gallinas et quatuor paria cirothecarum et duas libras cimini et vnam aucam in villa de Grenestede et in villa de Colecestria et in ejus suburbio cum aliis suis pertinentiis. quos quidem redditus cum suis pertinentiis domina Richemaya quondam uxor Roberti de Crec in sua ligia potestate et pura uiduitate michi dedit pro homagio et seruitio meo. habendos et tenendos predictis abbati et monachis in liberam et perpetuam elemosinam. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis dimidiam libram cimini ad Natiuitatem Sancti Baptiste et faciendo pro me et pro heredibus meis seruitia que ratione debentur aliis dominis. scilicet ad firmam domini regis de Colecestria sexdecim denarios et obolum ad Hokeday. et priorisse de Campesse duos

solidos per annum et Johanni de Canwedune tres solidos per annum pro omnibus seruitiis et secularibus exactionibus. Hujus autem redditus tenentes Walterus filius Godardi qui reddit annuatim unam marcam argenti et duos solidos et duas fessas de junco ad Pentecosten. Auicia Badinges quadraginta et duos denarios et unam fessam de junco ad Pentecosten. Galfridus Molendinarius triginta et octo denarios et unam aucam et unam fessam de junco ad Pentecosten. Alicia de Clingho duos solidos. Gunnora quondam uxor Elye quatuor solidos et dua paria cirothecarum. Tenentes terram que uocatur Godithehide duos solidos. Robertus le Poter duos solidos et duas gallinas. uxor le Gant extra posternam de North tres solidos et tres gallinas et unum gallum. Hamo Torthebuche viginti denarios. Gunnora de Stokeswellestrate duodecim denarios. Aylote de Milanda octo denarios et duas gallinas. Rogerus coc gener Henrici le Waleis septem denarios et duas gallinas. Gilebertus Boidun in Hethstrate sex denarios. Thomas gener Lithwini tres denarios. Gunnora de Stanhelle quatuor gallinas. Thomas de Elsenham vnum denarium. Prisce Balet unum par cirothecarum. Gunnora uxor Maurici unum par cirothecarum. Margeria Baudechun octo denarios. Galfridus filius Nicholai vnam libram cimini. Et ego Johannes de Blumuile et heredes mei debemus warantizare et aquietare predictis abbati et monachis prenominatos redditus cum omnibus suis pertinentiis per predictum seruitium contra omnes mortales tam Christianos quam Judeos inperpetuum. In hujus rei testimonium presentem cartam sigillo meo roboraui. Hiis testibus dominis Alexandro de Britlingeseye. Ricardo de Asketot. Roberto le Buteler militibus. Roberto de Parco. Oseberto filio Alexandri. Nicholao filio Thome. Radulfo filio Petri tunc balliuis Colecestrie. Widone Basset. Radulfo Batheman. Radulfo Sumer. Willelmo filio Geleberti. Rogero Aurifabro. Jordano et Roberto clericis abbatis. Ricardo de Mannestune. Symone Percesoil. Nicholao Perdriz. Ricardo de Auuile. et allis. Acta anno gratie M°CC° quadragesimo. regni uero regis Henrici filii regis Johannis vicesimo quarto.

De Rustesgraue in Grenstede.

SCIANT presentes et futuri quod nos Walterus et Abel fabri de Colecestria concessimus dedimus et presenti carta confirmauimus Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam totam terram nostram que appellatur Rustesgraue cum omnibus pertinentiis suis de feodo Sancti Botulfi in Grenestede. habendam et tenendam predictis ecclesie et monachis inperpetuum integre cum omnibus suis pertinentiis liberam et quietam ab omni seruitio seculari et exactione in puram et perpetuam elemosinam. Et nos et heredes nostri et successores warantizabimus et defendemus predictum tenementum cum suis pertinentiis predictis ecclesie et monachis liberum et purum ut predictum est contra omnes inperpetuum. Preterea si contigerit quod canonici Sancti Botulfi uel alius aliquis aliquam exactionem uel districtionem fecerint super nos in predicto tenemento. concedimus et uolumus ut liceat predictis monachis compellere nos ad eorum defensionem per tenementum nostrum quod de eis tenemus in eadem uilla. pro quo dedimus eis istud tenementum in excambium. et per bladum et catalla nostra in eodem tenemento inuenta. In horum omnium testimonium presentem cartam sigillorum nostrorum appositione roborauimus. Hiis testibus Gwidone Basset. et Radulfo filio Petri tunc balliuis Colecestrie. Symone Leskermisseur. Sahero Haneg. Willelmo Hauekeseye. Ricardo de Langeho. Henrico Walensi. et aliis. Acta anno regni regis Henrici filii regis Johannis vicesimo septimo.

De .xxii. denariatis redditus in Colecestria.

SCIANT presentes et futuri quod ego Wlmarus filius Elye de Colecestria dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam .XXII. denariatas annui redditus ad eorum elemosinariam. videlicet de Osberto de Brich-

lingeseye .XIIII. denarios ad .II. terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis .VII. denarios et ad Pascha .VII. denarios de tenemento quod fuit Danielis le Crepel contra portam castelli. et octo denarios de terra quam Johannes Strut tenuit in campo qui uocatur le Heyefeld supra le Burne que jacet juxta sepem ex parte orientali. percipiendos ad terminos supradictos. videlicet ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios et ad Pascha quatuor denarios. Et ego predictus Wlmarus et heredes mei warantizabimus predictum redditum cum omnibus suis pertinentiis predictis ecclesie et monachis et eorum elemosinarie contra omnes mortales imperpetuum. Hiis testibus Ricardo de Manestune. Symone Janitore. Willelmo Hauekeseye. Hamone de Campo. Gileberto de Legre. Ricardo de Langenho. Rogero Clippinges. Nicholao de elemosinaria. Galfrido de Sartrino. Roberto et Jordano clericis abbatis Colecestrie. Reginaldo de Aylesham.

Carta fratrum hospitalis de Goldsmithesaker.

SCIANT presentes et futuri quod fratres hospitalis Sancte Marie Magdalene de Colecestria dederunt et concesserunt et hac presenti carta confirmauerent Ricardo de Fonte quoddam frustum terre quod uocatur Goldsmitheshaker. habendum et tenendum de fratribus hospitalis ejusdem et de domo sibi et heredibus suis. reddendo inde annuatim predictis fratribus duodecim denarios ad duos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Pascha .VI. denarios. Pro hac uero donatione et confirmatione dedit predictus Ricardus predictis fratribus .XII. denarios de gersuma. Hiis testibus Roberto nigro. Hugone Karetario. Edrico famulo de Wikia. Pagano de Wikia. Albrico. Willo coco. et multis aliis.

Donatio Matildis Poppe de Goldmithesaker.

SCIANT presentes et futuri quod ego Matildis relicta quondam Alexandri Poppe de Colecestria dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui

pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam et perhennem elemosinam Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris unam acram terre mee cum pertinentiis suis que jacet in campo qui uocatur Goldsmidesfeld inter terras predicte ecclesie Sancti Johannis. habendam et tenendam predictis ecclesie et monachis in liberam et perpetuam elemosinam. reddendo inde annuatim. leprosis de Magdalena duodecim denarios. scilicet medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis rebus et secularibus exactionibus. Et ego predicta Matildis et heredes mei warantizabimus predictam acram terre cum suis pertinentiis predictis ecclesie et monachis et eorum successoribus in liberam elemosinam contra omnes inperpetuum. Hiis testibus domino Nicholao tunc decano Colecestrie. Radulfo filio Petri et Guidone Basset tunc balliuis Colecestrie. Symone Skirmisur. Ricardo de Langeho. Willemo Hauekeseye. Ricardo de Manestune. Otone de Colecestria. Symone janitore. Roberto et Reginaldo clericis abbatis Colecestrie. et aliis.

Item eadem de duabus acris in Ediuefeld.

SCIANT presentes et futuri quod ego Matildis Poppe de Colecestria pro salute anime mee et Alexandri Poppe quondam uiri mei et omnium meorum antecessorum et successorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis loci ejusdem in liberam puram et perpetuam elemosinam duas acras terre in campo de Ediuefeld juxta campum de Eldenaptune. habendas et tenendas eisdem ecclesie et monachis cum omnibus earum pertinentiis libere quiete pure et integre inperpetuum. Et ego et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus predictam terram cum pertinentiis predictis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus Radulfo filio presbiteri. Nicholao constabulario. Sagero Haneng. *et cetera.*

Quietaclamatio predictarum .ii. acrarum terre.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam Swift concessi et quietas clamaui Willelmo filio Cecilie filie Hamonis duas acras terre que jacent in campo qui uocatur Edeuefeld. quas duas acras terre Johannes filius Radulfi dedit michi in libero maritagio cum Sabina uxore mea. Et si forte aduenerit quod dicti heredes predicti Johannis filii Radulfi in predictas duas acras terre seruitium consuetudinem aut redditum demandant. ego predictus Adam Swift et heredes mei illas predictas duas acras terre uersos dictos heredes dicti Johannis filii Radulfi de omni seruitio redditu consuetudine et demanda imperpetuum aquietabimus. Et ego predictus Adam Swift et heredes mei warantizabimus istas predictas duas acras terre predicto Willelmo et heredibus suis contra omnes homines et feminas inperpetuum. Pro hac autem concessione et mea quietaclamatione dedit michi predictus Willelmus decem et octo solidos sterlingorum. Et ut hec mea concessio et quieta clamatio rata et stabilis permaneat hoc presens scriptum sigilli mei appositione corroboraui. Hiis testibus Nicholao filio Galfridi. Elya filio Turstani. Ricardo filio Marciani. Radulfo filio Thome. Michaele Mercatore. Willelmo filio Gileberti. Germano capellano. Johanne Strut. Henrico Waleis. Safoelswap. et multis aliis.

De .v. denariatis redditus et .ii. acris in Eldenaptune.

Sciant presentes et futuri quod Adam Pritel et Juliana uxor ejus dederunt concesserunt et presenti carta confirmauerunt in liberam puram et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie *et cetera* ad sustentationem .i. lampadis coram altare beate Marie perpetuo ardentis .v. denariatas redditus de mesagio Fulconis quod est inter mesagia Prisce et filie ejusdem Fulconis in Hethstrate del Suth. et preterea .ii. acras terre in campo de Eldenaptune jacentes inter terras ipsorum monachorum North et Suth. et abutant super uenellam que ducit ad S rebbe del West. et aliud caput del Est super terras eorundem monachorum et Margerie Beaudechun.

habendas et tenendas prediĉtis ecclesie et monachis ad opus prenominatum in elemosinam perhennem libere pure quiete et pacifice. Et ipsi Adam et Juliana et eorum heredes warantizabunt eandem terram et redditum prediĉtum cum omnibus pertinentiis eorum prediĉtis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus Radulfo filio Petri. Nicholao constabulario. Radulfo filio presbiteri. Ricardo de Langenho. Willelmo Hauekeseye. Hamone de Campo. Galfrido de Sartrino. *et cetera.*

De .iiii. solidatis et .v. denariatis et obolata redditus in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus filius Oliueri de Stanweye dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sanĉti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris quatuor solidatas et quinque denariatas et obolatam annui redditus in Colecestria in liberam puram et perpetuam elemosinam. videlicet de toto mesuagio Safuel le Tanur extra portam del Norh tresdecim denarios et obolum. quod quidem mesuagium est inter mesuagium Elice la Teinturere et Hugonis le Fulun. et quadraginta denarios de mesuagio Stephani le Fulun et de terra Johannis Petitpas eidem mesuagio adjacente. quod quidem mesuagium cum terra est infra murum Colecestrie inter terram Gileberti le Haluedeuel et terram Arnoldi le Fulun de feodo Sanĉti Johannis Baptiste. tenendos et habendos diĉtis ecclesie et monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ego prediĉtus Radulfus et heredes mei warantizabimus prediĉtum redditum cum suis pertinentiis prenominatis ecclesie et monachis contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus Wydone Basset. Radulfo filio Petri tunc balliuis Colecestrie. Symone filio Normanni. Galfrido filio Nicholai. Symone le Skermisur. Radulfo filio presbiteri. Ricardo de Langeho. et aliis.

De .xii. denariatis redditus in suburbio Colecestrie.

Sciant presentes et futuri quod ego Alicia filia Walteri de Haia pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum et Mauricii

fratris mei: dedi Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste et monachis ibidem Deo seruientibus et concessi et presenti carta mea confirmaui duodecim denariatus redditus in suburbio Colecestrie de quadam terra percipiendos quam quidem Taillur Robertus nomine olim tenuit. vt habeant et teneant predictum redditum in liberam et puram et perpetuam elemosinam ad opus ecclesie. et percipiant ad duos terminos. medietatem scilicet ad festum Sancti Michaelis et medietatem ad Pascha. Et ego et heredes mei warantizare debemus predictis monachis elemosinam prenominatam contra omnes homines. Hiis testibus Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Galfridi. Ricardo filio Marciani. Alexandro fratre suo. Nicholao dispensatore. Ricardo de Manestune. et aliis.

Confirmatio ejusdem redditus.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus de Westorp confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ejusdem loci .XII. denariatus redditus quos Alicia vxor mea contulit eisdem monachis in puram et liberam et perpetuam elemosinam ad operationem ecclesie sue. Hiis testibus Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Galfridi. Ricardo filio Marciani. Alexandro fratre suo. Nicholao dispensatore. Ricardo de Manestune. Symone de Andeuille. et aliis.

De terra de Pesecroft juxta Wikam.

WALTERUS FILIUS OSBERTI omnibus hominibus presentibus et futuris salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et hac mea carta confirmasse Radulfo filio Thome decani totam terram meam que jacet in Pesecroft in Dunilanda. et terram cum genesta que jacet in occidentali parte uie tendentis a Cruce uersus Colecestriam cum omnibus predictarum terrarum pertinentiis. habendas et tenendas in feodo et hereditate libere et quiete de me et de heredibus meis illi et heredibus suis. scilicet cuicumque predictus Radulfus predictum tenementum dare uel dimittere uel in testa-

mento relinquere uoluerit et quandocunque uoluerit reddendo. inde annuatim duos solidos ad duos terminos anni. scilicet ad Pascha duodecim denarios et ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios pro omnibus seruitiis saluo seruitio domini Regis. scilicet quatuor denarios ad scutagium regale nunquam plus nunquam minus. Pro hac autem concessione et donatione et confirmatione dedit michi predictus Radulfus decem solidos in gersumam. et ego Walterus filius Osberti et heredes mei warantizabimus predicto Radulfo et heredibus suis predictum tenementum contra omnes homines masculos et feminas. Et ut hoc stabili gaudeat firmitate sigilli mei appositione hoc totum confirmaui. Hiis testibus *et cetera.*

Confirmatio domini de eadem.

OMNIBUS Christi fidelibus Radulfus de Haya filius Willelmi de Haya salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse abbati et monachis Sancti Johannis Colecestrie terram de Pesecroft in Dunilaunde. et terram cum genesta que jacet in occidentali parte uie tendentis a Cruce uersus Colecestriam cum omnibus earum pertinentiis in liberam et perpetuam elemosinam. habendas et tenendas predictas terras cum pertinentiis ecclesie Sancti Johannis predicte et abbati et monachis et eorum successoribus inperpetuum in liberam ac perhennem elemosinam. reddendo inde pro me et pro heredibus meis annuatim Johanni de Gertune et ipsius heredibus duos solidos. scilicet ad Pascha Duodecim denarios et ad festum Sancti Michaelis .XII. denarios pro omnibus seruitiis saluo seruitio domini rigis. scilicet ad scutagium regale quatuor denarios nunquam plus nunquam minus. Et ego et heredes mei warantizabimus et defendemus et aquietabimus predictis ecclesie et monachis predictas terras cum omnibus earum pertinentiis per predictum seruitium contra omnes inperpetuum Hiis testibus *etcetera.*

De mora quadam apud Estgardinum.

SCIANT presentes et futuri quod ego Thomas Strut filius Johannis Strut de Colecestria pro salute anime dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sanĉti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et purpetuam elemosinam totam moram meam in suburbio Colecestrie que abutat super cruftam illorum monachorum que uocatur Eluuecangel apud Estgardinum. et jacet mora illa inter moras Roberti nepotis decani uersus orientem et Matildis de Nuariis uersus partem occidentalem. habendam et tenendam diĉtis ecclesie et monachis prenominatam moram cum omnibus suis pertinentiis libere quiete et pacifice pro salute mea in liberam puram et perpetuam elemosinam solutam ab omni seculari seruitio exaĉtione consuetudine uel demanda inperpetuum. Et ego Thomas et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus prediĉtam moram cum suis pertinentiis pretaxatis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

De .xxx. solidatis redditus de Stokesmelne.

SCIANT presentes et futuri quod ego Galfridus filius Nicholai de Colecestria pro salute anime mee et uxoris mee Alicie et liberorum nostrorum necnon et animarum omnium antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sanĉti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et perpetuam elemosinam triginta solidos annui redditus cum pertinentiis sine aliquo retenemento prouenientes de molendino de Stockesmelne in surburbio Colecestrie et ejus pertinentiis. Remisi etiam et quietumclamaui eisdem pro me et heredibus meis inperpetuum quicquid juris uel clamii habui uel habere potui in eodem molendino et redditu terra et pastura et omnimodis pertinentiis ipsi molendino adjacentibus. habendum et tenendum prediĉtis ecclesie et monachis libere pure et integre cum omnibus pertinentiis tam in aqua quam in terra sine aliquo retenemento michi uel heredibus meis in

liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ego dictus Galfridus et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus supradictis ecclesie et monachis redditum prenominatum cum pertinentiis ut predictum est contra omnes homines et feminas inperpetuum. Hiis testibus.

De .x. denariatis redditus in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes de Broma de Grenstede dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in puram elemosinam .x. denariatas annui redditus ad sustentationem unius cerei perpetuo ardentis coram altari gloriose Virginis totis noctibus quinque festorum ejusdem domine. prouenientes de quodam mesuagio quod est inter mesuagia Walteri Ursi et Petri de Broka. habendas et tenendas predictis ecclesie et monachis ad opus prenominatum in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ego et heredes mei warantizabimus eisdem dictum redditum cum omnibus pertinentiis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

De .viii. denariatis redditus in Colecestria.

Noverint uniuersi hoc scriptum uisuri uel audituri quod ego Eudo de Colecestria cappellanus concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui lumini beate Marie altaris Sancti Johannis Baptiste Colecestrie pro animabus patris et matris mee in puram et perpetuam elemosinam .iiii. denariatas annui redditus de quodam mesuagio quod jacet inter domum meam quam teneo de domino abbate et monachis ecclesie predicte et domum que fuit Willelmi Thedam. de quo mesuagio teneor predicto lumini in aliis .iiii. denariatas annui soluendis annuatim de dicto mesuagio monacho custodienti lumen predicti altaris Sancte Marie qui pro tempore fuerit dictos quatuor et quatuor denarios ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis .iiii. denarios et ad Pascha .iiii. denarios. Et est sciendum quod ego dictus Eudo et heredes mei uel assignati warantizabimus predictas denariatas redditus predicto lumini ut prescriptum est contra

omnes homines et feminas. Et ut hec mea concessio *etcetera.* Hiis testibus *etcetera.*

De quadam mora aput Estgardinum.

SCIANT presentes et futuri quod ego Thomas Strut filius Johannis Strut de Colecestria concessi et uendidi et hac presenti carta mea confirmaui Roberto filio Suein et heredibus suis uel assignatis quandam particulam terre cum pertinentiis in la More jacentem inter gardinum Gileberti quondam decani Colecestrie et terram prenominati Thome quam Heruicus Belet aliquando tenuit. habendam et tenendam dicto Roberto et heredibus suis uel assignatis uel cui uel quibus dictam terram dare uendere uel assignare uoluerit cum omnibus pertinentiis de me et heredibus meis uel assignatis libere et quiete jure hereditario. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis .II. solidos ad .II. terminos. scilicet ad Pascha .XII. denarios et ad festum Sancti Michaelis totidem pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. Pro hac autem concessione uenditione et concessione *etcetera.* Et ego dictus Thomas et heredes mei uel assignati warantizabimus dictam peciam terre cum pertinentiis *etcetera* Ut autem *etcetera.* Testibus *et cetera.*

Item de eadem mora.

SCIANT presentes et futuri quod ego Walterus filius Roberti filii Suein concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui consensu et uoluntate matris mee domino abbati Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentui in perpetuam elemosinam quandam particulam terre cum pertinentiis in la More jacentem juxta curtilagium dictorum abbatis et conuentus prope Estgardin inter terram quondam Thome Strut et gardinum Gileberti Fucher. habendam et tenendam dictam particulam terre cum pertinentiis dictis abbati et conuentui et eorum successoribus libere et quiete in perpetuum. reddendo inde annuatim domino priori Sancti Botulfi et ejusdem loci conuentui duodecim denarios ad duos terminos anni. scilicet ad Pascha sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios pro

omnibus seruitiis et demandis secularibus. Et ut hec mea concessio donatio et hujus carte mee confirmatio stabilis *etcetera*. Hiis testibus Roberto de Lexedena et Nicholao constabulario *et cetera*.

Alexander de Limesia de terra Ernisii de Takeleia.

Notum sit presentibus et futuris quod Alexander de Limesia et uxor ejus Rohais de Amblia concesserunt et confirmauerunt ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et monachis ibidem degentibus in perhennem elemosinam totum feodum Erneis de Takeleia in agris et pascuis et omnibus suis pertinentiis. Illud feodum teneant monachi predicti de ipsis et de ipsorum heredibus libere et quiete ab omni terreno seruitio per redditum .x. solidorum annuorum quos reddent ad quatuor terminos in anno. Et hoc fecerunt pro Deo amore et fraternitate illius ecclesie ut sint participes omnium beneficiorum que ibi fiunt intus et foris. Pro hac concessione et confirmatione dedit abbas Alexandro .xx. solidos de gersuma. Et Alexander prius loco uxoris sue et suorum heredum obtulit illud tenementum super altare Sancti Johannis et compromisit warantire Sancto Johanni uersus omnes homines illud tenementum. Postea ipsa Rohais agnouit et laudauit illam concessionem obtulitque per se ipsam super altare Sancti Johannis et confirmauit sigillo suo. Tuncque iterum abbas dedit eis unam marcam argenti. Testes sunt Paganus clericus de Rumesie. Henricus de Nuefuile. Gaufridus de Meleford. Margaricius presbiter. Walterus de Limesi. Osbernus de Clachetun. Galfridus et Turstanus et Goscelinus et Humfridus homines abbatis.

Idem Alexander et Rahasia uxor sua de eodem tenemento Ernisii.

Sciant presentes et futuri quod Alexander de Limesie et vxor ejus Rohasia de Amblie communi assensu parique uoluntate dederunt ecclesie Beati Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibi Deo seruientibus et super altare obtulerunt totum tenementum quod fuit Harnis cum omnibus pertinentiis suis in Thakeleya in liberam et perpetuam elemosinam cum decem

solidis quos monachi de eodem tenemento singulis annis illis reddere solebant. ita quod inperpetuum tam redditum quam tenementum integre libere et quiete tenebunt. Hoc igitur fecerunt pro salute animarum suarum et omnium predecessorum suorum et successorum. Monachi uero de caritate ecclesie memorato Alexandro et Rohasie sex marcas dederunt. Ne igitur hec eorum oblatio tractu temporis inirritum possit reuocari: scriptum illud sigillo utriusque roboratur. Testibus hiis Waltero de Haia. Osberto senescallo. Benjamin clerico. Reginaldo filio Brun. Willelmo clerico. Waltero dispensatore. Alexandro de Amblie. Willelmo marescallo. Waltero de Hereford. et multis aliis.

Item predicta Roasia de eodem.

SCIANT presentes et futuri quod ego Rohaisa de Amblia dedi et concessi et presenti mea carta confirmaui ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus totum tenementum quod fuit Ernesii in Takeleia cum omnibus pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam. ut teneant illud libere et quiete ab omni seculari seruitio. et nominatim de .x. solidis quos michi et meis antecessoribus inde annuatim reddere solebant. Et hoc feci pro salute anime mee et heredum meorum et omnium antecessorum meorum. Testes sunt Rogerus filius Renfridi. Willelmus de Hauilla. Osbertus de Claketune. Radulfus Britone. Helya de Sancto Clemente. Hamone grosso. Ricardo Marescallo. Alexandro filio Osberti. Willelmo fratre ejus. Gozelino capellano Sancti Dunstani. Symone filio Mauricii. et multis aliis.

Galfridus de Amblia de eodem tenemento Ernisii.

SCIANT presentes et futuri quod ego Galfridus de Ambli assensu heredum meorum et amicorum concessi et dedi ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruietibus decem solidatas terre in Thachelee quas solebant tenere in Thachelee de Roeisia amita mea per annuum redditum decem solidorum. ut illas teneant in liberam et per-

petuam elemosinam absque omni terreno seruitio. Et hoc feci pro salute anime mee et uxoris mee Constancie et omnium predecessorum et successorum meorum. Testibus hiis Petro abbati de Gogeshale. Willelmo filio Symone. Osberto senescallo. Galfrido de Nereford. Willelmo Franceis. Thoma de Clere. Willelmo de Andeuile. Waltero de Sartrino. Benjamin clerico.

Confirmatio omnium possessionum nostrarum in Takeleya.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Ambli filius Galfridi de Ambli concessi et hac presenti carta mea confirmaui Ade abbati et monachis Sancti Johannis Baptiste de Colecestria omnes terras et redditus et possessiones in hac carta subscriptas. scilicet Leuhale que dicitur Estfeld cum omnibus suis pertinentiis preter molendinum. Necnon et terram que fuit Helye clerici cum pertinentiis suis. Et unam acram terre que jacet inter le Wardbroch et terram Arnoldi Berard. Et unam acram pasture que jacet inter terram Arnoldi et terram Hardwini. Sed et terram quandam que dicitur Lalehe cum tribus acris et dimidia quas Paganus Casse aliquando tenuit in villa de Takeleya cum earumdem terrarum pasturis et pratis et aliis suis pertinentiis. Similiter et terrulam quandam olim in parco ejusdem uille que dicitur Sceteparc cum gardino et quinque acris terre. quas quinque acras cum gardino Radulfus de Hauilla tenet de abbate et conuentu Colecestrie. et alias nouem acras cum suis pertinentiis que eidem Sceteparc adjacent del Suth. sicut metis et diuisis continetur et diuiditur. Has autem terras et tenuras memoratis abbati et monachis ut supradictum est concedo et confirmo. ut eas habeant et teneant ita libere et quiete in puram et perpetuam elemosinam sicut eas melius et plenius et liberius habent et tenent ex donatione et concessione Willelmi de Hauuilla filii Radulfi de Hauilla ex parte. et sicut Willelmus de Hauuilla filius Willelmi de Hauuilla eis ex sua parte cartis suis eas uel aliquas ex illis terris concessit et confirmauit. Confirmo etiam memoratis abbati et monachis illam uirgatam terre cum decem solidis quos pater meus Galfridus de Ambli eis carta sua confirmauit. sed et redditum quendam piperis quem

Willelmus de Hauuilla filius Willelmi de Hauille cum decimatione feni sui et essartorum nemoris de Takeleya et duabus partibus dominiorum ejusdem uille eis concessit et carta sua confirmauit. Hiis testibus.

De terra quam tenuit Thomas Benpenine [sic] in Takeleya.

HUGO DE VER comes Oxonie omnibus hominibus suis et amicis et uniuersis Christi fidelibus salutem. Nouerit uniuersitas uestra me pro salute anime mee et uxoris mee comitisse Hawisie et liberorum meorum et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ejusdem loci in liberam et perpetuam elemosinam totam terram cum pertinentiis quam tenuit aliquando Thomas Welekeind de feodo meo in uilla de Takeleya. que quidem jacet inter terram eorumdem monachorum Lecestr'. que quondam fuit Johanne de Whiteham et est de feodo meo. et terram prioris de Sancto Walerico. cujus unum caput abuttat super cheminum de Portstrate et aliud super terram monachorum de Tileteie. habendam et tenendam predictis ecclesie et monachis predictam terram cum pertinentiis suis omnibus libere quiete pacifice et solute integre et plenarie in liberam et perhennem elemosinam solutam et quietam ab omni seculari seruitio exactione consuetudine sectis curie et rebus omnimodis. saluo seruitio domini Regis. scilicet quantum pertinet ad .xv. acras terre de eodem feodo in eadem uilla. Et ego et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus prenominatam terram cum omnibus suis pertinentiis predictis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

Willelmus de Terru de Redesele et prato.

WILLELMUS FILIUS ADELIZ DE TACHELEIA et Muriel uxor ejus et filius eorum Helias concesserunt ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et monachis ejusdem loci in elemosinam terram de Redesele cum suo prato et cum quinque acris de essarto et cum Slicstanesleye et cum graua tota

que est inter Slicstanesleye et uiam in perhennem possessionem monasterii liberam et quietam ab omni seruitio et consuetudine uel exactione per recognitionem de .xl. denariis in anno. et per defensionem de .xl. acris quando Willelmus suum dominium defendet. Et hoc facit pro amore Dei et fraternitate ecclesie et per gersumam primo de .xx. solidis. postea de .xvi. solidis. deinde de .x. solidis et deinde .v. solidis. itemque tres ferthendellos frumenti. et item v. solidos preter duas marcas argenti primo traditas ad inuagiationem. Testes sunt dompnus Robertus episcopus Lundoniensis. Ailwardus archidiaconus. Willelmus presbiter de Hallingbiria. et Mauricius frater ejus. Philippus clericus. Bernardus Heremita. Radulfus presbiter de Takeleye. Ricardus presbiter de Elsenham. Berold. Ricardus filius Berold. Siricus. Ricardus de Auuilla. Rannulfus de Takele. Turstanus de Dicheleia. Hamo. Ermengerus.

Helias filius ejusdem de Redesele et quibusdam aliis tenementis.

Helias filius Willelmi de Takeleya concessit ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et monachis ejusdem loci et super altare Sancti Johannis obtulit in perhennam elemosinam .x. acras de Reddesele. et .v. acras de proximo essarto. et .ii. acras prati in Brademad. et Slicstaneslega cum graua tota que est inter Slicstaneslegam et uiam. et .iii. acras in Theumannesdune. ut teneant monachi libere et quiete ab omni seruitio et consuetudine uel exactione per solam recognitionem .xvi. denariorum in anno et per defensionem de .xx. acris quando Helias suum dominicum defendet. Et hoc fecit pro amore Dei et fraternitate ecclesie et pro anima Willelmi patris sui. et per gersumam de .x. solidis. Et Helias guarantizabit illam tenuram monacis contra omnes homines. et faciet de suo domino monachos habere cartam et confirmationem predicte elemosine. et donec hoc perfecerit concessit monachis illam tenuram quietam sine omni recognitione et defensione tenendam. et etiam totam Redesele in wagium. Et si quo casu non poterit warantizare monachis in Redesele dabit eis escambium. Hanc conuentionem affidauit Helias tenere. Testes fuerunt Hugo prior de

Colum et Gillebertus presbiter et Radulfus presbiter et Walterus de Haia. et Osbertus et Turstanus homines abbatis.

Willelmus filius Helie de omnibus predictis.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Helie de Takeleia concessi et presenti carta mea confirmaui ecclesie Sancti Johannis Colecestrie monachis que ibidem Deo seruientibus omnia tenementa que ipsi tenuerunt de feudo patris mei in Takeleia die qua fuit uiuus et mortuus preter .viii. acras terre in Redesele quas monachi tenuerunt et nunc michi Willelmo quietas clamauerunt. ut predicti monachi teneant libere et quiete ab omni seruitio per annuum censum .xvi. denariorum et per defensionem .xvi. acrarum quando dominium meum defendam uersus dominum regem. Pro hac concessione et confirmatione dederunt michi prefati monachi .vii. solidos. Testibus.

De terra que uocatur Bradefeld in Laleford.

Omnibus hominibus Francis et Anglicis tam presentibus quam futuris Willelmus Brito salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Ricardo de Asketot pro homagio et seruitio suo totam terram illam que uocatur Bradefeld quam Sewalus tenuit. tenendam de me et heredibus meis illi et heredibus suis. reddendo inde annuatim .xii. denarios ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis .vi. denarios et ad Pascha .vi. denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et exactionibus michi et meis pertinentibus. saluo seruitio domini regis scilicet ad Wardam obolum et ad auxilium uicecomitis ad festum Sancti Michaelis .i. denarium et quadrantem. et ad Pascha .i. denarium et quadrantem. Quare uolo et firmiter precipio ut predictus Ricardus de Asketot et heredes sui habeant et teneant prenominatam terram per prenominatum seruitium. Et ego Willelmus Brito et heredes mei warantizabimus predictam terram prenominato Ricardo et heredibus suis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus.

Item de eadem et redditu inde proueniente.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus de Asketot concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Thome filio Roberti clerici de Laleford totam terram meam de Laleford quam teneo de Willelmo Britone in eadem uilla. habendam et tenandam illi et heredibus suis de me et de heredibus meis libere et quiete cum omnibus pertinentiis suis in pratis et pascuis. in uiis et semitis. in boscis et planis. in fossatis. in sepibus. pro homagio et seruitio suo. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis quatuor solidos et nouem denarios. scilicet ed festum Sancti Michaelis uiginti et octo denarios et obolum et infra Octabas Pasche viginti et octo denarios et obolum pro omnibus seruitiis consuetudinibus et exactionibus. saluo seruitio domini regis. scilicet ad auxilium vicecomitis et ad tutelam tres denarios per annum. Ego uero predictus Ricardus de Asketot et heredes mei warantizabimus predicto Thome et heredibus suis predictam terram cum pertinentiis suis omnibus contra omnes homines et feminas. Hiis testibus.

De redditu .iii. solidorum et .ix. denariorum de eadem terra.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus de Asketot concessi et dedi et quietum clamaui et hac presenti carta mea confirmaui Gileberto de Diham et heredibus suis uel assignatis et eorum heredibus homagium et seruitium quod Isabella uxor quondam Roberti de Alneto michi facere consueuit cum omnibus pertinentiis de tota terra quam de me tenuit in uilla de Laleford sine aliquo retenemento. scilicet tres solidos .IX. denarios per annum quos michi reddere solebant. Pro hac autem concessione donatione et quieta clamatione dedit michi dictus Gilebertus .XLII. solidos in gersumam. Et ego dictus Ricardus et heredes mei warantizabimus dicto Gileberto uel heredibus suis uel assignatis omnia prenominata pro predicta gersuma contra omnes homines et feminas. Et ut hec mea.

Donatio Gileberti de eodem redditu Sancto Johanni.

Sciant presentes et futuri quod ego Gilebertus de Diham filius Hugonis de Diham dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et perpetuam elemosinam .xl. et quinque denariatas annui redditus cum pertinentiis in uilla de Laleford. quem redditum percipere solebam de tenemento quod erat quondam Ricardi de Asketot. Remisi etiam et quietum clamaui pro me et pro heredibus meis inperpetuum in liberam puram et perpetuam elemosinam eisdem ecclesie et monachis totum jus et clamium et doninium que habui uel habere potui in toto dicto tenemento seu ejus aliqua parte cum omnimodis pertinentiis in homagiis releuiis auxiliis consuetudinibus sectis et rebus omnibus sine aliquo retenemento. Et ad majorem securitatem et tam ipsorum quam meam defensionem tradidi et liberaui eisdem omnia munimenta mea que de predictis tenemento et redditu habui. scilicet cartam Willelmi Britonis qua feofauit Ricardum de Asketot et cartam ejusdem Ricardi de Asketot qua feoffauit meipsum. In horum omnium premissorum testimonium et firmitatem perpetuam.

Quieta clamatio cujusdam terrule in Laleford.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus clericus de Laleford concessi et quietum clamaui pro me et pro heredibus meis et assignatis abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie totum jus et clamium que habuimus uel aliquo modo habere poterimus in tota pecia terre cum pertinentiis que jacet in campo qui uocatur Petfeld in uilla de Laleford juxta terram meam uersus occidentem. unde unum capud abutat super campum qui uocatur la Brache uersus boream. et aliud super campum qui uocatur Muchelefeld. habendam et tenendam dictam peciam terre cum pertinentiis dictis abbati et monachis et eorum successoribus pro me et pro heredibus meis uel assignatis inperpetuum. Ita quod nichil clamii uel juris in ea poterimus uendicare renuntiando omni impetrationi.

Quieta clamantia de .xvi. denariorum redditu.

OMNIBUS amicis suis et hominibus presentibus et futuris Willelmus de Takeleye filius Willelmi salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse et quieteclamauisse de me et successoribus meis ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ejusdem loci in liberam et puram et perpetuam elemosinam sexdecim denariatus redditus quos michi et antecessoribus meis annuatim reddere consueuerunt de libero tenemento quod de me et antecessoribus meis tenuerunt in Takeleia secundum tenorem cartarum antecessorum meorum. et totum ipsum tenementum cum omnibus suis pertinentiis predictis monachis dedi et quiete clamaui in liberam et puram elemosinam quietum ab omni seruitio seculari et exactione. Et ego et heredes mei debemus warantizare et aquietare predictum tenementum et predictum sexdecim denariorum redditum predictis monachis semper et ubique sicut liberam elemosinam quietam ab omni seruitio seculari et exactione. Hanc uero donationem et confirmationem feci pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum et pro centum solidis quos prefati monachi dederunt. Hiis testibus Baldewinus de Felstede Willelmo de Hauuilla Alexandro filio Oseberti. Symone filio Marciani. Nicholao de Hauuilla. Ricardo filio Pagani. Johanne filio Radulfi. Laurentio de Takeleia. Gaufrido de Elsenham. Willelmo de Hatfeld. Osberto de Martinesford. Ricardo filio Radulfi. Radulfo et Nigello. Nicholao hominibus abbatis Colecestrie. et aliis.

Radulfus de Hauilla de una uirgata terre in Takeleia.

NOTUM sit omnibus presentibus et futuris quod Radulfus de Hacwilla et uxor sua et liberi concesserunt ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et monachis ejusdem loci in perhenne tenementum unam uirgatam terre in Takeleia per censum octo solidorum in anno defendendo uersus regem sicut una alia uirgata terre in ipsa uilla defendit: per hoc liberam et quietam ab omnibus aliis seruitiis et exactionibus et halimottis et itineribus

uel ad hundrettum uel ad sciram uel quopiam alibi sed plene liberam et solutam ab omnibus rebus. Testes sunt Herneisus presbiter. Gillebertus frater ejus. Willelmus filius Adelize. et Helyas filius ejus. Beroldus homo monachorum et Siricus.

Willelmus filius ejusdem de eadem re.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuilla filius Radulfi concessi et presenti carta confirmaui ecclesie Sancti Johannis Baptiste et abbati et monachis Colecestrie unum uirgatam terre in Takeleia cum omnibus pertinentiis. habendam et tenendam sibi de me et de heredibus meis libere et quiete et honorifice inperpetuum pro octo solidis michi et heredibus meis annuatim reddendis pro omnibus seruitiis et consuetudinibus et exactionibus et halimotis et itineribus uel ad hundredum uel ad sciram uel quopiam alibi sed plene liberam et solutam ab omnibus rebus. Hiis testibus Alexandro filio Oseberti. Wymundo de Witenham. Theobaldo de Feringes. Laurentio de Takelee. Ricardo filio Pagani. Ricardo filio Radulfi. Radulfo de Hauekestune. Nigello. Roberto de Campes. et multis aliis.

Idem Willelmus de aduocatione ecclesie de Takele.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuilla filius Radulfi cum consensu Willelmi filii et heredis mei concessi et dedi et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste et abbati et monachis Colecestrie in puram et perpetuam elemosinam ecclesiam de Takelee cum omnibus suis pertinentiis sine ullo retenemento. habendam et tenendam sibi inperpetuum. Quare uolo quod predicti abbas et monachi habeant et teneant prenominatam ecclesiam de Takelee cum omnibus suis pertinentiis libere et quiete et honorifice. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis abbati et monachis Colecestrie predictam ecclesiam cum suis pertinentiis contra omnes homines et feminas. Hanc donationem et concessionem feci pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum

et pro fraternitate ecclesie Sanĉti Johannis de Colecestria ubi corpus meum sepeliendum donaui. Hiis testibus Alexandro de Brithlingeseye. Wymundo Mantel. Ricardo de Berdestapla. Theobaldo de Feringes. Ricardo filio Radulfi. Radulfo et Nigello de Hauekestune. Ricardo filio Pagani. Laurentio de Takelee. Reimundo de Selford. Odone de Querlee. et multis aliis.

Quieta clamatio de terra Ernisii.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuilla quiete clamo imperpetuum totam calumpniam et totum jus quod calumpniaui in terra Hernesii in Takeleia de me et heredibus meis Deo et ecclesie Sanĉti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus. quam terram idem monachi ab antiquo tenuerunt. Hiis testibus Rogero filio Reinfridi. Alexandro de Lymesi. Noel dapifero Rogeri. Reinfrido. Radulfo Britone. Osberno de Claketune. Alexandro filio Osberni. Willelmo fratre ejus. Gozelino capellano Sanĉti Dunstani. Ricardo marescallo. Hamone grosso. Helya de Sanĉto Clemente. Galfrido nepote Osberni de Claketune. Symone filio Mauricii. et multis aliis.

De decima de Takelee et de Bertona et de pasnagio.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuilla diuine pietatis intuitu concessi Deo et ecclesie Sanĉti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ejusdem loci in puram et perpetuam elemosinam duas partes totius decime mee in Takelee et Bertona et totam decimam de padnagio bosci mei in Takeleya. Hanc autem concessionem feci pro salute anime mee et omnium predecessorum et successorum meorum. Et eam ut firma et perpetua permaneat sigilli mei appositione confirmaui. Testibus his Osberno de Claketune. Petro decano Colecestrie. Galfrido filio Benediĉti. Thoma sacerdote. Germano filio Petri. Willelmo marescallo. Ricardo de Boytune. Hamone grosso. Waltero dispensatore. Elya de Sanĉto Clemente. et multis aliis.

De quater uiginti acris terre in parochia de Takele.

WILLELMUS DE HAUUILLA filius Radulfi de Hauuilla omnibus amicis et hominibus suis Francis et Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus quater uiginti acras terre de parco meo in Takele que jacent juxta feodum abbatis de Sancto Walerico et juxta uiam que jacet in occidentali parte ejusdem parci cum fossatis et sepibus et viis et uesturis et omnibus fructibus inde percipiendis. habendas et tenendas in puram et perpetuam elemosinam et ad libitum ipsorum abbatis et monachorum disponendas integre libere et quiete inperpetuum solutas ab omni seculari seruitio et exactione. Hanc donationem feci pro anima domini Regis Henrici et pro anima mea et pro animabus antecessorum et successorum meorum. Quare uolo quod predicti abbas et monachi de Colecestria habeant et teneant prenominatas quatuor uiginti acras cum omnibus suis pertinentiis inperpetuum. Et ego et heredes mei debemus warantizare predictis abbati et monachis predictas quater uiginti acras terre cum omnibus suis pertinentiis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Albrico de Ver comite Oxonie. Galfrido de Sakeuile. Willelmo filio Fulconis. Roberto de Cantelu. Willelmo de Haya. Waltero de Haia. Willelmo de Rocheford. Alexandro filio Osberti. Roberto de Welles. Wymundo Mantel. Theobaldo de Feringes. Ricardo filio Pagani. Willelmo de Ledrede. Nicholao filio Gerardi. Johanne de Elsenham. Gaufrido de Elsenham. Wilekino le gros. Laurentio de Takele. Gileberto de Estune. Ricardo filio Radulfi. Nigello de Hauekestune. Ricardo de Bumstede. Radulfo de Hauekestune. et multis aliis.

De eisdem quater uiginti acris in excambium pro centum.

WILLELMUS DE HAUUILLA filius Radulfi de Hauuilla omnibus amicis et hominibus suis Francis et Anglicis presentibus et futuris salutem. Sciatis

me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus quater uiginti acras terre de parco meo in Takele que jacent juxta feodum abbatis de Sancto Walerico et juxta uiam que jacet in occidentali parte ejusdem parci cum fossatis et sepibus et uiis et uesturis et omnibus fructibus inde percipiendis. habendas et tenendas in puram et perpetuam elemosinam et ad libitum ipsorum abbatis et monachorum disponendas. integre libere et quiete inperpetuum solutas ab omni seculari seruitio et exactione. Hanc autem donationem feci predictis abbati et monachis de Colecestria in escambium centum acrarum terre cum pertinentiis quas Willelmus filius meus eisdem abbati et monachis dederat dum terram meam habuit in custodia. Quare uolo quod prenominati abbas et monachi habeant et teneant prenominatas quater uiginti acras cum omnibus suis pertinentiis inperpetuum in escambium prenominatarum centum acrarum quas de Willelmo filio meo susceperant. Et ego et heredes mei debemus warantizare prenominatis abbati et monachis Colecestrie predictas quater uiginti acras terre cum omnibus suis pertinentiis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Albrico de Ver comite Oxonie. Gaufrido de Sakeuille. Roberto de Cantelu. Willelmo filio Fulconis. Willelmo de Haia. Waltero de Haia. Willelmo de Rocheford. Alexandro filio Osberti. Wymundo Mantel. Roberto de Welles. Thebaldo de Feringes. Ricardo filio Pagani. Nicholao filio Gerardi. Johanne de Elsenham. Galfrido de Elsenham. Wilekino le Gros de Bumstede. et multis aliis.

De campo qui uocatur Estfield in excambium .iiii.^{xx} acrarum predictarum.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuilla filius Radulfi concessi et presenti carta mea confirmaui eeclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ejusdem loci totum campum qui uocatur Estfeld cum omnibus suis pertinentiis preter molendinum in eodem campo situm. Et Eliam filium Gileberti cum toto tenemento suo in Takelee in puram et perpetuam elemosinam cum omnibus suis per-

tinentiis. Et hec tenementa receperunt predicti abbas et monachi in escambium quater uiginti acrarum terre quas ego prius eisdem abbati et monachis donaueram in parco meo de Takelee in puram et perpetuam elemosinam de Willelmo filio et herede meo. Preterea concessi et presenti carta confirmaui eisdem abbati et monachis omnia tenementa que predictus filius et heres meus illis prius donauerat in predicta uilla cum omnibus pertinentiis suis si ea poterit de manibus tenentium quocumque rationabili modo extorquere et predictis monachis deliberata et quieta reddere. Ita tamen quod cum predicti abbas et monachi hec prenominata tenementa deliberata receperint resignabunt predicto Willelmo filio et heredi meo uel heredibus suis supra nominatas terras quietas. scilicet campum qui uocatur Estfeld et tenememtum Elye filii Gileberti. Hiis testibus Galfrido filio Petri comite Essexe. Albrico de Ver comite Oxonie. Willelmo filio Fulconis. Roberti de Cantelu. Rogero de la Dune. Magistro Roberto de Cancia. Henrico de Codeham. Willelmo de Haia. Wymundo Mantel. Roberto de Welles. Alexandro filio Osberti. Ricardo filio Pagani. Nicholao filio Gerardi. Gaufrido de Elsenham. Nigello de Hauekestune. Rogero de Bumstede. Rogero Testard Ricardo de Bumstede. et multis aliis.

De gardino in Sceteparc et .v. acris terre.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille filius Radulfi de Hauuille dedi et concessi et presenti carta confirmaui Ade abbati Sancti Johannis Colecestrie et conuentui ejusdem loci quoddam gardinum in Takeleya in Seteparc cum suis fosseis et sepibus et pertinentiis. et quinque acras terre arabilis extra illud Sceteparc del West illius cum suis pertinentiis in puram et liberam et perpetuam elemosinam. salua Radulfo de Havuille filio Willelmi de Hauuille tenura sua de illo gardino et de illis quinque acris per seruitium unius libre cere abbati Colecestrie faciendum singulis annis die epiphanie. Hanc autem elemosinam debeo ego et heredes mei warantizare prefatis abbati et conuentui contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Willelmo filio Willelmi de Hauuille. Nicholao de Hauuille filio Gerardi. Rogero de Gresetot. Roberto de Kinitteleie.

Nigello de Hauekestune. Ricardo marescallo. Laurentio de Takeleia. Reymundo de Selford. Radulfo Pegrom. et aliis.

De Sceteparc et Liwenhale et quibusdam aliis terris.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille filius Radulfi de Hauuille pro Dei amore et salute anime mee concedo et presenti carta mea confirmo abbati Ade Sancti Johannis Colecestrie et monachis ejusdem loci donationem et concessionem et dimissionem in villa de Takelee quam Willelmus filius meus et meus heres eisdem fecit et per cartam confirmauit. scilicet totum Schetparc cum toto gardino del West illius cum fosseis et sepibus et clausis et vesturis eorum et cum omnibus suis pertinentiis. et cum hoc quandam partem terre propinquo loco positam del Suth de Scethparc similiter cum fosseis et sepibus et vesturis suis cum omnibus pertinentiis sicut fosseis et mercis continetur et diuiditur inter illam partem terre et alium boscum. Et uolo quod prefatus abbas Sancti Johannis et monachi habeant et teneant hec prefata tenementa per seruitium duodecim denariorum per annum. scilicet ad Pascha infra Octauas reddendorum libere honorifice et quieta de sectis et schottis et lohttis et auxiliis et halimotis et de aliis omnibus rebus. Et ego et heredes mei warantizabimus eisdem predicta tenementa per predictum seruitium quieta contra omnes homines et omnes feminas. Similiter concedo eis et confirmo per hanc meam cartam quendam campum qui dicitur Liewenhale in eadem villa de Takelee cum omnibus pertinentiis suis quem filius meus Willelmus eis dedit in elemosinam et in escambium pro quadam alia terra. Et confirmo eis terram Helye clerici cum omnibus pertinentiis quam habent de mea concessione et donatione in liberam et puram et perpetuam elemosinam. Quas elemosinas ego et heredes mei similiter eis debemus inperpetuum warantizare. Hiis testibus Willelmo filio Fulconis. Willelmo de Haia. Roberto de Welles. Alexandro filio Osberti. Radulfo et Willelmo clericis vicecomitis. Thoma de Tankeruilla. Aumarico Bataille. Ricardo paruo. Johanne de Elsenham. Ricardo filio Pagani. Osberto de Martinesford. Laurentio de Takelee. Nigello. Ricardo filio Radulfi. Radulfo

marescallo. Reymundo de Lundoniis. Willelmo de Heingeham hominibus abbatis. et multis aliis.

Willelmus senior de testimonio sue donationis.

VENERABILIBUS dominis et amicis in Christo karissimis domino Ade de Ver comiti Oxonie. Gaufrido de Sakeuille. Roberto de Cantelu. Willelmo filio Fulconis. Willelmo de Haia. Waltero de Haya. Willelmo de Rocheford. Wymundo Mantel. Roberto de Welles. Theobaldo de Feringes. Johanni de Elsenham. Galfrido de Elsenham. Willelmo de Takelee. Laurentio de Takelee. Willelmus de Hauuille filius Radulfi de Hauuille salutem. Precor uos quatinus testes sitis donationis mee quam feci abbati et monachis Colecestrie in puram elemosinam.

Willelmus junior filius premissi Willelmi de decimis suis.

OMNIBUS amicis suis et hominibus presentibus et futuris Willelmus de Hauuille filius Willelmi de Hauille salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ejusdem loci in puram et perpetuam elemosinam duas partes totius decime mee in Takeleia. et totam decimam de pasnagio bosci mei et de essartis in eadem villa. Hanc autem concessionem et confirmationem feci pro salute anime mee et omnium predecessorum et successorum meorum. Et eam ut firma et perpetua permaneat presenti scripto et sigilli mei impressione curaui roborare. Hiis testibus Baldewino de Felstede. Johanne persona de Elsenham. Nicholao de Hauuille. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Willelmo de Takele. Willelmo de Adelbi. Laurentio de Takele. Nicholao dispensatore. Nigello. Radulfo hominibus abbatis.

Willelmus junior de .i. uirgata terre et de terra Ernisii et decima feni.

OMNIBUS amicis suis et hominibus presentibus et futuris Willelmus de Hauuilla salutem. Sciatis me diuine pietatis intuitu concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste et monachis Colecestrie unam uirgatam terre in Takeleia quam Radulfus de Hauuilla auus meus eisdem concessit per seruitium de illa assignatum. et quietam clamationem quam pater meus illis fecit de terra Ernesii in eadem uilla. Preterea do et concedo eis duas partes decime feni mei de Takeleia sicut habent partes decimarum de meis garbis. His testibus Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Alexandro fratre suo. Ricardo filio Radulfi. Nicholao dispensatore. Gilberto Pincerna. Rogero coco. Radulfo de Hauekestune. Nigello filio Serlonis. Ricardo de Manestune. Pagano portario. Herberto le Petit. et aliis.

Willelmus et Willelmus senior et junior de .iiii.^{xx} acris et de .l. acris terre.

WILLELMUS DE HAUUILLA filius Radulfi et Willelmus de Hauuilla filius Willelmi dilectis dominis et amicis domino Willelmo de Haya. Roberto de Welles. Wymundo Mantel. Alexandro filio Oseberti. Theobaldo de Feringes. Willelmo de Takelee. Ricardo filio Pagani. Gaufrido de Stanstede. Laurentio de Takelee. Ricardo de Bordestapla. Ricardo Petit. Radulfo Morel. Ricardo filio Radulfi. Johanni filio Radulfi. Radulfo. Nigello de Hauekestune salutem. Precamur uos quod testes sitis donationis et confirmationis nostre quatuor uiginti acrarum terre in Takeleia quas abbas et monachi Colecestrie tenent de nobis pro duobus solidis per annum pro omnibus seruitiis. Similiter testes sitis donationis et confirmationis nostre de quinquaginta acris terre cum suis pertinentiis quas eisdem abbati et monachis dedimus in liberam elemosinam vnde cartas nostras habent. Valete.

Willelmus junior de campo de Newenhale et tenemento Helie filii Gileberti.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuilla filius Willelmi concessi ed dedi et presenti carta confirmaui ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci Helyam filium Gileberti et totum tenementum suum in Takeleya. scilicet messuagium ipsius et tres cruftas terre que jacent inter predictum mesuagium et terram ecclesie de Takeleya. et unam acram que jacet inter le Wardbroc et inter terram Ernoldi Berard. et unam acram pasture que jacet inter terram Ernoldi et terram Harduuini. Et totum campum de dominio meo qui uocatur Newenhale cum omnibus suis pertinentiis in Takele. preter molendinum in eodem campo situm. in puram et perpetuam elemosinam. Et hec prenominata tenementa dedi prefatis abbati et monachis de Colecestrie in escambium quater uiginti acrarum terre quas Willelmus pater meus prius eisdem donauerat in parco suo deTakele in puram et perpetuam elemosinam. Hanc autem donationem feci pro salute anime domini Regis Johannis et antecessorum et successorum suorum et pro salute anime mee et omnium antecessorum et heredum meorum. Et ego et heredes mei warantizabimus prefatis ecclesie Sancti Johannis et abbati et monachis Colecestrie prenominata tenementa in puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni seculari seruitio et exactione contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Gaufrido filio Petri comite Esexe. Albrico de Ver comite Oxonie. Willelmo filio Fulconis. Roberto de Cantelu. Rogero de la Dune. Radulfo de Berners. Magistro Roberto de Cantia. Willelmo de Haia. Alexandro filio Oseberti. Ricardo filio Pagani. Willelmo de Takele. Nicholao filio Gerardi. Nigello de Hauekestune. Ricardo filio Radulfi. Ricardo de Bumstede. Laurentio de Takele. Reymundo de Selford'. Rogero Testard. Roberto de Campes. Rogero de Teya. et multis aliis.

Item de Sceteparc et terra juxta eam et de quadam uia.

OMNIBUS amicis suis et hominibus presentibus et futuris Willelmus filius Willelmi de Hauuilla salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse Deo et monasterio Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus quandam terram in Takele que uocatur Sheteparc cum bosco et uestura sua et cum sepibus et fossatis et gardinis et messagiis et cum omnibus pertinentiis suis. et cum illa terra quandam aliam terram juxta illam uersus Suth ab illo Sheteparc cum mesagio quod olim fuit patris mei cum uestura et omnibus suis pertinentiis et cum suis fossatis et diuisis sicut fossatis et mercis monstrata. que facte fuerunt in parliamento abbatis et meo. et probis hominibus. et cum hiis concessi prefato abbati et monachis extra terras illas et fossata unam uiam de feodo meo de tribus pedibus in longo et longum terrarum illarum predictarum. habendas et tenendas in perpetuum feudum monasterii Sancti Johannis libere et quiete et honorifice per seruitium duodecim denariorum per annum ad Pascha reddendorum pro omnibus seruitiis et demandis que super terram uenire possunt. Pao hac uero donatione et concessione et carte mee confirmatione dederunt michi prefati abbas et monachi septem marcas argenti. Et ego et heredes mei predictas terras cum omnibus pertinentiis suis et predictam uiam prefato monasterio et monachis ibidem Deo seruientibus contra omnes homines inperpetuum warantizabimus. Et ut hec mea concessio et donatio et confirmatio firma et stabilis inperpetuum perseueret presentem paginam appositione sigilli mei roborare curaui. Hiis testibus Willelmo filio Fulconis vicecomite Essexe. Gaufrido de Saukeuuilla. Radulfo de Marci fratre suo. Radulfo de Newelanda. Alexandro filio Osberti. Radulfo Martello. Willelmo filio Gerardi. Willelmo de Berewoldune. Willelmo filio Andree. Willelmo de Ponte. Willelmo grosso. Roberto Champiun de Legra. Roberto de Hauuilla. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Marciani. Nicholao filio Gaufridi. Ricardo filio Gileberti. Reimudo filio Gaufridi. Oliuero filio Radulfi. et aliis.

[*Grant and agreement by William son of William de Hauvill respecting Sheteparc. The rubric is erased in the MS.*]

Sciant omnes [*A space for two and a half lines erased in MS.*] ego faciam habere abbati et monachis Colecestrie cartam et confirmationem patris mei super dimissionem quam feci eis de Sheteparc et aliis terris in Takele. vnde habent cartam meam. et similiter litteras fratris mei Gaufridi de Hauuilla a sigillo suo dependentes. quod nullum impedimentum uel malum queret predictis abbati et monachis propter illam dimissionem. et quatuor marcas que a retro michi sunt non debet michi predictus abbas reddere antequam illas cartas illi quesiero. Et si forte contigerit me non posse illas cartas prefato abbati querere. aut placitum uel malicia uel uoluntas abstulerit prefatis abbati et monachis terras illas de Sheteparc et illam juxta eam quam dedi eis: dabo illis bonum escambium ad ualentiam terrarum illarum per uisum proborum hominum. et eis sumptus suos quos circa terras prefatas posuerint sufficienter persoluam. Et quando fecero abbati et monachis habere predictas cartas: tunc faciet abbas michi habere meas quatuor marcas et hanc cartam. Hiis testibus Willelmo filio Fulconis vicecomite Essexe. Gaufrido de Saukeuille. Radulfo de Marci fratre suo. Radulfo Martel. Willelmo filio Gerardi. Willelmo de Berewoldunde. Willelmo filio Andree. Willelmo. de Ponte. Willelmo grosso. Roberto Champiun de Legra. Roberto de Hauuilla. Johanne filio Radulfi. Ricardi filio Marciani. Nicholao filio Gaufridi. Ricardo filio Gileberti. Reymundo filio Gaufridi. Oliuero filio Radulfi. Symone de Andeuille. et aliis.

Idem de tenementis Sagari Poter Ricardi Porcarii et Willelmi Gardinarii.

Omnibus amicis suis et hominibus presentibus et futuris Willelmus de Hauuilla filius Willelmi de Hauuilla salutem. Sciatis me diuine pietatis intuitu concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste et monachis Colecestrie in liberam et puram et perpetuam

elemosinam totam terram quam Sigarus Poter tenuit de feudo meo in Takele. et totam terram quam Ricardus Porcarius tenuit in Takele de feudo meo. et totam terram quam Willelmus Gardenarius tenuit de feudo meo in Takele cum omnibus earundem terrarum pertinentiis et exitibus et prouentibus. habendas et tenendas inperpetuum libere et quiete integre et plene quietas ab omni seruitio et exaćtione. Quia scio quod pater meus Willelmus easdem terras eisdem monachis antea donauerat. Hanc autem concessionem et confirmationem feci pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum et pro quindecim marcis argenti quas predićti monachi michi dederunt. Et ego et heredes mei warantizare debemus predićtam elemosinam contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Baldewino de Felstede. Johanne persona de Elsenham. Nicholao de Hauuillo. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Willelmo de Takele. Willelmo de Adelbi. Laurentio de Takele. Ricardo filio Radulfi.

[*Confirmation by William son of William de Hanvill of the grants of his father. The rubric has been erased in the MS.*]

Omnibus amicis suis et hominibus presentibus et futuris Willelmus de Hauuilla filius Willelmi de Hauilla salutem. Sciatis me diuine pietatis intuitu concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sanćti Johannis Baptiste et monachis Colecestrie in liberam et perpetuam elemosinam totam terram quam Sigarus Poter tenuit de feodo meo in Takelega que jacet juxta terram monachorum que uocatur Culleslande. Et totam terram quam Ricardus Porcarius tenuit de feodo meo que jacet juxta terram monachorum que uocatur Pinhnutesland. et ad capud Pinhutesland. Et totam terram quam Gardenarius tenuit de feodo meo in Takelee que jacet juxta terram Ricardi Porcarii cum omnibus earundem terrarum pertinentiis et exitibus et prouentibus. habendas et tenendas inperpetuum libere et quiete integre plene quietas ab omni seruitio seculari et exaćtione. Quia scio quod pater meus Willelmus easdem terras eisdem monachis antea donauerat. Hanc autem concessionem et confirmationem feci pro salute

animé mee et antecessorum meorum et successorum meorum et pro quindecim marcis argenti quas predicti monachi michi dederunt. Et ego et heredes mei warantizare debemus predictam elemosinam predictis monachis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Baldewino de Feldstede. Johanne persona de Elsenham. Ricardo filio Pagani. Galfrido fratre Johannis de Elsenham. Nicholao de Hauilla. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Willelmo de Takelega. Willelmo de Adelbi. Laurentio de Takelega. Ricardo filio Radulfi. Nicholao dispensatore. Gileberto Pincerna. Rogero coco. Ricardo de Manestune.

Idem de warantizatione omnium donationum suarum et patris sui.

Willelmus filius Willelmi de Hauuille omnibus dominis et amicis et hominibus et omnibus qui has litteras uiderint uel audierint salutem. Sciatis quod ego warantizabo abbati et monachis Sancti Johannis Colecestrie omnes terras et redditus quas dimiserunt illis mei antecessores et quas ego illis dimisi sicut continetur in cartis que sunt de sigillo patris mei et similiter que sunt de meo sigillo. Et pro honore et auxilio et beneficio quod patri meo et michi fecerunt. vt plenam securitatem habeant de predictis tenementis. juraui illis super sacrosancta Ewangelia quod illos nunquam molestabo per me uel aliquem hominem. et quod placitum illis non mouebo de aliquo tenemento prefato per me uel alium. nec ingenium queram quo predicti abbas et monachi unquam sint perdentes de predictis tenementis. saluo seruitio quod patri meo uel michi debent per annum. Hiis testibus Magistro Martino de Berqueia. Willelmo de Takele. Johanne. Michaele monachis Colecestrie. Ricardo filio Radulfi. Radulfo. Nigello de Hauekestune. Willelmo marescallo. Reymundo de Selford. Roberto de Kappes. Odone de Querleye. et multis aliis.

Quietaclamatio Willelmi junioris de .xii. denariatis redditus pro Sceteparc.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille filius Willelmi de Hauuille concessi et remisi abbati et conuentui Colecestrie et quieteclamaui de me et heredibus meis finabiliter et inperpetuum pro Dei amore et dilectione abbatis Ade duodecim denariatus quos debuerunt michi annuatim de Sceteparc in Takeleia. saluo fratri meo Gaufrido de Hauuille termino suo de prima dimissione manerii de Takeleia ad firmam. ita quod post finem illius termini neque ego neque heredes mei neque prefatus Gaufridus aliqua mutatione uel dimissione umquam de illa terra de Sceteparc aliquod seruitium poterimus exigere. sed habeant illam prefati abbas et monachi semper in puram et perpetuam elemosinam. saluo termino supradicto qui est a festo Sancti Michaelis proximo post aduentationem domini Pandulfi sicut legati in Angliam usque sex annos. Hanc autem elemosinam debeo ego et heredes mei illis warantizare contra omnes homines. Testes sunt Johannes capellanus. Alexander de Britlingeseye. Nigellus de Hauekestune. Thomas Spigurnel. Jordanus. Radulfus marescallus. Rogerus Testard. Willelmus filius Symonis. Miles de Straford. et multi alii.

Idem de aduocatione ecclesie de Takeleye.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille filius Willelmi de Hauuille dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui in puram et perpetuam elemosinam aduocationem ecclesie de Takelye cum omnibus suis pertinentiis Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati Ade et monachis ejusdem loci. Quare uolo quod predicti abbas et monachi Colecestrie habeant et teneant inperpetuum prenominatam aduocationem sine aliquo retenemento michi aut heredibus meis. uel clameo quod homo possit facere. Et ego et heredes mei prenominatam elemosinam aduocationis ecclesie predicte de Takelye prelibatis abbati et monachis Colecestrie debemus warantizare. Similiter et omnes successores mei in eodem manerio de Takelye warantizare debent. Hanc donationem et

elemosinam feci pro amore Dei et pro animabus patris mei et matris mee et pro animabus omnium antecessorum et successorum meorum. et vt sim particeps omnium bonorum qui fient in ecclesia Sancti Johannis Colecestrie. et quia sciui quod pater meus Willelmus de Hauuille illam aduocationem predictis abbati et monachis Colecestrie antea donauerat et carta sua confirmauerat. Hujus mee donationis et concessionis et confirmationis testes sunt Alexander de Briclingeseye. Ricardus de Asketot. Willelmus Martel. Symon filius Marciani. Johannes filius Radulfi. Ricardus filius Gilberti. Ricardus filius Marciani. Nigellus de Hauekestune. Jordanus clericus. Willelmus de Heyneham homines abbatis, Willelmus Haukeye. et multi alii.

Item idem de eadem ecclesia et ejus aduocatione.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille filius Willelmi de Hauuille dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et monasterio Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ejusdem loci aduocationem ecclesie de Takeleia. vt habeant et teneant illam aduocationem predicte ecclesie cum omnibus suis pertinentiis inperpetuum sine ullo retenemento uel clameo per me uel heredes meos et successores meos in eodem manerio de Takeleia. Et hanc elemosinam debeo ego predicto monasterio Sancti Johannis et monachis ejusdem loci warantizare imperpetuum. Similiter et heredes mei et successores mei in eodem manerio. Et requiro dominum meum Londoniensem episcopum ut cum uacauerit ecclesia predicta alterius presentatum non admittat nisi presentatum abbatis et monachorum Colecestrie. quia nulli alteri feci istam donationem et confirmationem. Facta autem fuit hec donatio anno regis Johannis decimo. Hiis testibus Willelmo filio Fulconis. Willelmo de Haia. Roberto de Welles. Alexandro de Briclingeseye. Radulfo et Willelmo clericis vicecomitis. Thoma de Tankeruilla. Amauro Bataille. Nigello de Hauekestune. Ricardo filio Radulfi. Willelmo de Heingham. Ricardo marescallo. Reimundo de Londoniis hominibus abbatis. et multis aliis.

Ricardus filius Pagani de terra in campo de la Lege.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus filius Pagani de Stanstede dedi et concessi et presenti carta confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ejusdem loci totam illam terram in campo qui uocatur la Legee in uilla de Takeleia. Quam terram tenui de Willelmo filio Willelmi de Hauuille. habendam et tenendam libere et quiete de me et de heredibus meis cum omnibus suis pertinentiis. Saluis Ricardo filio Leurici et Petro molendinario et heredibus eorum liberis tenementis suis de eadem terra per seruitium faciendum predictis abbati et monachis quod michi facere consueuerunt. scilicet uiginti denarios per annum. Et est sciendum quod predicti abbas et monachi reddent exinde michi et heredibus meis per annum unam libram et dimidiam piperis infra Octabas beati Andree pro omnibus seruitiis et consuetudinibus et exactionibus. Pro hac autem donatione et concessione et confirmatione dederunt michi predicti abbas et monachi decem marcas argenti. Et ego Ricardus filius Pagani et heredes mei warantizare debemus predictis abbati et monachis totam predictam terram cum omnibus suis pertinentiis contra omnes homines et feminas per predictum seruitium. Hiis testibus Willelmo de Haia. Alexandro filio Osberti. Willelmo de Takele. Thoma filio Abraham. Philippo de Hobrege. Galfrido de Elsenham. Laurentio de Takele. Ricardo filio Radulfi. Radulfo et Nigello de Hauekestune. Rogero. Ricardo de Bumstede. Ricardo de Manestune. Roberto Janitore. Michaele. Hamone fratribus. et multis aliis.

Idem de tribus acris et dimidia et mesuagio.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus filius Pagani dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ejusdem loci tres acras terre et dimidiam in Takeleia cum mesuagio in eisdem sito et cum omnibus aliis suis pertinentiis in puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni

seculari seruitio et exactione. scilicet illas tres acras et dimidiam quas Paganus Casse tenuit de Willelmo de Hauuille. Hanc autem donationem feci pro salute anime mee et vxoris mee et antecessorum et heredum meorum. Et ego Ricardus filius Pagani et heredes mei debemus warantizare prefatis abbati et monachis prenominatas tres acras terre et dimidiam cum mesuagio in eisdem sito et cum omnibus aliis pertinentiis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Alexandro filio Oseberti. Willelmo de Takele. Galfrido de Elsenham. Laurentio de Takele. Ricardo filio Radulfi. Radulfo de Hauekestune. Nicholao de Hadlega. Rogero de Fordham. Ricardo de Bumstede. et multis aliis.

Confirmatio Willelmi junioris de premissis et de quietancia unius libre piperis et dimidie.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille filius Willelmi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci donationem et confirmationem quam Ricardus filius Pagani de Stanstede eisdem abbati et monachis fęcit de terra quam Paganus Casse aliquando tenuit in Takeleia. et de terra que uocatur Laleye cum earundem terrarum pratis et pasturis in eadem uilla. Saluis Ricardo filio Lefrici et Petro molendinario et heredibus eorum liberis tenementis suis per seruitium uiginti denariorum predictis abbati et monachis faciendum. Quare uolo quod predicti monachi et abbas habeant et teneant prenominatas terras cum suis pertinentiis libere et quiete et honorifice cum quietancia seruitii unius libre piperis et dimidie quod Ricardus prenominatus michi facere consueuit. et quod ego prelibatis abbati et monachis in liberam elemosinam contuli et carta mea confirmaui. Hiis testibus Alexandro de Briclingeseye. Ricardo de Asketot. Willelmo Martel. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gilberti. Ricardo filio Marciani. Nigello de Hauekestune. Ricardo de Manestune. Jordano clerico. Willelmo de Hehingham. Adam de Wiham. Radulfo janitore. et multis aliis.

Idem de quietancia unius libre piperis et dimidie.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille filius Willelmi de Hauuille dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in puram et perpetuam elemosinam annuum redditum unius libre piperis et dimidie quod solebant reddere Ricardo filio Pagani. et quod idem Ricardus filius Pagani michi reddere consueuit pro terra que uocatur la Leye cum suis pertinentiis. et pro tribus acris et dimidia cum mesuagio in eisdem sito cum omnibus aliis suis pertinentiis quas Paganus Casse aliquando tenuit in Takeleia. habendum et tenendum sibi et successoribus suis inperpetuum quietum de me et de heredibus meis et successoribus meis. Et ego et heredes mei et successores mei in manerio de Takele warantizare debemus predictum redditum prenominate libre piperis et dimidie predictis abbati et monachis contra omnes homines et feminas. Pro hac autem donatione et confirmatione dederunt michi predicti abbas et monachi sexdecim solidos esterlingorum. Hiis testibus Alexandro de Briclingeseye. Ricardo Asketot. Willelmo Martel. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Nigello de Haukestune. Jordano clerico. Willelmo de Hehyngham. Ricardo de Mannestune. Ada de Wyham. et multis aliis.

De .ii. acris terre et dimidia acra prati.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus filius Pagani concessi et dedi et hac mea carta confirmaui Ricardo filio Leurici duas acras terre arabilis et dimidiam acram prati. scilicet unam acram secus uiam uiridem in orientali parte et alteram in occidentali parte ejusdem uie juxta acram Petri molenarii in uilla de Takele. et ad orientale capud prati mei predictam dimidiam acram prati. habendas et tenendas sibi et heredibus suis de me et de heredibus meis libere et quiete et hereditarie cum pertinentiis suis pro homagio et seruitio suo et pro duodecim denariis annuatim michi et

heredibus meis reddendis pro omni seruitio et demanda in defensa duarum acrarum et dimidie. videlicet tres denarios ad Natale domini et totidem ad Pascha et totidem ad Natiuitatem beati Johannis Baptiste et totidem ad festum Sancti Michaelis. Pro hac donatione et hujus carte confirmatione prefatus Ricardus dedit michi unam marcam argenti in gersumam et vxori mee Matildi .vi. denarios. Et ego et heredes mei warantizabimus predicto Ricardo et heredibus suis predictam terram contra omnes gentes. Hiis testibus Johanne persona de Elsenham. Thoma capellano. Willelmo de Phinlea. Waltero seruiente. Laurentio de Takele. Waltero de Elsenham. Thuroldo de Elsenham. et multis aliis.

Quieta clamatio Ricardi filii Lefrici de predicta terra et prato.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus filius Lefrici reddidi et concessi et quietas clamaui domino Ade abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie duas acras terre in uilla de Takelee que jacent in campo qui uocatur la Leie cum dimidia acra prati et cum omnibus aliis pertinentiis suis. quas tenui de eisdem abbate et conuentu per seruitium duodecim denariorum per annum. vt habeant et teneant easdem acras cum prato et aliis pertinentiis quietas de me et heredibus meis inperpetuum. Pro hac concessione et quieta clamatione dederunt michi abbas et conuentus decem et octo solidos esterlingorum. Hiis testibus Willelmo de Takelee. Thoma de Elsenham. Nigello de Hauekestune. Roberto filio Ricardi. Radulfo de Hadlega. Laurentio de Takelee. Radulfo de Berle. et aliis.

Carta Willelmi de Hauuille de terra Thome de Elsenham.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Hauuille concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Agneti de Ruilli in uilla de Takeleia totam terram que fuit Radulfi Ballard. et que fuit Alfwini Winter. et que fuit Segari Wdecoc. et quinque acras in campo qui uocatur Lalehee cum prato quod jacet contra easdem acras ad capud cum omnibus

pertinentiis ejusdem terre. tenendas de me et heredibus meis libere et quiete pro omni seruitio. saluo seruitio domini Regis pro quatuor solidis annuatim reddendis. scilicet ad Pascha .xii. denarios et ad festum Sancti Johannis Baptiste .xii. denarios. ad festum Sancti Michaelis .xii. denarios. ad Natale domini .xii. denarios. Volo autem quod predicta Agnes possit de predicta terra inhereditare quemcunque et quandocunque uoluerit. Et ego Willelmus de Hauille et heredes mei warantizabimus predictam terram predicte Agneti uel cuicunque illam illa assignauerit. Pro hac autem donatione et hujus carte mee confirmatione dedit michi predicta Agnes quatuor marcas in gersumam et homagium michi fecit. Hiis testibus Willelmo de Takele. Nicholao filio Gerardi. Laurentio de Takele. Jordano de Mareni. Radulfo Pegrom. Johanne filio Radulfi. Thoma persona. Roberto de Henham. Galfrido de Helsenham. Petro de Bolitune. Ricardo filio Pagani. et multis aliis.

Confirmatio Willelmi junioris de eadem.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus filius Willelmi de Havuille dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Thome filio Agnetis de Roilli pro homagio et seruitio suo totum tenementum quod Agnes mater ejusdem Thome tenuit in uilla de Takeleia de dono patris mei Willelmi de Hauuille. scilicet totam terram que fuit Radulfi Ballardi. et que fuit Alfwini Winter. et que fuit Sigari Wudecoc. et quinque acras in campo qui uocatur la Lehee cum prato quod jacet contra easdem quinque acras ad capud cum omnibus pertinentiis et libertatibus. in pratis scilicet et pascuis et pasturis et exitibus et communis ad prenominatas terras pertinentibus. tenendas de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere et quiete pacifice honorifice hereditarie. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ille et heredes sui quatuor solidos sterlingorum ad quatuor terminos anni. scilicet ad Pascha .xii. denarios et ad festum Sancti Johannis Baptiste .xii. denarios et ad festum Sancti Michaelis .xii. denarios et ad Natale domini .xii. denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus et exactionibus ad me uel ad heredes meos pertinentibus. saluo seruitio

domini Regis quod inde faciet secundum quod continetur in carta quam predicta Agnes habuit de predictis terris a patre meo Willelmo. Et de hoc prefato tenemento predictus Thomas filius Agnetis fecit michi homagium suum. et michi inde releuium suum rationabile fecit. scilicet quatuor solidos. Et ego et heredes mei warantizabimus predicto Thome et heredibus suis totum predictum tenementum per predictum seruitium contra omnes homines et feminas. Et ut hec mea concessio et confirmatio rata et inconcussa permaneat: presentem cartam sigilli mei impressione corroboraui. Hiis testibus Waltero de Capella. Fulcone de Vallibus. Willelmo Talemache. Symone de Stanford. Rogero clerico de Roinges. Waltero filio Raher. Roberto de Cranemere. Laurentio de Takele. Ricardo filio Pagani. Galfrido filio Ricardi. Willelmo de Takele. et multis aliis.

[*Grant by Thomas de Elsenham to the Abbot and Monks of Colchester. The rubric is erased in the MS.*]

SCIANT presentes et futuri quod ego Thomas de Elsenham [*Three lines of MS. erased.*] Deo seruientibus et seruituris quinque acras terre quas Alwinus Winter aliquando tenuit in uilla de Takeleia. et abutant super terram Ricardi Saladin. et septem acras terre quas Radulfus Ballard aliquando tenuit in eadem uilla et abuttant super sepem que est inter antiquum dominicum predictorum abbatis et monachorum. et illas septem acras cum uiis et sepibus et omnibus aliis ad easdem terras pertinentibus. habendas et tenendas finabiliter libere quiete integre honorifice pacifice quietas de me et heredibus meis. reddendo inde annuatim Galfrido de Hauuille et ejus successoribus in Takeleia pro me et heredibus meis duos solidos ad quatuor terminos. scilicet ad Pascha sex denarios et ad Natale Beati Johannis Baptiste sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Natale domini sex denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis quantum pertinet ad duodecim acras de eodem feodo in eadem uilla. et saluo domine Johanne uxori Galfridi de Hauuille termino suo uel suis assignatis de predictis septem acris secundum continentiam cyrographi de illis septem acris inter me et

ipsam confecti qui incepit ad Pascha proximo post obitum Ricardi Cantuariensis archiepiscopi ad sex annos duraturus. finito autem termino sex annorum liceat predictis abbati et monachis Colecestrie sine omni dilatione et contradictione et resistentia de me et de heredibus meis habere plenam possessionem et saisinam predictarum septem acrarum cum pertinentiis suis sine aliquo retenemento michi uel heredibus meis uel alicui alio per me. Et ad majorem securitatem hujus mee donationis et carte mee confirmationis inpignoraui et obligaui eisdem abbati et monachis totam terram meam quam Sigarus Wodecoc aliquando tenuit in Takeleia cum toto prato meo et pastura et omnibus aliis suis pertinentiis que jacet juxta sepem qui est diuisa inter feodum de Helsenham et terram illam. habendam et tenendam ipsis abbati et monachis usque ad plenam deliberationem predictarum septem acrarum. reddendo inde annuatim Galfrido de Hauuille et ejus successoribus in Takeleia quatuordecim denarios ad terminos supradictos pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. Et si aliquo casu contigerit finito termino sex annorum quod predicti abbas et monachi Colecestrie plenam saisinam et possessionem de predictis septem acris non recuperauerint: dedi concessi et presenti carta mea confirmaui quod ipsi abbas et monachi habeant et teneant prenominatam terram cum toto prato meo et pastura cum omnibus suis pertinentiis in feodo inperpetuum. reddendo inde annuatim et pro quinque acris terre quas Alwinus Winter aliquando tenuit in Takeleia duos solidos ad quatuor terminos supradictos pro me et heredibus meis Galfrido de Hauuille et ejus successoribus pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis quantum ad tantam terram pertinet in eadem uilla de eodem feodo. Et ego Thomas et heredes mei warantizabimus predictis abbati et monachis tam predictam terram cum prato et pastura et suis pertinentiis quam predictas quinque acras cum earum pertinentiis per predictum seruitium contra omnes mortales. Et ad hanc conuentionem fideliter tenendam et seruandam ego Thomas supra sacrosancta ewangelia in capitulo Sancti Johannis Colecestrie corporale prestiti sacramentum. In hujus rei testimonium tam sigillo predictorum abbatis et conuentus quam sigillo meo mutuis sigillis nostris presens scriptum cyrographatum fuit roboratum.

Hiis testibus Willelmo de Hamaz. Willelmo de Takeleia. Benedicto parcario de Stanstude. Roberto filio Ricardi de Stanstude. Galfrido de Elsenham. Nicholao filio Laurentii de Takele. Waltero filio Wl [*an erasure covering two lines of MS.*].

Thomas de Elsenham de terris Aluuini Winter et Segari.

SCIANT presentes et futuri quod ego Thomas de Elsenham filius Agnetis de Helsenham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris quinque acras terre quas Alwinus Winter aliquando tenuit in villa de Takeleye. et abuttant super terram Ricardi Salendin. et terram meam quam Sygarus Wudekoc aliquando tenuit in eadem uilla que jacet inter pratum de la Leye et sepem qui est diuisa inter feodum de Halsenham. et terram illam cum toto prato meo et pastura in eadem uilla cum uiis et sepibus et omnibus aliis ad easdem terras pertinentibus. habendas et tenendas finabiliter libere et quiete integre honorifice et pacifice quietas de me et de heredibus meis. reddendo inde Galfrido de Hauuille et ejus successoribus in Takeleye pro me et heredibus meis duos solidos annuatim ad quatuor terminos. scilicet ad Pascha sex denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Natale domini sex denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis quantum ad tantam terram pertinet de eodem feodo in Takeleye. Et ego Thomas et heredes mei warantizabimus predictas terras cum eárum pertinentiis prenominatis abbati et monachis per predictum seruitium contra omnes homines et feminas. In cujus rei testimonium presentem cartam eis feci sigillo meo signatam. Hiis testibus Magistro Willelmo de Hamaz. Willelmo de Takeleye. Benedicto parcario de Stanstede. Roberto filio Ricardi de Stanstede. Galfrido de Helsenham. Nicholao filio Laurentii de Takeleye. Waltero filio Wlwini. Nigello et Godefrido de Hauekestune. Waltero Bataile. Symone coco de Takeleye. Jordano clerico. Ricardo de

Manestune. Othone de Colecestria. Willelmo de Sancto Neoto. Petro janitore. et aliis.

Idem de terra Radulfi Ballard et Aluuini Winter.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas de Helsenham filius Agnetis de Helsenham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem deo seruientibus et seruituris septem acras terre quas Radulfus Ballard aliquando tenuit in uilla de Takeleye que abutant super sepem qui est inter antiquum dominicum predictorum abbatis et monachorum et illas septem acras. et quinque acras terre quas Alwinus Winter aliquando tenuit in eadem uilla. et abutant super terram Ricardi Saladin cum uiis et sepibus et omnibus aliis ad easdem terras pertinentibus. habendas et tenendas finabiliter libere et quiete integre et honorifice et pacifice quietas de me et de heredibus meis. reddendo inde Galfrido de Hauuille et ejus successoribus in Takeleye pro me et heredibus meis duos solidos annuatim ad quatuor terminos. scilicet ad Pascha sex denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Natale domini sex denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis quantum ad tantam terram pertinet de eodem feodo in uilla de Takeleye. Et ego Thomas et heredes mei warantizabimus predictas terras cum earum pertinentiis prenominatis abbati et monachis per predictum seruitium contra omnes homines et feminas. In cujus rei testimonium presentem cartam eis feci sigillo meo signatam. Hiis testibus Magistro Willelmo de Hamaz. Willelmo de Takeleye. Benedicto parcario de Standstede. Roberto filio Ricardi de Stanstude. Galfrido de Helsenham. Nicholao filio Laurentii de Takeleye. Waltero filio Wlwini. Nigello et Godefrido de Hauekestune. Willelmo Bataile. Symone coco de Thakeleye. Jordano clerico. Othone de Colecestria. et aliis.

Idem de terra Radulfi Ballard et de quinque acris de Laleye.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Agnetis de Ruilli concessi et dedi. et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris septem acras terre in uilla de Takeleye quas Radulfus Ballard aliquando tenuit. que jacent juxta sepem qui est inter antiquum dominium predictorum abbatis et monachorum et illas septem acras. et quinque acras terre que jacent in campo qui uocatur Laleye cum uiis et sepibus et omnibus aliis ad easdem terras pertinentibus. habendas et tenendas libere quiete et pacifice de me et de heredibus meis. reddendo inde michi et heredibus meis post me duos solidos annuatim ad quatuor terminos. scilicet ad Pascha sex denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste sex denarios ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Natale domini sex denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis quantum ad tantam terram pertinet de eodem feodo in eadem uilla de Takeleye. Et ego Thomas et heredes mei warantizabimus predictas terras cum earum pertinentiis predictis ecclesie Sancti Johannis et abbati et monachis per predictum seruitium contra omnes homines et feminas. In cujus rei testimonium presentem cartam eisdem feci sigillo meo signatam. Hiis testibus. Philippo de Coderee. Roberto filio Ricardi de Stanstede. Benedicto parcario de Stanstede. Nicholao filio Laurentii de Takeleye. Waltero filio Wlwini. Jordano de Chishelle clerico. Serlone de Hauekestune. Nicholao Perdricz. et aliis.

Idem de omnibus terris suis predictis de Takele.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Agnetis de Ruilli concessi et dedi et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancto Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem deo seruientibus et seruituris septem acras terre quas Radulfus Ballard aliquando tenuit in uilla de Takele. que jacent juxta sepem qui est inter antiquum dominicum

prediċtorum abbatis et monachorum et illas septem acras. Item quinque acras terre quas Alwinus Winter aliquando tenuit in eadem uilla que abutant super terram Ricardi Salendin. Item totam terram quam Sygarus Wudecok aliquando tenuit in eadem uilla que jacet inter pratum de la Leye et sepem que est diuisa inter feodum de Elsenham et terram illam. Item alias quinque acras terre que jacent in campo qui uocatur la Leye cum toto prato meo et pastura in eadem uilla et cum uiis et sepibus et omnibus aliis ad easdem terras et pratum pertinentibus. habendas et tenendas libere quiete et pacifice de me et de heredibus meis. reddendo inde michi et heredibus meis post me quatuor solidos annuatim ad quatuor terminos. scilicet ad Pascha duodecim denarios. ad Natiuitatem Sanċti Baptiste duodecim denarios. ad festum Sanċti Michaelis duodecim denarios et ad Natale domini duodecim denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis quantum ad tantam terram pertinet de eodem feodo in eadem uilla de Takele. Et ego Thomas et heredes mei warantizabimus prediċtis terras cum earum pertinentiis prediċtis ecclesie Sanċti Johannis et abbati et monachis per prediċtum seruitium contra omnes homines et feminas. In cujus rei testimonium presentem cartam eisdem feci sigillo meo signatam. Hiis testibus Philippo de Coderee. Roberto filio Ricardi de Stanstede. Benediċto parcario de Stanstede. Nicholao filio Laurentii de Takele. Waltero filio Wulwini. Jordano de Chishille clerico. Serlone de Hauekestune. Nicholao Perdicz. et aliis.

Resignatio abbatis de quibusdam terris et hominibus.

Sciant presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas Colecestrie et ejusdem loci conuentus resignauerunt et quieteclamauerunt Gaufrido de Hauuille filio Willelmi de Hauuille totum jus suum seculare quod habuerunt in homagiis et terris et tenementis subscriptis cum cartis exinde habitis ex donatione et ueaditione uel Willelmi de Hauuille filio Radulfi uel Willelmi filii et heredis sui in uilla de Takele sine ullo retenemento. scilicet totam terram que uocatur le Clos. et terram Godwini. et terram Ricardi porcarii que jacent ante portam Laurentii. et terram Sygarii.

et terram Willelmi gardinarii. et terram Ricardi porcarii. et terram Rogeri Capstoht. et terram Radulfi Teronin. et terram Willelmi clerici filii Thome presbiteri. et terram Willelmi le Chat. et pasturam que jacet inter terras Arnoldi Berard et Ardwini filii Ynge cum omnibus predictis hominibus et sequelis et seruitiis et cum omnibus pertinentiis predictorum tenementorum. ita scilicet quod predicti abbas et conuentus et successores eorum numquam ulterius poterunt aliquid proclamare de prefatis hominibus nec sequelis eorum neque de aliquibus pretaxatis tenementis per ulla munimenta que uel habeant uel umquam habuerunt de predictis uno uel alio Willelmo exinde. saluis tamen predictis abbati et conuentui omnibus aliis tenementis suis in eadem uilla. Hanc resignationem et quietam clamationem fecerunt predicti abbas et conuentus Colecestrie apud Londoniam anno ab incarnatione domini. M°CC°VIII°. coram Galfrido filio Petri comite Esexie tunc justiciario domini regis. Hiis testibus Albrico de Ver comite Oxonie. Gaufrido de Sakeuilla. Roberto de Cantelu. Willelmo filio Fulconis. Willelmo de Haia. Waltero de Haia. Willelmo de Rocheford. Alexandro filio Osberti. Wimundo Mauntel. Roberto de Welles. Ricardo filio Pagani. Nicholao filio Gerardi. Johanne de Elsenham. Galfrido de Elsenham. Johanne persone de Ledrede.

Willelmus de Takele de pastura del Knel et quodam prato.

OMNIBUS amicis suis et hominibus presentibus et futuris Willelmus de Takele filius Willelmi salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste et monachis de Colecestria in liberam et puram et perpetuam elemosinam totam terram et pasturam que uocatur le Knel in Takele cum suis pertinentiis. et tres acras prati in Brademad in eadem uilla que jacent inter pratum Willelmi de Andelbi quod tenuit de Johanne de Bassingeburne et pratum quod Johannes de Lindesele tenuit de me. Et uolo et concedo quod predicti monachi et eorum seruientes et animalia eorum habeant liberam et quietum accessum et regressum per medium feudum meum ad predicta tenementa et ad omnes fructus predictorum tenementorum carriandos et percipiendos libere et

quiete sine aliquo inpedimento. Et ego et heredes mei debemus warantizare predictis monachis predicta tenementa cum omnibus suis pertinentiis et libertatibus sicut liberam elemosinam quietam ab omni seruitio seculari et exactione contra omnes homines et feminas. Hanc autem donationem feci pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum et pro centum solidis sterlingorum quos predicti monachi michi dederunt. Hiis testibus Baldewino de Felstede. Willelmo de Hauuille. Alexandro filio Osberti. Symone filio Marciani. Nicholao de Hauuille. Ricardo filio Pagani. Johanne filio Radulfi. Laurentio de Takele. Gaufrido de Elsenham. Willelmo de Hatfeld. Osberto de Martinesford. Ricardo filio Radulfi. Radulfo. Nigello hominibus abbatis Colecestrie. et aliis.

Quieta clamatio unius acre terre in Takele.

SCIANT presentes et futuri quod ego Walterus filius Ade de Heth de Takele concessi et quietum clamaui pro me et pro heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ejusdem loci totum jus et clamium quod habui uel habere potui in terra que quondam fuit patris mei in uilla de Takele. scilicet que jacet juxta cheminum uersus Elsenham in campo monachorum qui uocatur Sculesleye. habendum et tenendum predictis ecclesie et monachis et eorum successoribus in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ego Walterus et heredes mei warantizabimus predictis ecclesie et monachis predictam terram cum pertinentiis sicut liberam puram et perpetuam elemosinam contra omnes inperpetuum. Hiis testibus Benedicto parcario. Serlone de Stanstede clerico. Roberto de Stanstede. Osberto de Thornleye. Radulfo de Bendene. Jordano et Roberto clericis abbatis. Roberto de Cellaris. Nicholao Perdriz. Ricardo de Hauuille. Roberto marescallo. Ricardo de Manestune. Johanne de Glouernia. Adam filio Radulfi. et aliis.

De .xi. acris terre in Elsenham.

OMNIBUS presentibus et futuris Matildis de Say salutem. Sciatis me in uiduitate mea dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse

Thome de Helsenham pro homagio et seruitio suo. et .XL. solidis quos michi dedit .XI. acras terre de assarto in bosco meo de Helsenham que jacent juxta terram suam de Takeleya. tenendas sibi et heredibus suis uel cuicunque eas assignauerit de me et heredibus meis libere et quiete et honorifice. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis unam libram cimini ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio ad me et heredes meos pertinente. saluo seruitio domini Regis quod predictus Thomas et heredes sui uel ille uel illa cui predictam terram assignauerit inde facient quantum pertinebat ad .XI. acras terre in eadem uilla de Helsenham. Et ne ista concessio et confirmatio inposterum possint in irritum reuocari tam concessionem quam confirmationem a me factam presentis pagine inscriptione et sigilli mei appositione corroborare dignum duxi. Hiis testibus Willelmo capellano. Willelmo Normanno. Ricardo filio Pagani. Petro de Bolitone. Willelmo Brac. Willelmo de Westone. Willelmo filio Roberti. Ricardo filio Hamonis. Willelmo de Meltone. Laurentio de Takeleya. et multis aliis.

Quieta clamatio terre in Takeleya.

SCIANT presentes et futuri quod Hugo Skele et Margareta uxor ejus. Robertus de Stanstede et Cecilia uxor ejus. Gilebertus de Frithe et Emma uxor ejus. Galfridus Faber de Colewelle et Agnes uxor ejus concesserunt et quiete clamauerunt pro se et pro heredibus suis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totum jus et clamium quod habuerunt uel habere potuerunt in tribus acris terre quas Willelmus del Rothe pater dictarum feminarum quondam tenuit de eisdem abbate et conuentu in Takeleia in campo qui dicitur Halleueld juxta Portstrate. habendas et tenendas predictis ecclesie et monachis et eorum successoribus in liberam puram et perpetuam elemosinam. Pro hac autem concessione et quietaclamatione dederunt et concesserunt dicti abbas et conuentus predictis Hugoni Roberto Gileberto et Galfrido et vxoribus suis predictis et eorum heredibus unam acram terre sue in campo qui dicitur Langecroft in escambium. et predicti Hugo Robertus Gilebertus et Galfridus et vxores sue predicte et eorum heredes

warantizabunt predictis ecclesie et monachis predictas tres acras cum toto jure quod in dicta terra habuerunt uel habere potuerunt contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus domino Radulfo de Hauuille. Roberto filio Pagani. Benedicto parcario. Serlone clerico. Michaele parcario. Roberto de Brictlingeseye. Ricardo de Hauuille. Nicholao Perdriz. Roberto clerico abbatis. Radulfo marescallo. et aliis.

De eisdem .xi. acris terre in Elsenham.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes filius Thome de Elsenham concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris pro salute anime mee et animarum predecessorum ac successorum meorum in liberam et perpetuam elemosinam totam terram meam cum mesuagio meo et eorum pertinentiis in uilla de Elsenham. quam terram Matildis de Say in uiduitate sua Thome de Elsenham patri meo dedit pro homagio et seruitio suo. tenendum et habendum predictam terram et mesuagium cum omnibus eorum pertinentiis sibi et eorum successoribus libere et quiete in perhennem et liberam elemosinam. reddendo inde annuatim dominis feodi unam libram cymini ad festum Sancti Michaelis pro omnibus rebus. saluo seruitio domini regis quod ipsi inde facient. scilicet tantum quantum pertinet ad octo acras terre in eadem uilla. Concessi etiam et dedi eisdem ecclesie et monachis et hac eadem carta confirmaui in liberam puram et perpetuam elemosinam .vii. denariatus redditus annui in eadem uilla de Elsenham. unde Benedictus parcarius .vi. denarios. et Simon le Taillur .i. denarium michi reddere consueuerunt de suis tenementis que de me tenuerunt cum homagiis ipsorum et seruitiis. Et ego Johannes et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus predictam terram mesuagium et .vii. denariorum redditum cum omnibus eorum pertinentiis predictis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus. *et cetera.*

Quieta clamatio Humfridi de Waledene de secta curie in Elsenham.

VNIUERSIS Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Hunfridus de Waledene salutem in domino. Noueritis me concessisse remisisse relaxasse et omnino quietum clamasse pro me et heredibus meis et meis assignatis abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie et suis successoribus vnam sectam curie quam de predictis religiosis exigebam in manerio meo de Elsenham pro quodam tenemento quod tenent de feodo meo in predicto manerio. vnde quidam Johannes de Elsenham predictos religiosos quondam feoffauit. Quare volo et concedo pro me heredibus meis et meis assignatis quod predicti religiosi habeant et teneant predictum tenementum cum omnibus pertinentiis suis liberam et quietam ab omnibus sectis curie inde michi vel heredibus meis seu assignatis meis quoquo modo faciendis. Ita scilicet quod nec ego nec heredes mei vel mei assignati in predicta secta quicquam juris vel clamii de cetero exigere poterimus vel vendicare inperpetuum. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Hiis testibus Johanne de Bassyngbourne. Johanne de Sampford. Jacobo de Bures. Waltero de Codewelle. Johanne de Prestone clerico. et aliis. Data Colecestrie die Martis. *etcetera.*

De terra Johanne de Whiteham in Takeleia.

HUGO DE VER COMES OXONIE omnibus hominibus et amicis suis et uniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris salutem. Nouerit uniuersitas uestra me pro salute anime mee et uxoris mee comitisse Hawisie et liberorum meorum et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et perpetuam elemosinam totam terram cum pertinentiis quam Johanna de Whiteham tenuit in uilla de Takeleia. que jacet inter terram que fuit Thome Welikeind et terram monachorum de Tileteya. cujus unum capud abutat uersus Yest super cheminum ducentem ad Neuport. et aliud super terram dictorum monachorum de Tileteie uersus Est. habendam et tenendam predictis ecclesie et monachis predictam

terram cum omnibus suis pertinentiis libere quiete pacifice integre et plenarie in liberam puram et perpetuam elemosinam solutam ab omni seculari seruitio exactione consuetudine demando sectis curie et omnibus rebus. Et ego et mei heredes warantizabimus defendemus et aquietabimus dictam terram cum omnibus suis pertinentiis dictis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

De .viii. acris terre assarti de Elsenham.

Willelmus de Boclande omnibus hominibus et amicis suis Francis et Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Ricardo filio Alexandri de Stanwei pro homagio et seruitio suo octo acras terre de essarto in uilla mea de Elsenham que jacent juxta diuisam de Takeleia apud locum qui uocatur Adbredenehach. et unam acram terre de essarto in eadem uilla que jacet inter terram Ricardi Knotte et Willelmi mercatoris. habendas et tenendas sibi et heredibus suis de me et de heredibus meis libere et quiete et honorifice. reddendo exinde annuatim michi et heredibus meis quatuor solidos sterlingorum. scilicet ad festum Sancti Michaelis .xii. denarios et ad Natale domini totidem. et ad Pascha totidem. et ad festum Sancti Johannis Baptiste totidem pro omni seruitio et demanda ad me uel ad heredes meos pertinente. saluis forinsecis seruitiis. quantum scilicet pertinet ad tantundem terre in eadem uilla. Et ego et heredes mei warantizabimus prefato Ricardo et heredibus suis totam predictam terram contra omnes gentes inperpetuum. Pro hac donatione et hujus carte confirmatione predictus Ricardus dedit michi unam marcam argenti in gersumam. Hiis testibus.

Matildis de Say de eadem terra.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Matildis de Say salutes et dilectiones. Sciatis me *etcetera vt supra.*

Donatio ejusdem terre Sancto Johanni.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus carpentarius de Picheseia pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum

dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis loci ejusdem in liberam et perhennem elemosinam totam terram meam cum pertinentiis omnibus quam habui in uilla de Elsenham sine aliquo retenemento michi uel meis heredibus. habendam et tenendam eisdem ecclesie et monachis in liberam et perpetuam elemosinam quietam ab omnibus seruitiis consuetudinibus sectis exactionibus et omnibus rebus secularibus. faciendo tantum inde seruitia debita dominis feodo prout continetur in cartis Willelmi de Boclande et Matildis de Say. quas de eodem tenemento habui. et illas abbati et monachis contradidi quando ipsis idem tenementum dedi unacum presenti carta feffamenti. Et ego et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus predictis abbati et monachis et ecclesie Sancti Johannis totam predictam terram cum omnimodis pertinentiis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

De quibusdam terris in Laleford.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Brito dedi et concessi et hac carta mea confirmaui Agneti de Chishelle que fuit uxor Roberti clerici de Laleford unum mesuagium in uilla de Laleford juxta brocam. scilicet quod Radulfus Catti tenuit. et totam terram quam idem Radulfus tenuit in eadem uilla cum omnibus pertinentiis eidem terre et mesuagio pertinentibus. et .v. acras terre de Ware quas Alanus Granger tenuit. que scilicet jacent juxta predictum tenementum cum omnibus pertinentiis suis. tenenda illi et cuicunque predicta tenementa dare uel assignare uoluerit et heredibus ejus de me et heredibus meis libere et quiete et honorifice et integre. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis .xviii. denarios argenti. scilicet ad Pascha .ix. denarios et ad festum Sancti Michaelis .ix. denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus et exactionibus michi pertinentibus. saluo forinseco seruitio domini Regis tantum quantum ad illam terram pertinet. Et pro hac donatione et concessione et carte mee confirmatione fecit michi predicta Agnes homagium et dedit michi in gersuma .xiiii. marcas argenti et uxori mee dimidiam marcam. Hiis testibus.

Quieta clamatio de eisdem terris.

NOTUM sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Margareta filia Roberti clerici de Laleford concessi et quietum et foris affidaui et juraui Roberto de Alneto et Isabelle uxori sue et heredibus illorum totum jus et clamorem quem habui uel habere potui in totam terram cum omnibus pertinentiis quam Thomas filius Roberti tenuit in uilla de Laleford. scilicet de feodo Willelmi Britonis. et de feodo Mathei de Leiham. et de feodo Ricardi de Asketot. in campis in pratis in pasturis in uiis in semitis et exitibus et in omnibus aliis locis ad predictam terram pertinentibus pro me et pro heredibus meis inperpetuum quietumclamaui. Et pro ista quietaclamatione et affidatione dederunt.

Alia quietaclamatio de eisdem.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Ade de Bercholt concessi et quietumclamaui omne jus meum quodcumque habui uel habere potui in omnibus tenementis que Thomas auunculus meus tenuit in uilla de Laleford cum omnibus pertinentiis suis Roberto de Alneto et heredibus suis pro me et heredibus meis. Pro hac autem.

Donatio Roberti de Alneto Jordano Walensi de eisdem.

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus filius Roberti de Alneto de Bercholt concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Jordano filio Walteri le Waleis de Seltune pro homagio et seruitio suo totam terram quam habui uel potui de heritagio matris mee in uilla de Laleford cum omnibus pertinentiis in suis uiis semitis pratis pasturis siluis alnetis homagiis et fossatis. terra G. nigri excepta. habendam et tenendam de me et de heredibus meis illi et heredibus suis libere quiete in pace et hereditarie. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ille et heredes sui .VI. solidos .XI. denarios ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti

Michaelis .iii. solidos .v. denarios obulum et ad Pascha .iii. soledos .v. denarios obolum pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis et secularibus demandis. Et ego dictus Robertus et heredes mei defendemus et warantizabimus dictam terram cum omnibus pertinentiis dicto Jordano et heredibus suis per predictum seruitium contra omnes inperpetuum. Et ut hec mea.

Donatio Jordani Walensis de eisdem Sancto Johanni.

Sciant presentes et futuri quod ego Jordanus filius Walteri le Waleis de Sceltune pro salute anime mee et uxoris mee Ade et animarum omnium antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perpetuam elemosinam totam terram et tenementum quod habui et tenui in uilla de Laleford cum mesuagio et edificiis in eo constructis. hominibus. redditibus consuetudinibus et omnibus aliis rebus predictis terre et tenemento quocumque jure pertinentibus absque ullo retenemento. et quicquid juris et clamii habui uel habere potui uel michi aut meis heredibus ratione dicti tenementi quolibet modo potuit aut in futurum poterit excidere uel prouenire in quibuscumque tenementis. habenda et tenenda predictis ecclesie abbati et monachis totam predictam terram et tenementum cum mesuagiis edificiis. hominibus liberis et villanis. homagiis redditibus releuiis auxiliis consuetudinibus eschaetis prouentibus libertatibus utilitatibus dominiis et omnibus profectibus inde prouenientibus et prouenturis. uel quocumque jure et casu dictam terram uel tenementum uel pertinentias suas contingentibus in boscis et planis. pratis et pascuis et bruariis. sepibus et fossatis. uiis et semitis. ortis et uirgultis. aquis et piscariis. exitibus et communis chaciis et aisiamentis et omnibus aliis pertinentiis et rebus dictam terram uel tenementum contingentibus in liberam et perpetuam elemosinam bene in pace. integre et plenarie. faciendo inde seruitium dominis feodi debitum et consuetum. et michi et heredibus meis unum par cirotecarum annuatim de pretio unius oboli ad Pascha pro omnibus rebus seruitiis secularibus

auxiliis consuetudinibus sectis exactionibus et omnibus aliis rebus quibuscumque et demandis inperpetuum. Et ego Jordanus et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus predictam terram et tenementum.

Quieta clamatio Isabelle de Alneto.

Nouerint presentes et futuri quod ego Isabella de Alneto vxor quondam Roberti de Alneto in mea pura et legitima uiduitate concessi remisi et quietum clamaui pro me et heredibus et assignatis meis ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci totum jus et clamium quod habui uel habere potui aut aliquo casu michi aut heredibus aut assignatis meis excidere potuerant. aut in futurum ad nos pertinere aut prouenire. in edificiis terris tenementis cum suis omnibus pertinentiis sine aliquo retenemento. que Jordanus le Waleis aliquando tenuit in uilla de Laleford. habendum et tenendum eisdem ecclesie abbati et monachis in liberam et perpetuam elemosinam sine aliqua uexatione inquietatione perturbatione aut exactione a me uel heredibus aut assignatis meis. sicut carta eorum quam habent de predicto Jordano plenius testatur. Ita quod nec ego uel heredes aut assignati mei in predictis edificiis terris tenementis aut eschaetis suis quocumque casu. seu in aliquibus suis pertinentiis. de cetero nichil juris aut clamii aut libertatis in eisdem poterimus exigere aut uendicare. Et uolo et concedo quod predicta ecclesia abbas et monachi predicti predicta edificia terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis sine aliquo retenemento teneant inperpetuum ita libere et quiete in omnibus. prout plenius continetur secundum tenorem carte quam habent de predicto Jordano. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Quieta clamatio Nicholai de Alneto de eodem.

Sciant presentes et futuri quod Nicholaus de Alneto filius quondam Roberti de Alneto pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum. et pro duabus marcis sterlingorum michi premanibus solutis. con-

cessi remisi et inperpetuum quietumclamaui pro me et heredibus et assignatis meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibi Deo seruientibus et seruituris et eorum successoribus inperpetuum et in liberam et perhennem elemosinam. totum jus et clamium quod habui uel habere potui uel aliquo tempore futuro aliquo casu michi aut heredibus aut assignatis meis poterit excidere aut prouenire in terris tenementis redditibus cum suis pertinentiis quibuscumque sine aliquo retenemento. que Jordanus le Waleis dedit memoratis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus in uilla de Laleford. sicut plenius continetur in carta predicti Jordani quam idem abbas et monachi habent ab eodem. Quare volo et concedo pro me et heredibus et assignatis meis quod memorati abbas et monachi et eorum successores habeant et teneant predictas terras et tenementa et redditus cum omnibus suis pertinentiis sine aliquo retenemento bene et in pace integre ac honorifice in liberam et perpetuam elemosinam quieta et soluta ab omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus sectis et demandis quibuscumque ad me uel heredes uel assignatos meos pertinentibus. et prout plenius et liberius continetur in carta antedicti Jordani. Ita quod nec ego nec heredes mei nec assignati aliquo casu aliquo tempore futuro in predictis terris tenementis redditibus seu in humagiis releuiis wardis auxiliis eschaetis seruitiis inde prouenientibus seu ad ea aliquo modo pertinentibus siue in aliquibus suis apendiciis aut pertinentiis aliquid juris aut clamii poterimus exigere resumere uel uendicare. Et ad majorem horum omnium securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Fundatio capelle de Nothamstede.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulphus de Neueriis dominus manerii de Nothamstede in parochia de Berkeweye de consensu uenerabilis patris Roberti Lundoniensis episcopi et de consensu et voluntate Galfridi decani et capituli Sancti Pauli ad instanciam Rogeri Neueriis filii et heredis Radulphi Nueriis concessi vt dictus Rogerus capellam edificet et habeat in curia sua apud Nothamstede in parochia de Berkeweye

predicta imperpetuum sibi et heredibus suis in ea per proprium sacerdotem cum propriis vestimentis libris et aliis pertinentiis nulla omnino re a matrice ecclesia exacta diuina faciat celebrari. Saluo per omnia jure et indempnitate matrici ecclesie de Berkeweye. videlicet ut predicta capella eidem matrici ecclesie plene sit subjecta. et capellanus in ea ministraturus antequam admittatur ad ministrandum in eadem. michi si fuero in Anglia vel rectori vel capellano suo pro tempore dicte ecclesie de Berkeweye a predicto Rogero et suis heredibus presentatur. et michi et successoribus vel rectori vel capellano dicte ecclesie juramentum faciat fidelitatis expresse, quod scilicet in nullo dicta matrix ecclesia per ipsum scienter sentiet lesionem. Et quod nunquam in dominicis diebus vel in aliis festiuitatibus que solent et debent a populo per annum festiuari. aliquem parochianum dicte matricis ecclesie ad diuina scienter recipiet in detrimentum dicte matricis ecclesie. nec panem benedictum nec aliqua sacrimenta ecclesiastica alicui parochianorum ministrabit. nisi ei qui tunc temporis fuerit de familia dicti Rogeri vel heredum suorum. vel ibi veniat sicut hospes. nec recipiet confessiones ab eis vel petitiones missarum vel purificationes. vel sponsalia celebrabit. nec erit ibi baptisterium nisi eis qui tunc temporis fuerint de familia dicti Rogeri. nec vlla sepultura mortuorum nec campana aliqua ad pulsanda nisi eis et pro eis de familia dicti Rogeri. Omnes autem oblationes et obuentiones vndecumque et quandocumque in capella predicta prouenientes capellanus in ea ministrans recipiet. et eodem sacramento astrictus sine omni retentione et diminutione predicto capellano matricis ecclesie plene et fideliter restituet. Si autem idem capellanus contra injuramentum fidelitatis venit. vel alias deliquerit vnde merito debeat suspendi vel a ministerio capelle amoueri. ego et successores mei. premissa debita et competenti amonitione. ipsum amouebimus. et idoneus capellanus in dicta capella post presentationem dominorum feodi illius ministrabit. saluo per omnia jure matricis ecclesie et dignitate Londoniensis ecclesie. Et ne predictus Rogerus et heredes sui a matrice ecclesia penitus videantur exempti. ipsi permanentes apud Nothamstede cum tota familia sua et hospitibus suis. si hospites habeant. venient ad matricem ecclesiam more debito et cum debita reverencia cum aliis parochianis audituri diuina in

diebus subscriptis. videlicet in festo Dedicationis in nocte et die Natalis Domini. in die Purificationis beate Marie. in nocte et in die Natalis Sancti Johannis Baptiste. in festiuitate Pasche. in die Pentecostes. in Assumptione et Natiuitate beate Marie. in festiuitate Omnium Sanctorum. nisi forte propter aeris intemperiem et personarum debilitatem de licentia mea vel successorum meorum aliquando eis conceditur in capella sua audire diuina in aliquo festorum predictorum. Dictus vero Rogerus pro se et heredibus suis renunciauit omnibus impetratis et impetrandis contra prouisionem et conuentionem predictorum imperpetuum facientibus et eciam omni jure beneficio et priuilegio quos concedere possit in prejudicium supradictum matricis ecclesie quantum ad concessionem predictam. Ut premissa perpetue firmitatis robur obtineat ei sigillo capituli Londoniensis ecclesie Sancti Pauli unacum sigillo meo procuraui communiri. Hiis testibus domino Galfrido de Lucy decano. Henrico cancellario. Willelmo de Sancte Marie Ecclesia. Willelmo de Purle. Mauritio de Herlawe. et aliis prout continetur in cartis inde confectis.

Carta Philippi de Columbariis de Benigham et Acolth.

Philippus de Columbariis filius Philippi de Columbariis omnibus hominibus salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Willelmo de Rokella totam terram de Akot et de Beningham cum omnibus pertinentiis suis. quam Philippus de Columbariis auus meus dedit in libero maritagio Ricardo de Rokella cum Matilde de Columbariis filia sua matre Willelmi et Philippi de Rokella. habendam et tenendam predicto Willelmo de Rokella et hominibus suis de me et heredibus meis libere et quiete et integre in terris et reditibus in uiis et in semitis in homagiis et in omnibus aliis eidem terre pertinentibus pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. saluo seruitio domini Regis. scilicet per sextam partem feodi unius militis. Pro hac autem concessione et presentis carte mee confirmatione deuenit predictus Willelmus de Rokella homo meus et dedit michi unum aucipitrem Norensem. Et sciendum est quod ego Philippus de Columbariis et heredes mei warantizabimus predicto

Willelmo de Rokella et heredibus suis predictam terram cum pertinentiis contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Yngeerramo de Say. Willelmo de Columbariis. Waltero de Hatfeld. Rogero de Meridene. Ricardo de Rokella. Waltero de Wokindone. Waltero de Akot. Radulfo de Insula. et multis aliis.

Carta Willelmi de Rokella Philippo fratri suo de Benigham.

Willelmus de Rokella omnibus hominibus suis et amicis Francis et Anglis clericis et laicis presentibus et futuris salutem. Sciatis me dedisse concessisse et presenti carta mea confirmasse Philippo de Rokella fratri meo pro homagio suo et seruitio totam terram meam de Acholta. saluo seruitio quod ad Regem pertinet. tenendam de me et de heredibus meis illi et heredibus suis in feodo et hereditare libere et quiete finabiliter et hereditabiliter ab omnibus seruitiis per seruitium prenominatum. Quare uolo et firmiter precipio quod prefatus Philippus et heredes sui habeant et teneant terram predictam de me et de heredibus meis ipse et heredes sui cum omnibus pertinentiis in bosco et in plano in patris et in pasturis in viis et semitis et in omnibus aliis locis et in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus bene et in pace honorifice plenarie et integre ab omnibus seruitiis et exactionibus per seruitium prescriptum. Testibus Ricardo de Munfichet. Johanne de Chelebautone. Willelmo filio Galfridi. Balduwino filio Serlonis. Bernardo de Rokella. Ricardo de Curzun. Johanne persona de Wukendone. Galfrido de Curtone. Radulfo de Matham. Roberto de Berkerella. Willelmo de Dunmaue. Adam de Curtune. Adam clerico de Placeto.

Confirmatio Philippi de Columbariis Philippo de Rokella.

Philippus de Columbariis filius Philippi de Columbariis omnibus hominibus salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Philippo de Rokella et heredibus suis totam terram de Akot et de Benigham cum omnibus pertinentiis suis. quam Philippus de Rokella

tenet in eisdem locis de Willelmo de Rokella nepote suo. et quam Willelmus de Rokella frater suus dedit ei. que est de feodo meo in terris et redditibus in uiis et in semitis et humagiis. habendam et tenendam predicto Philippo et heredibus suis de Willelmo de Rokella et heredibus suis per seruitium sexte partis feodi unius militis pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. Pro hac autem concessione et presentis carta mee confirmatione dedit michi predictus Philippus unum brachetum album. Hiis testibus. Yngerammo de Say. Willelmo de Columbariis. Waltero de Hatfeld. Rogero de Meridene. Ricardo de Rokella. Waltero de Wokendune. Waltero de Akot. Ricardo de Insula. et multis aliis.

De .ii. acris terre in excambium nemoris.

PHILIPPUS FILIUS PHILIPPI DE COLUMBARIIS omnibus hominibus Francis et Anglicis tam presentibus quam futuris salutem. Sciatis me dedisse et concessisse Philippo de Rokele duas acras terre in Oswardesthufft super quas Hallestede abutat pro duabus acris nemoris quod predictus Philippus habuit in Benigham inperpetuas excambias. tenendas eidem Philippo et heredibus suis de me et heredibus meis libere et quiete per easdem excambias. Pro quibus excambiis ego Philippus de Columbers et heredes mei warantizabimus prefato Philippo de Rokele et heredibus suis illas predictas duas acras contra omnes homines et feminas. Et etiam defendemus in omnibus secularibus seruitiis et exactionibus. Et quia uolo ut harum excambiarum conuentio rata sit et stabilis: hanc cartam predicto Philippo mei sigilli appositione confirmaui. Hiis testibus Roberto de Agnis. Hamone genero meo. Waltero Hatfeld. Johanne de Rokele. Philippo Gernum. Willelmo de Dunmaue. Hugone uicario de Acholt. Willelmo Do qui hanc cartam scripsit.

Idem Philippus de quadam uia in Akaut.

SCIANT presentes et futuri quod ego Philippus de Columbariis filius Philippi de Columbariis dedi et concessi Philippo nepoti meo de Rokela

pro seruitio et homagio suo. uiam que est inter terram Frembaldi et portam prediĉti Philippi de Rokela. tenendam ipsi Philippo et heredibus suis de me et heredibus meis hereditarie libere et quiete et pacifice per dimidiam libram cimini reddendam annuatim. scilicet ad Natale domini michi uel heredibus meis. Pro hoc autem dono et concessione dedit michi prediĉtus Philippus de Rokela de gersoma dimidiam marcam argenti. Et ut hec donatio et concessio apud posteros rata et inconcussa habeatur: hanc presentem cartam sigilli mei munimine corroboraui. Testibus hiis Hugone tunc capellano de Acout. Roberto de Wodecrofte. Magistro Laurentio de Grandi prato. Ricardo Pincerna. Frembaldo. Willelmo de Dunmaue. Galfrido de Bouilla. Rogero de Freulencort. Adam de Homber.'

Donatio Philippi de Rupella de Benigham et Akolta.

Philippus de la Rokelle filius Ricardi de la Rokelle omnibus hominibus suis Francis et Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis me dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sanĉti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram quam habui in Acholta et in Benigham in Suffolchia cum omnibus pertinentiis suis. habendam et tenendam in perpetuam elemosinam quietam ab omnibus secularibus seruitiis et exaĉtionibus consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis scilicet seruitio sexte partis feodi unius militis. soluendo Ricardo de la Rokelle filio Willelmi de la Rokelle et heredibus suis. Quare uolo quod prediĉti abbas et monachi habeant et teneant prenominatam terram cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace honorifice plenarie et integre in hominibus et seruitiis homagiis et releuiis auxiliis et consuetudinibus in pratis et pasturis in viis et semitis et in omnibus aliis locis et vtilitatibus inde percipiendis per prediĉtum seruitium. Et ego et heredes mei debemus warantizare prediĉtis ecclesie Sanĉti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci prenominatam terram cum omnibus suis pertinentiis per prediĉtum seruitium contra omnes homines et feminas. Hanc autem elemosinam feci pro salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et

successorum meorum et pro speciali societati et participatione omnium bonorum que fient in dicta ecclesia inperpetuum. Et ut hec mea donatio et concessio firma et stabilis inperpetuum perseueret : presentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus Alexandro de Britlingeseye. Willelmo Arnold. Magistro Willelmo de Dichingham. Magistro Radulfo de Aineus. Magistro Galfrido de Tywinges. Magistro Ricardo de Cristesale. Roberto de Cranele. Adam filio Adam de Bedingfeld. Ricardo le Flemeng. Johanne le Flemeng. Thoma filio Fromboldi. Johanne de Gloucestre. Philippo de Denham. Jordano de Acholta. Nigello de Hauekestune. Jordano clerico. Ricardo de Mannestune. Othone de Colecestria. Johanne de Horkeslee. Helya de Laueham. Alano de Campes. Nicholao Perdriz. Willelmo Coleman. Willelmo Hauekeseye. Willelmo Modi. Roberto de Celario. Herberto paruo. et aliis.

Alia de eadem re et donatione expressior.

PHILLIPPUS RUPELLA filius Ricardi de Rupella omnibus hominibus suis Francis et Anglis presentibus et futuris salutem. Sciatis me dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram quam habui in Acholta et in Benigham in Suffolchia cum omnibus pertinentiis suis. habendam et tenendam de me et de heredibus meis inperpetuam elemosinam quietam ab omnibus secularibus seruitiis et exactionibus consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini Regis scilicet seruitio sexte partis feodi unius militis. soluendo illud pro me et heredibus meis Ricardo de Rupella filio Willelmi de Rupella et heredibus suis. et salua dimidia libra cimini annuatim reddenda pro me et heredibus meis Philippo de Columbers et heredibus suis ad Natale domini. Quare uolo quod predicti abbas et monachi teneant prenominatam terram cum omnibus pertinentiis suis bene et in pace honorifice plenarie et integre in hominibus seruitiis homagiis et releuiis auxiliis et consuetudinibus in pratis et pasturis in viis et semitis et in omnibus aliis locis et utilitatibus inde prouenientibus per predictum seruitium. Et ego et heredes mei

debemus warantizare predictis ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci prenominatam terram cum omnibus suis pertinentiis per predictum seruitium contra omnes homines et feminas. Hanc autem elemosinam feci pro salute anime mee et vxoris mee et antecessorum et successorum meorum et pro speciali societati et participatione omnium bonorum que fient in dicta ecclesia inpertuum. Et ut hec mea donatio et concessio firma et stabilis inperpetuum perseueret presentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus Alexandro de Britlingeseye. Willelmo Arnold. Magistro Willelmo de Dychinham. et aliis qui in proxima precedenti.

Confirmatio Philippi de Columbariis tertii de Benigham.

Sciant presentes et futuri quod ego Philippus de Columbariis tertius concessi et confirmaui intuitu caritatis et pro salute anime mee et antecessorum meorum donationem quam dominus Philippus de la Rokella fecit Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus. scilicet totam terram quam tenuit in uilla de Acholt et de Benigham cum omnibus suis pertinentiis secundum tenorem carte dicti Philippi de Rokella. saluis seruitio domini Regis et consuetudinibus michi factis ab hominibus homagii abbatis monachorum tempore memorati Philippi et inposterum michi et heredibus meis faciendis. Concessi etiam et confirmaui dicte ecclesie et abbati et monachis donationem quam Willelmus de Dunmawe fecit eis. scilicet decem solidos et sex denarios annui redditus in uilla de Acholt et de Benigham. de quibus Thomas rector ecclesie de Acholt debet septem solidos et quatuor denarios annuatim de tenemento quod fuit Petri filii Seyeue. et Thomas filius Frambaldi tres solidos et duos denarios annuatim de suo tenemento secundum quod carta dicti Willelmi testatur. Et ut iste mee concessiones et confirmationes perpetuam optineant firmitatem presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus dominis Henrico de Verney. Huberto de Brisewrth. Willelmo de Cortune militibus. Magistro Thoma persona de Acholt. Matheo de Stokes. Magistro Gilleberto de Schrb'. Philippo filio

meo. Rogero de Munferad. Hugone de Columbariis. Jordano. Nicholao. Anselmo. seruientibus abbatis. et aliis.

Confirmatio ejusdem de quadam uia in Akat.

SCIANT presentes et futuri quod ego Philippus de Columbariis tertius dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam uiam que est inter terram Thome filii Frambaldi et mesuagium predictorum abbatis et monachorum in Benigham de qua percipere solebam dimidiam libram cimini. habendam et tenendam de me et heredibus meis inperpetuum. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis unum columbum ad Pascha apud Benigham pennis pauonis pennatum pro omnibus seruitiis et demandis. saluis michi et heredibus meis cacia et communia ejusdem uie. In cujus rei testimonium presentem cartam sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus dominis Henrico de Verney. Huberto de Brisewrthe. Willelmo de Cortune militibus. Magistro Thoma persona de Acholta. Matheo de Stokes. Philippo de Columbariis quarto. Willelmo de la Riuere. Rogero de Munferad. Adam de Cranele. Willelmo de Benigham clerico. Rogero clerico. Jordano. Nicholao. Anselmo seruientibus abbatis. et aliis.

Confirmatio Ricardi de Rupella filii Willelmi de Benigham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus de Rupella dedi et concessi et confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totas terras cum omnibus pertinentiis quas Philippus de Rupella eis dedit in uilla de Benigham et de Acholta. habendas et tenendas eisdem abbati et monachis et eorum successoribus inperpetuum secundum quod continetur in cartis quas habent de predicto Philippo de Rupella et in cyrograffo facto in curia domini Regis. Pro hac autem confirmatione dederunt michi predicti abbas et monachi decem marcas argenti. Et quia uolo quod hoc scriptum

perpetuum robur optineat firmitatis sigilli mei impressione illud duxi roborandum. Hiis testibus dominis Ricardo Fillol. Huberto de Ruilli. Ricardo de Asketot militibus. Symone filio Normanni. Osberto de Brichlingeseye. Johanne de Tiueteshale. Roberto de Brichlingeseye. Jordano et Roberto clericis abbatis. Radulfo marescallo. Nicholao Perdriz. Ricardo de Hauuille. Willelmo Hauekeseye. et aliis.

Philippus de Rupella de tenemento Alani de Benigham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Philippus de Rupella concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Alano filio Odonis de Benigham pro homagio et seruitio suo et pro quinque marcis argenti quas michi dedit in gersumam totum tenementum quod dictus Odo pater ipsius Alani aliquando de me tenuit in Benigham tam in mesuagiis quam in terris forinsecis cum pertinentiis suis sine ullo retenemento. habendum et tenendum dicto Alano et heredibus suis de me et heredibus meis uel de assignatis meis libere et quiete in feodo et hereditate. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis uel meis assignatis ille et heredes sui uel assignati eorum duos solidos argenti in hiis terminis. scilicet in festo Sancti Michaelis sex denarios. in festo Sancti Andree sex denarios. ad Pascha sex denarios et ad festum beati Johannis Baptiste sex denarios pro omnibus seruitiis auxiliis et exactionibus. saluo seruitio domini Regis. scilicet ad uiginti solidos super schutum positos [*blank*] Et ad plus plus et minus minus. Et ego Philippus et heredes mei uel mei assignati warantizabimus dicto Alano et heredibus suis et suis assignatis prenominatum tenementum cum pertinentiis contra omnes homines et feminas per predictum seruitium. Hiis testibus Willelmo de Bosco clerico. Johanne de Gloucestre. Thoma filio Frembaldi. Nicholao filio Hugonis persone. Frembaldo de Vrwode. Elya de Laueham. Euerardo de Leges. Magistro Radulfo de Agnis. Heried. Willelmo fabro. Semanno Flemeng. Willelmo Franceis. Huberto Holdelond. et aliis.

Alanus de Benigham de terra quam dedit Sancto Johanni.

Sciant presentes et futuri quod ego Alanus de Benigham filius Odonis Medici concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram meam cum omnibus suis pertinentiis sine aliquo retenemento michi et heredibus meis quam habui in Benigham et in Acolte. habendam et tenendam ipsis abbati et monachis in liberam et puram et perpetuam elemosinam. Et ego Alanus et heredes mei warantizare debemus predictam terram cum suis pertinentiis prenominatis abbati et monachis contra omnes homines et feminas. In cujus rei testimonium presentem cartam sigillo meo signaui. Hiis testibus Magistro Radulfo de Aynels. Willelmo de la Rokele. Ricardo de Manestune. Ricardo de Hauuille. Nicholas Perdriz. Anselmo coco. Symone Percesoil. et aliis.

De .xxv. denariatis redditus in Beningeham.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Frambaldi de Beningham dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris uiginti quinque denarios annui redditus in Acholta et in Benigham in liberam puram et perpetuam elemosinam. de quibus Thomas filius Wlueue et heredes sui debent annuatim decim et octo denarios et obolum ad quatuor terminos anni. scilicet ad festum Sancti Andree .v. denarios et ad Pascha quatuor denarios et obulum et ad festum Sancti Johannis Baptiste quatuor denarios et obulum et ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios et obulum. pro tribus acris et dimidia terre que jacent inter Doleweye et terram quam idem Thomas tenet de feodo quod fuit Philippi de Rupella. Et Walterus filius Mauricii et heredes sui debent quatuor denarios et obulum ad dictos terminos pro una acra et dimidia que jacent inter terram Hugonis filii Nicholai et terram Roberti Wudecote. Et Walterus longus et heredes sui debent duos denarios ad

duos terminos anni. scilicet ad Pascha vnum denarium et ad Natale Sancti Johannis Baptiste unum denarium pro tribus rodis terre que jacent super Staniland inter terras persone de Acholte. Et ego Thomas filius Frambaldi et heredes mei warantizabimus predictum redditum uiginti quinque denariorum dictis ecclesie et monachis contra omnes mortales inperpetuum. In autem hujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Huberto de Brisewrthe. Willelmo de Cortune militibus. domino Roberto de Mora capellano. Willelmo de Beseuile. Willelmo Gernun. Adam de Cranle. Galfrido fratre ejus. Henrico Haucepe. Ricardo de Hauuille. Nicholao Perdriz. Jordano et Roberto clericis abbatis. et aliis.

De .vii. solidatis et .x. denariatis redditus in Benigham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Philippus de la Rokele dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Willelmo filio Gileberti de Dunmauue .VII. solidatas et .x. denariatas redditus in uilla de Achole et de Benigham. scilicet de Sauia uidua quatuor solidos et .VIII. denarios. et de Frambalt .III. solidos et .II. denarios. Et hunc predictum redditum concessi ei cum eodem feudo absque ullo retenemento. tenendum de me et heredibus meis illi et heredibus suis pro homagio et seruitio suo libere et quiete. reddendo inde per annum dimidiam libram cimini infra Octabas Natalis domini. saluo seruitio domini regis quod ad illam terram pertinet. Hunc predictum redditum ego Philippus et heredes mei debemus warantizare predicto Willelmo et heredibus suis contra omnes homines et omnes feminas. Hiis testibus. Bernardo de la Rokele. Willelmo Faucillon. Roberto de Riwehale. Waltero filio Willelmi. Adam de Bediggefeld. Hugone capellano. Roberto Flamang. Nicholao de Dunmawe. Bartholomeo Cumin.

De .x. solidatis et .vi. denariatis redditus in Benigham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Dunmawe dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in puram

et perpetuam elemosinam decem solidatas annui redditus et sex denariatas in uilla de Acholta et de Benigham sine aliquo retenemento michi et heredibus meis de tenemento quod Philippus de la Rokele michi dedit pro seruitio et homagio meo. de quibus decem solidatis et sex denariatis annui redditus soluet Thomas persona de Acholta et heredes sui in perpetuum de tenemento quod de me tenuit predictis ecclesie et monachis septem solidos et quatuor denarios annuatim. et Thomas filius Frambaldi et heredes sui inperpetuum tres solidos et duos denarios de tenemento suo annuatim. expendendos singulis annis inperpetuum in conuentu Sancti Johannis Colecestrie in die anniuersarii Willelmi capellani de Hadlega. In cujus rei testimonium *etcetera*. Hiis testibus *etcetera*.

De duobus rusticis in uilla de Wicham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus de Mendlesham pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui in liberam puram et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris Johannem Costi et Robertum Costi filios quondam Rogeri Costi de Wicham uillanos meos cum tota sequela sua et cum omnibus suis tenementis que de me aliquando tenuerunt in uilla de Wikham et cum omnibus seruitiis et consuetudinibus que michi facere consueuerunt de eorum tenementis predictis et cum omnibus aliis eschaetis et pertinentiis sine aliquo retenemento michi uel heredibus meis. vt predicti abbas et monachi et eorum successores habeant et teneant prenominatos Johannem et Robertum cum eorum omnibus sequelis suis et tenementis seruitiis et consuetudinibus et omnibus eschaetis et pertinentiis in liberam puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni seculari seruitio sectis et demandis et omnibus aliis exactionibus. Et ego predictus Robertus et heredes mei warantizabimus acquietabimus et defendemus predictis abbati et monachis et eorum successoribus predictos Johannem et Robertum natiuos cum totis sequelis suis et tenementis cum omnibus suis pertinentiis ut liberam puram et perpetuam elemosinam. In

cujus rei testimonium presentem cartam sigilli mei impressione roboraui Hiis testibus domino Willelmo de Cortune et domino Johanne Corndebuef militibus. Willelmo de Hecham. Willelmo de Giselingham *etcetera*.

De quodam libero et ejus tenemento ibidem.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Mendlesham concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui pro salute anime mee et animarum patris et matris et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam puram et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris homagium Oseberti de Brodok et heredum suorum et seruitium eorundem. scilicet tres solidos annui redditus quos idem Osebertus michi reddere debuit et consueuit ad anni terminos quatuor. scilicet ad festum Sancti Michaelis nouem denarios. ad festum Sancti Andree nouem denarios. ad Pascha nouem denarios et ad festum Natiuitatis Beati Johannis Baptiste .ix. denarios. et quicquid juris in tenemento dicti Oseberti uel heredum suorum habui uel habere potero uel ad meos heredes uel me aliquo modo pertinuit siue pertinere possit aut excidere sine aliquo retenemento. vt predicti abbas et monachi et eorum successores habeant et teneant homagium dicti Oseberti et heredum suorum et seruitium cum omnibus eschaetis releuiis consuetudinibus et pertinentiis aliis quibuscumque libere quiete bene et in pace integre et honorifice vnacum uno denario ad scutagium quando euenerit in liberam puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni seculari seruitio sectis curie et demandis uniuersis. Et ego Ricardus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus dictis ecclesie et monachis homagium seruitium redditum et tenementum predicta cum pertinentiis contra omnes inperpetuum. In cujus *etcetera*. Hiis testibus *et cetera*.

Confirmatio Philippi de Columbariis tertii de Beninghebam.

Sciant presentes et futuri quod ego Philippus de Columbariis quartus filius Philippi de Columbariis concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo

et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram in Acholt et Beningham cum omnibus suis pertinentiis quam Philippus de Rupella filius Ricardi de Rupella eis dedit in liberam et perpetuam elemosinam sicut plenius et liberius in carta dicti Philippi continetur. Item concessi et hac presenti carta mea confirmaui predictis ecclesie et monachis decem solidos et .VI. denarios annui redditus in eisdem uillis quos habent de dono Willelmi de Dunmawe. de quibus Thomas quondam rector illius ecclesie de Acholt solebat reddere .VII. solidos et .IIII. denarios annuatim de tenemento quod fuit Petri filii Sayue. et Thomas Frembald .III. solidos et .II. denarios sicut plenius continetur in carta predicti Willelmi. Concessi etiam et hac presenti carta mea confirmaui ecclesie abbati et monachis predictis .XXV. denarios redditus annui quos habent de dono predicti Thome Frumbald in eisdem uillis sicut continetur in carta dicti Thome. Item concessi et hac carta confirmaui ecclesie abbati et monachis eisdem in liberam et perpetuam elemosinam totam uiam que est inter terram Thome filii Frembaud et mesuagium predictorum abbatis et monachorum in Beningeham. habendam et tenendam eandem libere et quiete per seruitium unius columbi per annum pro omnibus prout continetur in carta Philippi de Columbariis patris mei. salua michi et heredibus meis chacia et communa per eandem. Preterea remisi et quietumclamaui pro me et pro heredibus meis predicto abbati et suis successoribus et omnibus suis tenentibus in eisdem uillis inperpetuum omnes sectas curie mee et omnes alias consuetudines et exactiones quas ab eis exigere solebam uel inposterum exigere potero aliqua ratione predictorum tenementorum uie et reddituum. Ita tamen quod si tenentes predicti abbatis uelint habere communam in campis seu pasturis meis satisfaciant michi pro dicta communa rationabiliter absque aliqua consuetudine. Et ego Philippus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus totam predictam terram redditum et uiam cum suis pertinentiis omnibus predictis abbati et monachis et suis successoribus contra omnes inperpetuum. Pro hac autem concessione warantizatione quieta clamatione et carte mee confirmatione dedit michi dictus abbas decem marcas sterlingorum. Et ut omnia prescripta et singula robur

perpetue firmitatis optineant huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Donatio Philippi de Columbariis tertii de Beningham et Akolt.

OMNIBUS Christi fidelibus presentibus et futuris Philippus de Columbariis quartus filius Philippi de Columbariis tertii salutem in domino. Sciatis quod ego pro salute anime mee et animarum omnium antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui pro me et heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perhennem elemosinam omnes terras et omnia tenementa que aliquando habui uel tenui in Akolt Benigham Bedigfeud et Suthholt cum aduocatione ecclesiarum predictarum uillarum de Akolt et Beningham et cum mesuagiis edificiis hominibus liberis et villanis et eorum homagiis redditibus seruitiis consuetudinibus releuiis auxiliis eschaetis herietis libertatibus vtilitatibus dominiis boscis pratis planis pascuis sepibus fossatis viis semitis aquis piscariis gardinis ortis exitibus communis chaciis aesiamentis et omnibus aliis pertinentiis quibuscumque ac rebus omnimodis dictas terras uel tenementa quocumque modo contingentibus. et quicquid juris uel clamii habui uel habere potui. seu michi aut heredibus meis ratione terrarum aut tenementorum predictorum quolibet modo potuit aut in futurum excidere poterit uel prouenire sine aliquo retenemento. feodo quod Robertus de Aigneaus tenet de me in Gretingham et feodo quod Thomas le Parkier tenet de me in Saham tantum exceptis. Quare volo et concedo pro me et heredibus uel assignatis meis quod predicta ecclesia abbas et monachi antedicti et eorum successores inperpetuum habeant et teneant de me et heredibus meis uel assignatis omnes terras et tenementa predicta cum hominibus liberis et eorum homagiis villanis redditibus seruitiis eschaetis et omnibus aliis pertinentiis ac rebus quibuscumque dictas terras uel tenementa quocumque modo contingentibus in liberam et perpetuam elemosinam sine aliquo retenemento sicut predictum est bene et in pace libere integre quiete ac honorifice. reddendo inde michi et heredibus meis uel assignatis annuatim quatuor denarios ad

Pascha pro omnibus seruitiis auxiliis sectis halimotis scottis lottis consuetudinibus exactionibus et omnibus rebus aliis quibuscumque. Et ego predictus Philippus et heredes mei uel assignati warantizabimus aquietabimus et defendemus omnes terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis et cum aduocatione dictarum ecclesiarum de Akolt et Beningham sicut predictum est sine aliquo retenemento predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus in liberam et perpetuam elemosinam contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

Donatio Nicholai filii Thome Frumbaud de .xx. denariatis et obolata in Benigham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Nicolaus filius quondam Thome Frumbaud pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam viginti denarios et vnum obulum annui redditus. et vnde iidem abbas et monachi et eorum successores recipient per annum per manus meas de tenemento quod de eis teneo duos denarios ad augmentum quinque solidorum et decem denariorum annui redditus quem eis de eodem tenemento reddere consueui. Et de Ricardo Pinstan septem denarios. De Petro Cunseil sex denarios et obulum. De Huberto filio Elye Loc tres denarios. De Thoma Godard duos denarios per annum. scilicet ad eosdem terminos ad quos michi reddere consueuerunt. Quare uolo et concedo pro me et heredibus uel assignatis meis quod predicti abbas et monachi et eorum successores habeant recipiant et teneant predictum annuum redditum viginti denariorum et unius obuli in liberam puram et perhennem elemosinam cum omnibus seruitiis consuetudinibus redditibus homagiis exitibus et eschaetis que inde excidere poterunt uel de tenementis predictorum Ricardi Pinstan. Petri Cunseil. Huberti filii Elye Loc et Thome Godard qui de me aliquando tenuerunt in Akol et Beningham contingere aut prouenire sine aliquo retenemento. Et ego Nicholaus et heredes et assignati predictum annuum redditum .xx. denariorum et

unius obuli cum omnibus suis pertinentiis sicut predictum est eisdem abbati et monachis et eorum successoribus ut puram liberam et perhennem elemosinam warantizabimus aquietabimus et defendemus contra omnes inperpetuum. Et ad majorum hujus rei securitatem presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Quieta clamatio Semanni Godekin de quibusdam terris.

SCIANT presentes et futuri quod ego Semannus Godekin filius quondam Rogeri Godekin concessi remisi et quietumclamaui pro me et heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perhennem elemosinam ac eorum successoribus totum jus et clamium quod habui uel habere potui in terris et tenementis que Rogerus Godekin pater meus aliquando tenuit de predictis abbate et monachis in Akolt et Beningham cum omnibus suis pertinentiis et cum omnibus escaetis que de predictis terris et tenementis excidere poterunt contingere aut prouenire sine aliquo retenemento. Ita quod nec ego nec heredes mei uel assignati aliquid juris uel clamii de predictis terris tenementis exitibus seu suis pertinentiis aliquo modo aut casu exigere poterimus inposterum clamare uel uendicare. In hujus rei testimonium presenti scripto *et cetera.* Hiis testibus.

Carta Roberti de Mendlesham de quibusdam redditibus in Wicham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus de Mendlesham concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Beati Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus homagium et seruitium Oseberti de Brodoc. scilicet tres solidos annui redditus pro toto tenemento quod de me tenuit in Wicham ad quatuor terminos annuatim a dicto Oseberto et ejus heredibus percipiendos. scilicet ad Pascha .IX. denarios et ad festum Sancti Johannis Baptiste .IX. denarios. et ad festum Sancti Andree .IX. denarios. Et quatuor denarios annui redditus a Thoma de Sceyth capellano et ejus heredibus annuatim percipiendos

de quodam prato quod de me tenuit in Wicham. videlicet ad Pascha .II. denarios et ad festum Sancti Michaelis .II. denarios. Et quatuor denarios annui redditus a Waltero longo annuatim percipiendos de quodam tenemento quod de me tenuit in Wycham jacente inter terram Bartholomei capellani et terram Hugonis aurifabri. videlicet ad Pascha .I. denarium et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste .I. denarium ad festum Sancti Michaelis .I. denarium et ad festum Sancti Andree Apostoli .I. denarium. Et quatuor denarios annui redditus a Adam Gretheued et ejus heredibus annuatim percipiendos de quodam tenemento quod de me tenuit in Wicham jacente inter terram Thome Morkoc et terram Nicholai de Wincestre. videlicet ad Pascha .I. denarium et ad festum Sancti Johannis Baptiste .I. denarium ad festum Sancti Michaelis .I. denarium et ad festum Sancti Andree Apostoli .I. denarium. et vnum diem in autumpno ad cibum de eadem terra percipiendum. Concessi etiam dictis abbati et monachis totum seruitium et homagium Johannis Costi et Roberti fratris sui. videlicet octodecim denarios annui redditus annuatim ab eis percipiendos. videlicet ad Pascha quatuor denarios et .I. obulum ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste quatuor denarios et obulum ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios obulum et ad festum Sancti Andree quatuor denarios et obulum. et in autumpno quinque dies sine cibo et vnum diem ad cibum. et in quadrangessima vnum diem ad cibum pro orto fodiendo. et vnum diem in estate ad operandum in orto. et vnum diem ad Natale ad secandum subboscum. et tunc habebunt vnum panem ad uesperam. et alia seruitia et auxilia ad eorum tenementa spectantia. videlicet vnam gallinam et ova annuatim ab eis percipienda. Preterea concessi eisdem ecclesie Sancti Johannis abbati et monachis de Colecestria duos denarios annui redditus a Willelmo Bissop et ejus heredibus annuatim percipiendos de una acra terre jacente juxta viam que ducit de Wycham apud Mendlesham. videlicet ad Pascha unum obulum. ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste .I. obulum et ad festum Sancti Michaelis .I. obulum et ad festum Sancti Andree Apostoli .I. obulum: habenda et tenenda omnia predicta seruitia et homagia et redditus prefatos et quicquid ad me uel ad heredes meos reverti uel spectare aliquo modo poterit de

dicto Oseberto et ejus heredibus. uel de Thoma de Sceyth capellano et ejus heredibus. vel de Waltero longo et ejus heredibus. vel de Adam Gretheued et ejus heredibus. vel de Johanne Costi et Roberto fratre suo et eorum heredibus. vel de Willelmo Byssop et ejus heredibus aliqua ratione uel occasione dicti seruitii uel homagii prefati sui redditus annui prenominati sine ullo retenemento de me siue de heredibus meis predicte ecclesie Sancti Johannis et abbati et monachis Sancti Johannis de Colecestria Deo seruientibus pro salute anime mee et animarum antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam bene et in pace inperpetuum. Ita tamen quod soluant pro me et pro heredibus meis dominis feodi ad scutagium ad plus uel ad minus vnum denarium. Ego autem Robertus et heredes mei warantizabimus et defendemus predicta homagia et seruitia et redditus predictos prenominatorum Oseberti de Brodhoc. Thome de Sceyth capellani. Walteri longi. Adam Gretheued. Johannis Costi. Roberti fratris ejus Willelmi Bishop et heredum suorum dicte ecclesie Sancti Johannis Baptiste et dictis abbati et monachis Sancti Johannis de Colecestria ut predictum est contra omnes inperpetuum. Ut autem hec mea concessio et carte presentis confirmatio perpetuum robur et securam stabilitatem optineant hoc scriptum sigilli mei appositione roboraui. Hiis testibus. *et cetera.*

Carta ejusdem Roberti de aturnamento de quibusdam redditibus in Wicham.

OMNIBUS Christi fidelibus has litteras inspecturis uel audituris Robertus filius quondam Johannis de Mendlesham salutem in domino. Noueritis me aturnasse dominum abbatem Sancti Johannis Baptiste Colecestrie uel ejus balliuos uel seruientes quicumque pro tempore fuerint in Wicham ad percipiendum viginti et unum denarios annui redditus de Roberto filio quondam Willelmi Gernum de Thornham uel de ejus heredibus siue ejus assignatis annuatim ad tres terminos. scilicet ad medium Marcii .VII. denarios ad festum Sancti Bartholomei .VIII. denarios et ad festum Sancti Eadmundi regis et martyris .VI. denarios. et ad distringendum tenementum quod quondam Willelmus de Reymes tenuit de me in Wicham pro dicto redditu

non juste reddito nec forte plenarie soluto. quodquidem tenementum cum pertinentiis jacet inter terram dicti domini abbatis Sancti Johannis Colecestrie que uocatur Suthwdefeld et terram Benedicti longi in Wicham. In hujus autem rei testimonium hoc scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hiis testibus.

Carta Martini de la Grene de Wicham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Martinus de la Grene de Wycham pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris et eorum successoribus in liberam puram et perpetuam elemosinam viginti quinque denarios annui redditus cum pertinentiis quos Robertus filius fabri et Johannes de Donewold michi reddere consueuerunt de tenementis que de me tenuerunt in Wycham. vnde percipient per manus predicti Roberti et heredum suorum viginti tres denarios per annum ad quatuor terminos. videlicet ad festum Sancti Michaelis .VI. denarios ad festum Sancti Andree .VI. denarios ad Pascha .V. denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste .VI. denarios de tribus acris terre et dimidia cum pertinentiis jacentibus in duabus peciis. quarum una jacet in campo qui uocatur Aspes inter terram Johannis Danewaud et terram quondam Eborardi Hokere. et alia pecia jacet in campo Vuneberg juxta terram Hugonis Thurebern. et per manus Johannis Denewold .II. denarios per annum. scilicet ad Pascha .I. denarium ad festum Sancti Johannis Baptiste .I. denarium. de dimidia acra terre cum pertinentiis jacente juxta predictam peciam terre predicti Roberti in predicto campo de Vneberg. Quare uolo et concedo quod predicti abbas et monachi et eorum successores habeant et teneant et percipiant predictum annuum redditum .XXV. denariorum sicut predictum est cum omnibus suis pertinentiis et escaetis que inde poterunt aliquo casu excidere aut prouenire integre sine aliquo retenemento ut liberam puram et perhennem elemosinam. Et ego Martinus et heredes mei et assignati et eorum heredes totum predictum redditum cum suis pertinentiis et escaetis integre

eisdem abbati et monachis et eorum successoribus warantizabimus aquietabimus et defendemus contra omnes homines et feminas inperpetuum. Et ad majorem hujus rei securitatem et firmitatem perpetuam huic scripto sigilum meum apposui. Hiis testibus.

[Agreement between W. Abbot of Colchester and Sir Hugh Gernegan respecting lands in Benningham, Horham, and Athelingtune.]

Conuenit inter dominum W. abbatem ex una parte et dominum Hugonem Gernegan ex altera. videlicet quod quia dictus Hugo remisit et quietumclamauit omnino de se et de heredibus suis dicto abbati et successoribus suis totam terram cum pertinentiis quam habuit in campo de Aldefritht in Beningham. dictus abbas concessit pro se et successoribus suis eidem Hugoni et heredibus suis et assignatis totam terram et mesuagium cum omnibus pertinentiis quam Nicholaus Kertel tenuit in Horham et Athelingtune. et insuper dimidiam acram de feodo ejusdem abbatis in Horham. tenendam per homagium et seruitium .xx. denariorum annuatim ad quatuor terminos soluendorum. scilicet ad festum Sancti Michaelis .v. denarios ad festum Sancti Andree .v. denarios ad Pascha .v. denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis .v. denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et sectis curie. Et licebit predicto Hugoni et heredibus suis communicare in uia super quam abutat terra predicta in uillis predictis cum tot aueriis quot communicat Petrus Kerebolt et non alibi in feodo abbatis. In hujus rei testimonium tam abbas quam Hugo predicti huic scripto cyrographato signa sua apposuerunt. Hiis testibus.

Carta Johannis de Burgo de tenemento de Gosebec et de redditibus in Stanweye et Lexedene.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes de Burgo filius Huberti de Burgo concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum et

successorum in puram et perpetuam elemosinam totam terram et tenementum cum omnibus suis pertinentiis quod fuit Magistri Rogeri de Gosebec juxta Grebbe in villa de Staneweye in boscis pratis et pasturis viis semitis liberis exitibus et communis homagiis redditibus et libertatibus cum pastura adjacente inter dictam terram quondam Magistri Rogeri et boscum de Grebbe in latitudine. et longitudine inter cheminum commune quod se extendit a Grebbe Strate uersus ecclesiam dicte ville de Staneweye usque Kyngesforde uersus Leghere cum omnibus pertinentiis. saluis hominibus meis tantum vicinis proximis dicte pasture rationabili communa. Preterea concessi dedi et hac eadem presenti carta confirmaui dicte ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus duas marcatas annui et liberi redditus in dicta villa de Staneweye et Lexedene percipiendas singulis annis ad duos terminos. medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. scilicet de Radulfo Ynn et suo tenemento quatuor solidos per annum. de Nicholao Peuerel et de suo tenemento quinque solidos. de Matilde de Tye et de suo tenemento quinque solidos et sex denarios. de Simone Batayle et de suo tenemento quinque solidos. de Radulfo Oliuer et de suo tenemento tres solidos. de Thoma de Camera et de suo tenemento quatuor solidos. de Petro fabro de Lexedene et de suo tenemento duos denarios: habenda et tenenda totam predictam terram et tenementum et pasturam cum omnibus suis pertinentiis et predictum redditum duarum marcarum per annum de dictis tenentibus et tenementis predictis quicumque ea tenuerint percipiendum libere et quiete ab omnibus seruitiis sectis curie et secularibus demandis bene et in pace sicut unquam melius ego dictus Johannes aut aliquis antecessorum meorum dictum redditum terram et tenementum predictum cum pertinentiis melius et plenius tenuimus et habuimus. Volo et concedo pro me et heredibus meis ut dicti abbas et conuentus et eorum successores liberum habeant introitum et exitum infra manerium meum de Staneweye et Lexedene ad distringenda et namianda dicta tenementa quicumque ea tenuerint quotienscumque necesse fuerit pro defectu dicti redditus non soluti. et dicta namia pro uoluntate sua ducere chaciare ponere et detinere usque ad plenam dicti redditus solutionem. Et ego dictus Johannes de Burgo et

heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus totam terram predictam et tenementum et pasturam cum omnibus eorum pertinentiis et dictum redditum cum libero introitu et exitu ad distringendum per maneria mea predicta pro dicto redditu in Staneweye et Lexedene. Et ut omnia predicta rata permaneant presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Gwydone de Rokeford. et Ricardo de Belhus militibus. Thoma Neuard. Thoma de Camera. Huberto de Bottingham. Thoma Talebot. Willelmo del Hyl. Gilberto de Dyham. Gilberto de Brumleya. Ricardo de Bercholte. Ricardo de Walde. et aliis.

[*Grant by Ralph son of Oliver de Stanewey of a pasture in Great Staneweye.*]

SCIANT presentes et futuri quod ego Radulfus filius Oliueri de Stanweye concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentui quandam peciam pasture mee jacentem juxta pasturam dictorum abbatis et conuentus quam habent ex dono domini Johannis de Burgo in Magna Stanewey que fuit Magistri Rogeri de Gosebec uersus boscum meum sicut quodam nouo fossato includitur uersus predictam pasturam abbatis et conuentus. habendam et tenendam dictam peciam pasture cum pertinentiis predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus libere quiete bene et in pace in liberam puram et perpetuam elemosinam de me et de heredibus meis. Et ego dictus Radulfus et heredes mei warantizabimus acquietabimus et defendemus dictam pasturam cum pertinentiis dictis abbati et monachis et eorum successoribus contra omnes. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus Thoma Neuard. Thoma de Camera. Ricardo de Lanheho. Radulfo Cim. Nicholao Peuerel. Adam de Ry. et aliis.

[Writ of ad quod damnum respecting the acquisition of lands in the suburbs of Colchester, Stanwey, Gendryngge, Great Okle and Leyre del Hay. 8 *June* 38 *Edward III.* A.D. 1365.]

Breue de Chambris.

Rex dilecto sibi Rogero de Wolferston escaetori suo in Comitatu Essexie salutem. Mandamus vobis quod per sacramentum proborum et legalium hominum de balliua vestra per quos rei ueritas melius sciri poterit diligenter inquiratis si sit ad dampnum vel prejudicium nostrum aut aliorum si concedamus Petro Wawayn et Johanni Chaterys quod ipsi sexdecim mesuagia quadringentas quinquaginta et octo acras terre quinque acras prati viginti acras bosci tres solidatas et nouem denariatas redditus et redditum vnius libre piperis cum pertinentiis in Colcestria suburbio Colcestrie Stanwey Gendryngge Okle Magna et Leyre del Hay dare possint et assignare dilectis nobis in Christo abbati et conuentui Sancti Johannis de Colcestria ad inueniendum quendam monachum capellanum diuina singulis diebus in capella Beate Marie abbatie predicte pro salubri statu nostro et predictorum Petri et Johannis dum vixerimus et animabus nostris cum ab hac luce migrauerimus necnon animabus progenitorum nostrorum et animabus omnium fidelium defunctorum celebraturum imperpetuum. habenda et tenenda eisdem abbati et conuentui et successoribus suis ad inueniendum dictum monachum diuina ibidem sicut predictum est singulis diebus celebraturum imperpetuum. necne : et si sit ad dampnum vel prejudicium nostrum aut aliorum. tunc ad quod dampnum et quod prejudicium nostrum. et quod dampnum et quod prejudicium aliorum. et quorum et qualiter et quo modo. et de quo vel de quibus mesuagia terra pratum boscus et redditus predicta teneantur. et per quod seruitium. et qualiter. et quo modo. et quantum valeant per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem. et qui et quot sunt medii inter nos et prefatos Petrum et Johannem de mesuagiis terra prato bosco et redditu predictis. et que terre et que tenementa eisdem Petro et Johanni remaneant vltra donationem et assignacionem predictas. et vbi. et de quo vel de quibus teneantur. et per

quod seruitium. et qualiter. et quo modo. et quantum valeant per annum in omnibus exitibus. et si terre et tenementa eisdem Petro et Johanni remanentia ultra donacionem et assignacionem predictas sufficiant ad consuetudines et seruitia tam de predictis mesuagiis terra prato bosco et redditu sic datis quam de aliis terris et tenementis sibi retentis debita faciendum. et ad omnia alia onera que sustinuerunt et sustinere consueuerunt ut in sectis visibus franci plegii auxiliis tallagiis vigiliis finibus redemptionibus amerciamentis contributionibus et aliis quibuscumque oneribus emergentibus sustinendis. et quod idem Petrus et Johannes in assisis juratis et aliis recognitionibus quibuscumque poni possint provt ante donationem et assignationem predictas poni consueuerunt. ita quod patria per donationes et assignationes predictas in ipsorum Petri et Johannis defectum magis solito non oneretur seu grauetur. Et inquisitionem inde distincte et aperte factam nobis sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilatione mittatis. et hoc breue. Teste Rege apud Westmonasterium VIII° die Junii anno regni regis Edwardi tercii post conquestum tricesimo octauo.

[*Inquisition taken in pursuance of the said writ.*]

Ad quod dampnum de Chambris.

INQUISITIO capta apud Colcestriam in Comitatu Essexie coram Rogero de Wolferston eschaetore domini Regis in dicto comitatu sexto die Augusti anno regni regis Edwardi tertii a conquestu .xxx°VIII°. virtute cujusdam breuis domini regis huic inquisitioni consuti per sacramentum *et cetera*. Qui dicunt super sacramentum suum quod non est ad dampnum nec prejudicium domini regis nec aliorum licet dominus rex concedat Petro Wawayn et Johanni Chaterys quod ipsi sexdecim mesuagia quadringentas quinquaginta et octo acras terre quinque acras prati viginti acras bosci tres solidatas et nouem denariatas redditus et redditum unius libre piperis cum pertinentiis in Colcestria suburbio Colcestrie Stanwey Tendrynge Okle Magna et Leyre de Hay dare possint et assignare dilectis sibi et Christo abbati et conuentui Sancti Johannis de Colecestria ad inueniendum quendam

monachum capellanum diuina singulis diebus in capella Beate Marie abbatie predicte pro salubri statu regis et predictorum Petri et Johannis dum vixerint et pro animabus domini Regis et predictorum Petri et Johannis cum ab luce migrauerint necnon animabus progenitorum domini Regis et animabus omnium fidelium defunctorum celebraturum imperpetuum: habenda et tenenda eisdem abbati et conuentui et successoribus suis ad inueniendum dictum monachum diuina ibidem vt predictum est singulis diebus celebraturum imperpetuum. Et dicunt quod mesuagia terra pratum boscus et redditus predicta tenentur de Thoma Belhous. Johanne de Suttone. priore Sancti Botulphi Colcestrie et abbate Sancte Osithe per seruitium .xxi. solidorum .vii. denariorum per annum. Et dicunt quod predicta mesuagia valent per annum in omnibus exitibus vltra reprisas .x. solidos. Et predicta terra valet per annum .cxiiii. solidos .viii. denarios. pretium acre .iii. denarii. Et predictum pratum valet per annum .vii. solidos .vi. denarios. pretium acre .xviii. denarii. Et predictus boscus valet per annum .vi. solidos .viii. denarios. pretium acre .iiii. denarii. Et dicunt quod predicti Thomas Belhous Johannes de Sutton prior et abbas Sancte Osythe sunt medii inter dominum regem et prefatos Petrum et Johannem de mesuagiis terra prato bosco et redditu predictis. Et dicunt quod remanent eisdem Petro et Johanni terre et tenementa in villis de Stanwey et Okle Magna vltra donationem et assignationem predictas que tenentur de Johanne de Suttone chiualer et abbate de Sancta Ositha per que seruitia ignorant et valent per annum in omnibus exitibus suis xx libras. Et dicunt quod patria per donationem et assignationem predictas in ipsorum Petri et Johannis defectum magis solito non oneretur seu grauetur. In cujus rei testimonium huic Inquisitioni predicti juratores sigilla apposuerunt. Data die loco et anno supradictis.

[*Licence of mortmain for the said lands.*]

EDWARDUS Dei gratia rex Anglie dominus Hibernie et Aquitanie omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem. Licet de communi consilio regni nostri prouisum sit quod non liceat viris religiosis seu aliis ingredi feodum alicujus ita quod ad manum mortuam deueniat sine licentia nostra

et capitalis domini de quo res illa immediate tenetur : volentes tamen dilectis nobis in Christo abbati et conuentui Sancti Johannis de Colcestria gratiam facere specialem concessimus et licentiam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est Petro Wawayn et Johanni Chaterys quod ipsi sexdecim mesuagia quadringentas quinquaginta et octo acras terre quinque acras prati viginti acras bosci tres solidatas et nouem denariatas redditus et redditum vnius libre piperis cum pertinentiis in Colcestria suburbio Colcestrie Stanwey Tendryngge Okle Magna et Leyre del Hay que de nobis non tenentur. dare possint et assignare eisdem abbati et conuentui ad inueniendum quendam monachum capellanum diuina singulis diebus in capella Beate Marie abbatie predicte pro salubri statu nostro et predictorum Petri et Johannis dum vixerimus et animabus nostris cum ab luce migrauerimus necnon animabus progenitorum nostrorum et animabus omnium fidelium defunctorum celebraturum : habenda et tenenda eisdem abbati et conuentui et successoribus suis ad inueniendum dictum monachum diuina ibidem sicut predictum est singulis diebus celebraturum inperpetuum. Et eisdem abbati et conuentui quod ipsi mesuagia terram pratum boscum et redditum predicta cum pertinentiis a prefatis Petro et Johanne recipere possint et tenere sibi et successoribus suis ad inueniendum dictum monachum diuina singulis diebus in forma predicta celebraturum inperpetuum sicut predictum est tenore presentium similiter licentiam dedimus specialem. statuto predicto non obstante. Nolentes quod predicti Petrus et Johannes vel heredes sui. aut prefati abbas et conuentus seu successores sui. ratione statuti predicti per nos vel heredes nostros aut ministros nostros quoscumque inde occationentur in aliquo seu grauentur. Saluis tamen capitalibus dominis feodi illius seruitiis inde debitis et consuetis. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium primo die Februarii anno regni tricesimo nono. MUSKHAM.

[*Award between Thomas Knevet and the Abbot of Colchester, respecting lands called the Chambres in Stanwey, 6 July, 8 Henry VI.*]

THIS endenture witnesseth that there as Thomas Knevet of Stanewey esquyr entered up on Robert the abbot of Saint Johnes hows of Colchestre in to certeyn londes meduwes wodes and pastures with all the appurtenaunces called Chambres in the seide towne of Stanwey claymyng the seide londes with all the appurtenaunces by eschete as parcell of hys maner called Stanewey halle. Vppon wiche the seide abbot bringeth an assise of nouell dissesyn ayens the seide Thomas Knevet a fore the Justices of assises at Brendewode in the countee of Essexe the Wednesday a fore Pentecoste laste passed a fore the date of this endenture. Vppon whiche the parties afore saide at the same Wednesday compromitted hem to stande to the ordnaunce and to the award of Robert Darcy and John Simond of all the ryght and clayme had on either partye. And theruppon the seide Thomas was bounde vn to the seide abbot in .cc.li. And Richard Baynard was bounde to the seide Thomas in .cc.li. for the seide abbot to fulfille and performe the ordnaunce and the awarde of the seide Robert Darcy and John Simond. So that the seide awarde were made a fore the quinsisme of Saint John next comyng after the seide Pentecoste. wiche Robert and John for the wele of pees of bothe parties prefixid them diverses daiis oon atte Colchestre a nother at London to here and see the euidences on bothe parties. Whereuppon we the foreseide Robert and John seyng the euidences to us shewed on bothe parties and tho duly by vs examined and considered arbitre ordeyne and awarde that the seide abbote procede forth in his assise a yense the seide Thomas withoute disturbaunce werkyng or eny lettyng to be done by the seide Thomas or by eny othir in his name but that he shall certifie them that shull passe that it ys by his assent and his will that the seide abbot recouere the londes with all the appurtenaunces aforeseide. And what damages or costes be cessed by the same assise the seide abbot shall frely relesse to the seide Thomas. And ouere this we awarde that the seide abbot shall haue and enioye the

seide londes to hym and to hys succesours with all the issues and profites that have bene take therof seth the day of compromyssion. And so forth foreuere frely and quytly from the seid Thomas hys heires and hys assignes. And ouere this we awarde that if the forseide abbot or Thomas refuse to performe or fulfille oure awarde in partye or in all. that than the partie that refuseth forfait his obligacion of .cc. li. In witnesse of the whiche this oure awarde we the seide arbitrours to either partie of these endenturis haue putte oure selis. Wrete at London the sixthe day of Juyll the yere of the regne of kyng Henry the sixthe aftyr the conqueste the eyghthe.

Confirmatio Ricardi filii Roberti de donationibus Petri de Leyham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus filius Roberti de Bercholt concessi et hac presenti carta mea confirmaui et quiete clamaui inperpetuum pro me et pro heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrię et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totum pratum cum suis pertinentiis quod fuit Petri de Leyham in uilla de Bercholt. et jacet juxta pratum Rogeri filii Eduuini quod abutat super Flexmade. et liberum cariagium et quietum per medium alnetum meum sine omni contradictione. Preterea concessi eis et confirmaui duos solidatus redditus quos Robertus Haucepe eidem Petro de Leyham reddere consueuit de terra quam Willelmus filius Roberti predicto Roberto Haucepe dedit et sua carta confirmauit. Quod quidem pratum et redditum sepedictus Petrus de Leyham prefatis abbati et conuentui in puram et perpetuam elemosinam dedit et carta sua confirmauit. Hiis testibus domino Huberto de Ruilli milite. domino Johanne tunc decano de Tendringe. Philippo filio Willelmi. Alano de Crepfeld. Willelmo Algor. Adam filio Willelmi. Jordano clerico. Nicholao Perdriz. Roberto et Johanne clericis abbatis. Symone janitore. Thoma de Elsenham. Willelmo Hauekeseye. et multis aliis.

De terra que uocatur Posteslond in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Algarus prepositus de Bercholt dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Matheo capellano pro homagio et seruitio suo et pro una marca argenti quam michi dedit in gersumam totam terram illam cum omnibus pertinentiis suis que uocatur Posteslond jacentem in parochia de Bercholt. habendam et tenendam de me et heredibus meis predicto Matheo et cuicumque uel quibuscumque illam dederit et assignauerit et eorum heredibus libere et quiete integre et hereditarie. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis unum par cerothecarum pretio unius denarii. scilicet ad Pascha. pro omnibus seruitiis consuetudinibus auxiliis et demandis. saluo seruitio domini regis. scilicet quando hydagium regale euenerit unum obulum. Et saluo seruitio quod Alanus de Creppinges et heredes sui debent annuatim de eodem feudo recipere. scilicet triginta denarios et duos denarios. Et saluo redditu decem marcarum quod sacristarius Sancti Johannis de Colecestria debet annuatim recipere de eodem tenemento. Et ego Algarus prepositus et heredes mei warantizabimus predictum tenementum cum pertinentiis predicto Matheo capellano et cuicunque uel quibuscunque illud dederit et assignauerit et eorum heredibus per predictum seruitium contra omnes gentes. Hiis testibus Symone filio Marciani. Ricardo decano de Bercholt. Philippo filio Willelmi. Symone filio Normanni. Radulfo fratre decani. Ada filio decani. Johanne de Haueringes. Roberto de Parco. Huberto forestario. Willelmo de Beaumund. et aliis.

De Writheland in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Algarus prepositus de Bercholt dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Matheo capellano pro homagio et seruitio suo et pro quinque solidis quos michi dedit in gersumam totam terram illam cum omnibus pertinentiis suis que jacet in parochia de Bercholt et uocatur Writeland de feudo de Pyrifeld.

habendam et tenendam de me et de heredibus meis predicto Matheo et cui uel quibus illam dederit et assignauerit et eorum heredibus libere et quiete et hereditarie. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis octodecim denarios ad duos terminos. scilicet ad Pascha nouem denarios et ad festum Sancti Michaelis nouem denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus auxiliis et demandis. saluo seruitio domini regis. scilicet quantum pertinet ad tantum tenementum de eodem feodo in eadem uilla. Et ego Algarus et heredes mei warantizabimus predictam terram cum pertinentiis predicto Matheo et cui uel quibus illam dederit et assignauerit et eorum heredibus per predictum seruitium contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Symone filio Marciani. Galfrido Reimund. Roberto de Parco. Symone filio Normanni. Philippo filio Willelmi. Radulfo fratre decani. Ada filio decani. Johanne de Haueringes. Radulfo de Wauz. Roberto Chauce. et aliis.

Confirmatio domini de predictis terris.

SCIANT presentes et futuri quod ego Radulfus Gernun concessi et hac presenti carta mea confirmaui Matheo filio Algari Kerswetell de Bercholt totam illam terram cum pertinentiis pro homagio et seruitio suo et pro quinque solidis michi datis. quam scilicet terram tenet de dono predicti Algari patris sui in Bercholt de feodo quondam Thome le Harpur de Withermundeford. habendam et tenendam illi et assignatis suis de me et heredibus meis libere quiete integre et hereditarie. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ille et assignati sui decem et octo denarios ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis nouem denarios et ad Pascha nouem denarios pro omnibus seruitiis secularibus consuetudinibus et demandis. Et ego Radulfus Gernun et heredes mei dicto Matheo et assignatis suis dictam terram cum pertinentiis. contra omnes homines et feminas per predictum seruitium warantizabimus. Hiis testibus domino Willelmo de Hanlee. Huberto de Ruilli. Ricardo monacho tunc senescallo. Symone. Normanno. Roberto Chauce. Johanne de Haueringes. Gileberto le Mot. Adam filio decani. Radulfo fratre decani. et multis aliis.

Donatio Mathei capellani de terris predictis.

SCIANT presentes et futuri quod ego Matheus capellanus filius Algari de Bercholt dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram quam habui de dono Algari patris mei in uilla de Bercholt. scilicet totam terram que uocatur Posteslond et totam terram que uocatur Writhelond de feudo de Perefeuld. tenendam et habendam integre cum edificiis ortis et uirgultis cum pratis et pasturis cum sepibus et fossatis cum uiis et semitis cum liberis introitibus et exitibus et cum omnibus aliis pertinentiis dicte terre pertinentibus in liberam et perpetuam elemosinam. faciendo inde seruitium capitalibus dominis feodorum prout continetur in cartis quas habui de predictis terris de dono dicti Algari patris mei. quasquidem cartas dictis ecclesie et monachis unacum terris predictis assignaui. Et ego predictus Matheus et heredes mei warantizabimus et defendemus totam terram predictam cum omnibus suis pertinentiis predictis prenominatis ecclesie et monachis in liberam et perpetuam elemosinam contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus domino Huberto de Ruilli. domino Alexandro de Brietligeseya militibus. Philippo filio Willelmi. Johanne de Horkeleya. Johanne de Bocstede. Radulfo fratre decani. Symone Normanno. Alano de Crefeld. Ricardo de Mannestune. Jordano clerico abbatis. Symone janitore. Nicholao Perdriz. Ricardo filio Stephani. Anselmo coco. Roberto de Campes clerico. et aliis.

Idem de quodam prato in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Matheus capellanus filius Algari Kersuetel de la Milande dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perpetuam elemosinam totum pratum meum in uilla de Bercholt quod jacet inter pratum quod fuit Galfridi de Sokeuile et pratum Radulfi de Waude cum omnibus suis pertinentiis. habendum et tenendum de me et de heredibus meis dictis ecclesie

et monachis libere et quiete integre et in pace. reddendo inde annuatim pro me et pro heredibus meis domino feodi duodecim denarios ad duos terminos anni. videlicet ad festum Sanctum Michaelis sex denarios et ad Pascha sex denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini regis. scilicet ad scutagium uiginti solidos unum obulum et ad plus plus et ad minus minus. Et ego predictus Matheus et heredes mei warantizabimus in liberam et perpetuam elemosinam predictum pratum cum omnibus suis pertinentiis prenominatis ecclesie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris per predictum seruitium contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus Philippo filio Willelmi. Michaele de Fordham. Rogero Gernun. Reginaldo filio Alcheri. Radulfo de Hauuile. Ricardo de Hauuile. Jordano clerico. Nicholao Perdriz. Roberto et Johanne clericis abbatis. et aliis.

Willelmus Algor de .v. acris terre et quodam prato in Bercholt.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari de Bercholta dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris quinque acras terre mee in uilla de Bercholta de feodo de Monegedene et de Beumont proximo adjacentes terre que fuit quondam Radulfi de Welde in Litlewerc cum sepibus et fossatis et cum omnibus aliis pertinentiis suis. Preterea dedi et concessi eisdem totum pratum meum de Bercholta quod uocatur Stotfold juxta nouum pontem cum omnibus suis pertinentiis. tenenda et habenda in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus predictam terram et predictum pratum cum omnibus eorum pertinentiis contra omnes mortales imperpetuum. Hiis testibus domino Huberto de Ruilli. domino Hugone le gros. Roberto de Lexedene tunc senescallo domini Johannis de Burgo. Philippo filio Willelmi. Radulfo fratre Ricardi decani de Bercholta. Roberto de Celario. Nicholao Perdriz. Ricardo de Hauuille. Symone Percesuil. Willelmo Hauekeseye. Galfrido de Hockele. Reginaldo et Roberto tunc clericis domini abbatis Colecestrie. et aliis.

Item de alia terra et prato in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari de Bercholta dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris quandam peciam terre mee in Bercholta de feodo priorisse de Wikes. jacentem in longum juxta terram que fuit Radulfi de Wauda ex parte occidentali. et continetur ad unum capud quod abutat uersus terram que est de feodo de Munegedene septem decim percatas et dimidiam in latitudine et in medio quatuordecim percatas et dimidiam. et in alio capite uersus riuulum ex parte meridionali decem percatas in latitudine cum sepibus et fossatis et omnibus aliis dicte terre pertinentibus. habendam et tenendam dictis ecclesie et monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam solutam ab omni exactione seculari. Concessi etiam et dedi et presenti carta confirmaui Deo et eisdem ecclesie et monachis unam peciam prati quam Goduuinus longus tenuit de feodo de Munnegedene que jacet inter pratum abbatis Colecestrie et alnetum Willemi de Bello monte in eadem uilla de Bercholta. tenendam et habendam eisdem ecclesie et monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam cum omnibus suis pertinentiis inperpetuum quietam et solutam ab omni seculari seruitio et exactione. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus et defendemus predictam terram et predictum pratum cum omnibus pertinentiis dicte ecclesie et monachis contra omnes imperpetuum. Hiis testibus domino Huberto de Ruilli. Philippo filio Willelmi. Johanne de Boxstede. Radulfo fratre decani. Symone Normanno. Alano de Crepfeld. Symone janitore. Ricardo de Manestune. Willelmo Hauekeseye. Anselmo coco. Roberto et Jordano clericis abbatis Colecestrie. et aliis.

Idem attornat abbatem priorisse de Wikes.

UNIUERSIS Christi fidelibus Willelmus filius Algari de Bercholta salutem in domino sempiternam. Noueritis me attornasse abbatem et conuentum Sancti Johannis Colecestrie ad faciendum priorisse et conuentui de Wikes

totum seruitium quod michi aliquando debuerunt et consueuerunt de tenementis que de me tenuerunt in Bercholt et in Fordham. ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis nomine nostro de predictis abbate et conuentu ratione dictorum tenementorum vel de ipsis tenementis uel eorum pertinentiis aliquid possimus exigere uel quicquam juris uendicare. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apponere curaui. Hiis testibus Ricardo de Asketot. Ricardo Filloil. Hugone Grosso militibus. Philippo filio Willelmi. Radulfo de Sancta Ositha. Ricardo del Hil. Ricardo de Wythermundeford. Roberto de Brichlingeseye. Ricardo de Hauuille. Nicholao Perdriz. Galfride de Hockele. Henrico de Lichefeld. Anselmo coco. Roberto clerico abbatis Colecestrie. et aliis.

Confirmatio priorisse et conuentus de Wikes de terra predicta.

Uniuersis Christi fidelibus hanc cartam cyrographatam uisuris uel audituris Constantia priorissa ecclesie Sancte Marie de Wikes et ejusdem loci conuentus salutem in domino sempiternam. Noueritis nos unanimi assensu dedisse concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris omnes terras et tenementa cum suis pertinentiis que Willelmus filius Algari tenuit de nobis in villa de Bercholta et de Fordham sine aliquo retenemento. que tenementa et terras cum omnibus suis pertinentiis idem Willelmus nobis remisit et quiete clamauit de se et heredibus ejus. habenda et tenenda de nobis et successoribus nostris eisdem abbati et monachis et successoribus suis bene et in pace integre libere et quiete. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris nouem solidos et octo denarios ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis quatuor solidos et decem denarios et ad Pascha quatuor solidos et decem denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis curie et secularibus exactionibus. saluo seruitio domini regis. scilicet ad scutagium uiginti solidorum duodecim denarios ad plus plus et ad minus minus. Et nos et successores nostre warantizabimus et defendemus et aquietabimus predicta tenementa et terras cum omnibus suis pertinentiis

predictis abbati et monachis per predictum seruitium contra omnes mortales inperpetuum. excepta dote Petronille uxoris predicti Willelmi si dicto uiro suo superuixerit. quam dictis abbati et conuentui non warantizabimus. Et si contigerit quod predicti abbas et conuentus ad terminos supradictos nobis redditum nostrum non persoluerint. licebit nobis sine omni contradictione feodum nostrum pro redditu non soluto distringere. Et ut hec donatio concessio confirmatio et warantizatio nostra perpetue firmitatis robur optineat hanc cartam cirographatam sigillorum nostrorum munimine hinc inde roborare curauimus. Hiis testibus dominis Ricardo de Asketot. Ricardo Filloil. Hugone grosso militibus. Philippo filio Willelmi. Radulfo camerario de Sancta Ositha. Rogero Dangwille. Ricardo del Hel. Ricardo de Withermundeford. Willelmo de Ragemere. Willelmo del Hel. Willelmo Pain. Roberto de Briclingeseye. Radulfo marescallo. Ricardo de Hauuille. Nicholao Perdriz. Galfrido de Hockeleya. Henrico de Lichefeld. Roberto clericis abbatis Colecestrie. et aliis.

De prato de Polmedwe in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Algarus filius Goduuini de la Milande concessi et dedi et hac mea presenti carta confirmaui Rogero capellano filio Jordani de Costentin pro homagio suo et seruitio totam partem prati mei quod habui de feodo Roberti de Munegedene quod jacet in prato ejusdem Rogeri et Radulfi fili Alani decani de Bercholt quod uocatur Polmeduue. scilicet uersus occidentem in parochia de Bercholt. habendum et tenendum in feodo et hereditate libere et hereditarie de me et de heredibus meis sibi et cui dare uoluerit hereditarie tenendum. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis tres denarios ad tres terminos. scilicet ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste unum denarium et ad festum Sancti Michaelis unum denarium et ad Natiuitatem domini unum denarium pro omni seruitio. saluo seruitio domini regis. scilicet ad tres marcas scutagii unum quadrantem. et ad plus plus et ad minus minus. Pro hac autem concessione et donatione et carte hujus confirmatione dedit michi Rogerus duodecim denarios in gersuma. Quare ego Algarus et heredes mei

warantizabimus predictum pratum predicto Rogero et cui illud dare uoluerit hereditarie tenendum per predictum seruitium contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Ricardo decano de Bercholt. Roberto filio Goboldi. Rogero marescallo. Willelmo filio Galfridi. Matheo de Fordham. Radulfo filio Alani. Radulfo de Frith. Reginaldo filio Nicholai. et multis aliis.

Donatio Symonis Costentin de eodem prato de Polmade.

Sciant presentes et futuri quod ego Symon filius Jordani Costentin concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in puram et perpetuam elemosinam totum pratum meum quod habui in prato de Polmade in uilla de Bercholt. Quod quidem pratum jacet inter ripam et terram Radulfi de Walda que quondam fuit Alurici de Ripa. habendum et tenendum cum uiis et omnibus aliis pertinentiis libere et quiete honorifice et pacifice sicut liberam et puram elemosinam inperpetuum. Hoc autem feci ego Symon pro salute anime mee et animarum patris mei et matris mee et antecessorum et successorum meorum. Et ego Symon et heredes mei warantizabimus predictis monachis predictum pratum cum omnibus suis pertinentiis contra omnes homines et feminas inperpetuum. Vt autem hec concessio mea et donatio stabilis inperpetuum perseueret presentem cartam sigilli mei impressione curaui roborare. Hiis testibus domino Alexandro de Briclingeseye milite. Philippo filio Willelmi. Radulfo de Walda. Roberto Chauce. Jordano clerico. Ricardo de Manestune. Willelmo Hauekeseye. Symone Percesoill. Nicholao de Elemosinaria. Roberto de Milanda. et multis aliis.

Remissio .iiii. denariorum redditus de eodem.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari remisi et quiete clamaui de me et de heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris

trium denariorum redditum quem percipere solebam de prato quod Symon filius Costentin tenuit aliquando de me per predictum seruitium trium denariorum. quod jacet in prato de Polmede uersus occidentem in parochia de Bercholt. quodquidem pratum idem Symon dictis abbati et monachis dedit in puram et perpetuam elemosinam. Remisi etiam eis et quiete clamaui de me et de heredibus meis scutagium quod ad predictum pratum pertinet. scilicet ad tres marcas scutagii unum quadrantem quem predictus Symon michi reddere consueuit. et ad plus plus et ad minus minus. Hanc autem remissionem et quieteclamationem inperpetuum feci pro salute anime mee et pro animabus antecessorum et successorum meorum. Hiis testibus Philippo filio Willelmi. Radulfo de Walda. Radulfo fratre decani de Bercholt. Willelmo Hauekeseye. Ricardo de Manestune. Symone janitore. Nicholao de Elemosinario. et multis aliis.

Item de alio prato in Polmade de Bercholt.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus filius Alani decani de Bercholt dedi et concessi et quietum clamaui et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam totum pratum meum quod habui in prato de Polmade in uilla de Bercholt. quodquidem pratum jacet inter ripam et terram que fuit Radulfi de Walda cum omnibus suis pertinentiis. habendum et tenendum cum uiis et semitis et omnibus aliis pertinentiis libere et quiete honorifice bene et in pace in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ego prefatus Radulfus et heredes mei warantizabimus predictis ecclesie et monachis predictum pratum cum omnibus suis pertinentiis contra omnes mortales inperpetuum. Vt autem hec mea donatio concessio quieta clamatio warantizatio et hujus carte mee confirmatio pro me et pro heredibus meis rata et inconcussa permaneat inperpetuum: presentem cartam sigilli mei impressione roborare curaui. Hiis testibus domino Alexandro de Brichlingeseye milite. Philippo filio Willelmi. Radulfo de

Hauuille. Roberto de Campes clerico. Jordano clerico. Ricardo de Manestune. Willelmo Hauekeseye. Nicholao Perdriz. Symone janitore. Nicholao de Elemosinaria. Roberto de Milande. Johanne Cresy. Et aliis.

Symon Costentin de .vi. denariatis redditus.

SCIANT presentes et futuri quod ego Symon filius Jordani Costentin pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et puram et perpetuam elemosinam sex denariorum redditum quem Robertus de Alneto de Fordham michi reddere consueuit de terra de la Redinge quam idem Robertus aliquando tenuit de me in uilla de Bercholt per predictum seruitium sex denariorum. que lanceat super terram Radulfi de Walde uersus Suth et super terram Roberti Chauce uersus North. habendum et tenendum dictis abbati et monachis de me et de heredibus meis libere et quiete in puram et perpetuam elemosinam. Et ego Symon et heredes mei warantizabimus predictis abbati et monachis predictum redditum sex denariorum inperpetuum contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Philippo filio Willelmi. Radulfo de Walda. Roberto Chauce. Ricardo de Manestune. Willelmo Haukeseye. Symone Janitore. Nicholao Perdriz. Nicholao de Elemosinaria. et multis.

De terra de Bromfeld et pertinentiis in Berholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus filius Galfridi de Bercholt dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Jordano filio Walteri pro homagio et seruitio suo totam terram meam de Bromfeld cum prato subjacente et cum alneto quod dicitur Holm cum omnibus pertinentiis in uilla de Bercholt. habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis uel cuicumque dare legare uendere uel assignare uoluerit et heredibus eorum in feodo et hereditate libere quiete integre et hereditarie.

reddendo inde annuatim michi uel heredibus meis tres denarios ad duos terminos. scilicet ad Pascha tres obulos et ad festum Sancti Michaelis tres obulos pro omnibus seruitiis et exactionibus et pro omni demanda que de terra uel pro terra posset exigi. saluo seruitio domini regis. scilicet ad scutagium uiginti solidorum unum obulum. et ad plus plus et ad minus minus. Pro hac autem donatione et concessione et hujus carte mee confirmatione dedit michi predictus Jordanus triginta solidos sterlingorum in gersumam. Et ego prefatus Willelmus et heredes mei warantizabimus predicto Jordano et heredibus suis uel cuicunque dederit legauerit uendiderit uel assignauerit et heredibus eorum totam predictam terram cum prato et alneto prefato cum uiis et semitis et pasturis et cum omnibus aliis pertinentiis suis. exceptis Judeis. contra omnes homines et omnes feminas. Hiis testibus Roberto Chauce. Reginaldo filio Algeri. Symone Marescallo. Symone mercatore. Reginaldo de Creppinge. Rogero filio Pagani. Radulfo filio Decani. Willelmo Pol. Audoeno de Fordham. Johanne clerico. et aliis.

Idem Willelmus de quadam brusca in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus filius Galfridi de Bercholt dedi et concessi et hac carta mea confirmaui Jordano filio Walteri pro homagio et seruitio suo bruscam illam que jacet inter uiam de Wetlehe et terram Kieling in uilla de Bercholt. habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis uel cuicunque dare uendere uel assignare uoluerit et heredibus eorum in feudo et hereditate libere et quiete. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis quatuor denarios ad duos terminos. scilicet ad Pascha duos denarios et ad festum Sancti Michaelis duos denarios pro omnibus seruitiis et exactionibus et pro omni demanda que de terra uel pro terra possit exigere. saluo seruitio domini regis. scilicet ad scutagium uiginti solidorum unum obulum. et ad plus plus et ad minus minus. Pro hac autem donatione et concessione et hujus carte mee confirmatione dedit michi predictus Jordanus septem solidos sterlingorum in gersumam. Et ego predictus Willelmus et

heredes mei warantizabimus predicto Jordano et heredibus suis uel cuicunque eam dare uel uendere uoluerit predictam Brucem et heredibus eorum contra omnes homines et feminas. Hiis testibus Roberto Cauce. Alano de Creppinge. Reginaldo filio Algeri. Symone marescallo. Reginaldo de Creppinge. Rogero filio Pagani. Radulfo filio Decani. Audoeno de Fordham. Johanne clerico. et multis aliis.

Donatio Jordani de predictis terris suis.

Sciant presentes et futuri quod ego Jordanus le Gay filius Walteri dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perpetuam elemosinam totam terram meam de Bromfeld cum prato subjacente et cum alneto quod dicitur Holm. et Bruscam illam que jacet inter uiam de Westlega et terram Keling in uilla de Bercholt cum omnibus suis pertinentiis. que Willelmus filius Galfridi de Bercholt michi dedit pro homagio et seruitio meo. tenenda et habenda de me et de heredibus meis sibi et successoribus suis inperpetuum in liberam et perpetuam elemosinam. reddendo inde annuatim heredibus dicti Willelmi filii Galfridi septem denarios ad duos terminos anni. scilicet ad Pascha tres denarios et obulum et ad festum Sancti Michaelis tres denarios et obulum. et faciendo inde pro me et heredibus meis seruitium domini regis quod predicta tenementa debent. scilicet ad scutagium uiginti solidorum unum denarium. ad plus plus et ad minus minus. pro omnibus seruitiis consuetudinibus et secularibus exactionibus. Et ego predictus Jordanus et heredes mei warantizabimus predicta tenementa cum omnibus suis pertinentiis predictis ecclesie et monachis per predictum seruitium contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus dominis Willelmo Talebot. Huberto de Ruily et Ricardo de Asketot militibus. Philippo filio Willelmi. Radulfo fratre Decani. Willelmo filio Algari. Roberto de Brichlingeseia. Ricardo de Hauuille. Radulfo marescallo. Nicholao Perdriz. Henrico de Lichefeld. Roberto clerico abbatis Colecestrie. et aliis.

Confirmatio domini de eisdem terris prato et alneto.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam filius Willelmi filii Galfridi de Bercholte concessi et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam totam terram illam de Brumfeld cum prato subjacente et cum alneto quod dicitur Holm. et Bruscam illam que jacet inter uiam de Westleya et terram Keling in uilla de Bercholta cum omnibus suis pertinentiis que Willelmus pater meus dedit Jordano filio Walteri le Gay pro homagio et seruitio suo et carta sua confirmauit. tenenda et habenda cum omnibus eorundem pertinentiis de me et de heredibus meis dictis abbati et monachis et suis successoribus in liberam puram et perpetuam elemosinam pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis et demandis secularibus. Et ego predictus Adam et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus totas predictas terras cum omnibus suis pertinentiis contra omnes inperpetuum. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus Huberto de Ruilly. Ricardo de Asketot. Hugone grosso. militibus. Domino Waltero decano de Tendringe. Philippo filio Willelmi. Radulfo fratre decani de Bercholta. Benedicto Russel de Douercurt. Johanne de Herkeleya. Roberto de Brichlingeseya. Ricardo de Hauuile. Roberto de Campes clerico. Willelmo Hauekeseye. Symone Percesuil. et aliis.

Donatio ejusdem de terra que vocatur Campesland.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam filius Willelmi filii Galfridi de Bercholta pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perpetuam elemosinam totam terram meam que uocatur Campeslond in uilla de Bercholta cum omnibus suis per-

tinentiis. que jacet inter dominicum quondam Huberti de Burgo et dominicum quod fuit Jordani de Saukeuile et abutat super Cestreswold. habendam et tenendam predictis abbati et monachis inperpetuum libere integre et pacifice. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis unum denarium ad duos terminos anni. scilicet ad Pascha unum obulum et ad festum Sancti Michaelis unum obulum pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. Et ego predictus Adam et heredes mei warantizabimus predictis abbati et monachis predictam terram cum omnibus suis pertinentiis per predictum seruitium contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus. Philippo filio Willelmi. Johanne fratre ejus. Radulfo fratre decani de Bercholta. Roberto de Brichlingeseye. Philippo del Hul. Willelmo Haukeseye. Symone Percesuil. Symone Hauekeseye. Ricardo de Hauuilla. Roberto clerico. Willelmo Bidun de Kerkeby. et aliis.

De situ molendini de Brichlingeseye.

Ricardus de Asketot omnibus amicis suis et hominibus ac uniuersis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem. Sciatis me concessisse dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris locum unum congruum ad molendinum in eo construendum in uilla mea de Thuritune in maresco meo jacente juxta campum qui uocatur Suthfeld cum uia congrua ad idem molendinum sufficiente in latitudine ad equos et carectas ducendos. que quidem uia extendit se a chimino regali quod jacet inter Colecestriam et Sanctam Ositham. usque ad predictum molendinum. videlicet ab le Heth que uocatur Killeresheth per domum Siwardi le Killere. et per medium graue ipsius Siuuardi. et inde usque ad predictum mariscum et molendinum. salua in omnibus indempnitate terrarum mearum et pasture jam dicte uie vndique adjacentium. Ita quod si forte per uiam illam contigerit me uel heredes meos aliquod dampnum incurrere. rationabiliter per uisum legalium hominum emendetur. vt habeant et teneant predicta ecclesia et abbas et monachi ac eorum successores inperpetuum de me et heredibus meis in

liberam et perhennem elemosinam predictum situm et molendinum cum aqua et uia prenominata et omnibus aliis pertinentiis libere quiete et pacifice. reddendo inde michi et heredibus meis annuatim dimidiam marcam argenti ad duos terminos. scilicet ad Pascha quadraginta denarios et ad festum Sancti Michaelis quadraginta denarios pro omnibus seruitius consuetudinibus et exactionibus. Hoc tamen saluo quod liceat michi et heredibus meis post me pro predicto redditu dimidie marce cum necesse fuerit modo debito namiare. Preterea sciendum quod ego et heredes mei et nostra libera familia habebemus ad predictum molendinum primam multuram post abbatem et suam familiam liberam scilicet pre aliis forgrist et liberam a prestatione tolneti. Volo etiam et premissis adiciendum duxi quod neque ego neque mei heredes quolibet modo faciemus uel fieri permittemus aliquod impedimentum seu dampnum in terra siue in aqua quo molendinum eorum ab ejus officio aliquatenus inpediatur siue retardetur. aut aliud quod libet dampnum predicti abbas et monachi incurrant. Concedo insuper eisdem ecclesie et monachis pro me et pro heredibus meis sectam omnium hominum meorum de Thuritune de multura sua ad idem molendinum faciendam. et terram de terra mea adjacente ad emendandum stagnum et uiam molendini prout commode fieri poterit sine graui detrimento mee pasture et bladi. Ego uero et heredes mei warantizabimus et defendemus memoratum locum cum uia et omnibus aliis pertinentiis supra memoratis et hominum nostrorum sectam prefatis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Has autem donationes concessiones confirmationem et warantizationem feci pro salute anime mee et anime quondam Huberte uxoris mee. necnon pro salute uxoris mee Antigone et liberorum meorum et omnium antecessorum et successorum meorum. et pro participatione omnium beneficiorum que inperpetuum fient in eadem ecclesia. et pro una marca argenti quam michi dederunt sepedicti abbas et monachi de caritate ecclesie sue in gersumam. Vt igitur omnia premissa perpetue firmitatis robur optineant presentem cartam cirographatam tam ego quam dicti abbas et monachorum conuentus sigillis nostris hinc inde ei appositis roborare curauimus. Hiis testibus dominis Willelmo filio Ricardi de Rupella. Ricardo Fillol. Hugone grosso. Roberto le Butiller. Huberto

de Ruilli militibus. Hamone et Rogero filiis meis. Oseberto de Brichlingeseye. Radulfo le Chamerleg'. Roberto Lambert. Willelmo filio Ricardi. Roberto. Radulfo. Philippo. Nicholao. Ricardo. Roberto. Ricardo. hominibus abbatis. Roberto et Reginaldo clericis ipsius. et aliis.

De aduocatione ecclesie Sancti Georgii in Norwico et .xii. denariatis.

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus de Meldinges pro salute anime mee et uxoris mee Johanne et omnium antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam duodecim denariatas annui redditus in uilla de Norwico. vnde Laurentius le Pessuner michi reddere solebat sex denarios. et Nicholaus de Sancto Albano sex denarios. de tenemento quod de me tenent super Kayum meum de Norwico. percipiendos ad duos terminos anni. scilicet ad Pascha sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios. vna cum aduocatione ecclesie Sancti Georgii in eadem uilla. que est ex opposito Prioratus Sancte Trinitatis cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus. et ad majorem securitatem dictis abbati et monachis super dicta aduocatione faciendam misi eos in saisinam antedicte aduocationis per redditum supradictum. Volo autem et concedo quod liceat prefatis abbati et monachis et eorum successoribus in toto predicto tenemento pro prenominato redditu cum necesse fuerit modo debito namiare. Ego uero et heredes mei warantizabimus predictum redditum cum predicta aduocatione et pertinentiis suis prefatis ecclesie et abbati et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus dominis Willelmo et Matheo de Meldinges militibus fratribus meis. Adam senescallo meo. Adam de Mereseya. Willelmo camerario seruientibus meis. Jordano. Roberto. et Reginaldo de Ailesham clericis abbatis Colecestrie. Ricardo de Manestune. Roberto de Brichligeseye. Nichola Perdriz. Philippo de Eya. Ricardo et Ricardo de Hauuilla. Ricardo de Bedingefeld. Willelmo Haukeseye. Symone Percesoill. Alano de Campes hominibus ipsius abbatis. et aliis.

Testimonium ejusdem de dono suo.

DOMINO ARCHIDIACONO NORWICENSI et ejus officiali Decano ejusdem uille totoque Capitulo ac uniuersis Christi fidelibus Petrus de Meldinges miles salutem eternam in domino. Nouerit uniuersitas uestra me dedisse concessisse et mea carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo ministrantibus pro me et heredibus meis aduocationem ecclesie Sancti Georgii de Norwico que ad me et antecessores meos pertinebat in puram et pepetuam elemosinam. ac omne jus quod in ea habui uel aliquo modo ego uel heredes mei habere potuimus illis contulisse. In hujus rei testimonium hiis litteris patentibus sigillum meum apponere curaui. Valet uniuersitas uestra semper in domino.

De quibusdam terris in Wicham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Odo Morecoc concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Godefrido Cordebof pro homagio et seruitio suo unam acram terre in uilla de Wicham. et preterea tertiam partem terre quam teneo de domino Huberto Cordebof patre ejus cum pertinentiis. excepto mesuagio et exceptis homagiis. tenendam et habendam de me et heredibus meis illi et heredibus suis libere et quiete et hereditarie. reddendo inde annuatim octo denarios. scilicet ad festum Sancti Michaelis .II. denarios. et ad festum Sancti Andree .II. denarios et ad Pascha .II. denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste .II. denarios pro omnibus seruitiis et exactionibus et rebus cunctis. saluo seruitio domini Regis. scilicet ad transfetandum mare octo denarios et ad Waleseam .IIII. denarios. et tertiam partem de ausilio uicecomitis. Et ego predictus Odo et heredes mei warantizabimus predicto Godefrido et heredibus suis predictum tenementum per predictum seruitium contra omnes. Et quia uolui quod conuentio ista esset stabilis et rata sigillo meo presens scriptum sigillaui. Hiis testibus. Roberto de Menlesham. Hugone de Menlesham. Johanne filio

Nicholai. Radulfo et Bertolomeo filiis Manseri. Willelmo filio Radulfi. Waltero de Prato. Willelmo de Brocford. Barthom' Uxtred. et multis aliis.

Donatio Godefridi de eisdem terris.

Sciant presentes et futuri quod ego Godefridus Cordebuef concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum in liberam et perpetuam elemosinam sex acras terre cum pertinentiis in uilla de Wicham. quarum quatuor acre jacent in campo qui uocatur Crokesthuueit et abutant super cheminum de Asendole ex una parte uersus Est. et ex alia parte super uiam que ducit ad domum Thome Gretheued uersus West. et due acre jacent in campo qui uocatur Crowemerecastel et abutant super dominicum monachorum ex una parte uersus North. et super uiam que ducet ad domum Ricardi le Warener ex alia parte uersus Suth. habendas et tenendas predictis ecclesie et monachis libere quiete et honorifice in liberam et perpetuam elemosinam. faciendo inde seruitium Odoni Morecok et suis heredibus debitum. scilicet octo denarios annuatim. reddendo scilicet ad festum Sancti Michaelis .II. denarios ad festum Sancti Andree .II. denarios. ad Pascha .II. denarios et Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste .II. denarios pro omnibus seruitiis exactionibus et rebus cunctis. saluo seruitio domini Regis. Et ego Godefridus et heredes mei warantizabimus prenominatam terram cum pertinentiis predictis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus domino Willelmo de Cottune. Osberto de Briclingeseye. Odone Morecok. Henrico Haucepe. Ricardo de Manestona. Philippo de Eya. Willelmo Haukeseye. Radulfo Marescallo. et aliis.

De redditu de Buckeshale.

Notum sit presentibus et futuris quod Willelmus de Amauilla et vxor ejus Richoldis concesserunt in perhennem elemosinam et dederunt monasterio Sancti Johannis Baptiste de Colecestria totam tenuram Wictrici et Adwini

in Buccheshala et duas acras in uilla de Fineberga. scilicet decem solidatas terre quas Wictricus debet de Sancto Johanne tenere. Hanc elemosinam concessit Willelmus et vxor ejus Sancto Johanni liberam et quietam ab omni scuagio. uel expeditione. uel halimotis. uel Geldis. et de omnibus consuetudinibus terreni seruitii. et obtulerunt super altare Sancti Johannis pro salute sua et amicorum et parentum suorum et pro anima Serlonis de Mathum. et hoc confirmauerunt presenti subscriptione ✠ Testes sunt Rannulfus decanus de Fineberga. Gillebertus presbiter Sancti Egidii Colecestrie. Lucas de Debbeam. Galfridus de Drengestune. Rogerus de Hardingtuna. Rogerus Palmarius. Gaufridus et Osbernus nepotes abbatis Gilleberti. Walterus Espec. Turstanus portarius. Heleboldus. Et Willelmus tradidit Wictricum abbati per manum et obtulit eum super altare Sancti Johannis cum sua tenura ut reddat illum censum medium ad festum Sancti Michaelis. medium ad Annunciationem Sancte Marie.

Item de eodem redditu scilicet .x. solidorum.

NOTUM sit presentibus et futuris quod domina Richoldis uxor Willelmi de Ammauilla dedit et concessit et hac sua carta confirmauit ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie post mortem domini sui Willelmi de Ammauilla elemosinam quam ipse et ipsa eo uiuente simul dederant et confirmauerant. scilicet totam tenuram Wichtrici et Eaduuini in Buccheshale et duas acras in uilla de Fineberge. scilicet .x. solidatas terre ita liberam et quietam sicut ipsa et dominus suus Willelmus de Ammauilla eam communi carta sua confirmauerunt. Testes sunt Rannulfus decanus. et Hamelinus nepos domini Willelmi. et Johannes famulus Fulconis sacriste. Almarus prepositus. Walterus cocus.

De redditu et terra de Redlega.

SCIANT presentes et futuri quod ego Sybilla de Carun dedi Deo et Sancto Johanni Baptiste et monachis Colecestrie Lutterescroft cum mesuagio et cum omnibus pertinentiis suis in uilla de Redleia quam Godiua tenet.

reddendo inde per annum quamdiu uixerit .xii. denarios ad Pascha predicte ecclesie. et post obitum ejus disponent monachi de crofta illa et de redditu prout uoluerint. habendam et tenendam in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari seruitio et exactione sicut de libero mariagio meo. Hanc autem elemosinam et donationem feci pro salute anime mee et patris mei et Rogeri de Milenni uiri mei qui jacet ad illud monasterium. et pro salute omnium heredum et antecessorum meorum et super altare optuli. Et ego et heredes mei predictam elemosinam predicte ecclesie debemus warantizare contra omnes homines et omnes feminas. Et ut hec donatio mea rata et inconcussa perseueret hanc paginam sigilli mei impressione roboraui. Hiis testibus Willelmo de Rocheforde. Milone de Carun. Willelmo Pigace. Roberto de Garguit. Osberno dapifero. Helia clerico. Hamone Grosso. Willelmo Marescallo. Waltero Godheued. Symone clerico. et pluribus aliis.

De eisdem terra et redditu scilicet .xii. denariis.

Sciant presentes et futuri quod ego Hugo de Yllega concessi et presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus donationem illam quam Sybilla de Carun uxor mea dum fuit in libera viduitate sua eidem ecclesie in liberam et puram contulit elemosinam. scilicet Lutterescroft cum mesagio et pertinentiis suis quam Agnes soror Godeue tenet. reddendo inde annuatim ipsis monachis quamdiu ipsa Agnes uixerit duodecim denarios. Et post obitum ipsius Agnetis disponent monachi de predicta elemosina prout uoluerint. Volo autem et precipio ut ipsi monachi habeant et teneant sepedictam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari seruitio et exactione sicut jam dicta Sibilla de proprio maritagio suo eis pie contulit. Ego uero Hugo de Yllega nec heredes mei nichil omnino de jam dicta elemosina exigere uel super hoc monachos uel suos homines uexare possumus in aliquo. Pro hac uero confirmatione et concessione dedit michi Sacrista ecclesie Sancti Johannis tres solidos de denariis ecclesie. Et ne ista concessio in posterum reuocari possit in irritum eam presenti

carta confirmare et sigilli mei appositione roborare curaui. Hiis testibus Philippo de la Rokele. Alexandro de Bricclingeseye. Thoma de Bemfled. Willelmo filio Mauricii. Gilleberto de Elteney. Nigello de Haukestune. Nicholao Despenser. Ricardo de Manestune. Petro de Bumstede. Herberto Paruo et aliis.

De .xlii. denariatis redditus de Posteslond in Bercholta.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Ade de Bercholta dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus ad opus Sacristarie sue totam terram illam que uocatur Postesland cum suis pertinentiis quam Algarus de me tenuit. ita tamen quod dictus Algarus predictam terram teneat de dictis abbate et monachis sicut eam de me tenuit. faciendo eisdem abbati et monachis seruitium quod michi inde facere consueuit. scilicet quadraginta duos denarios per annum. medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Et est sciendum quod predicti abbas et monachi reddent inde michi et heredibus meis triginta duos denarios annuatim pro omni seruitio et exactione. scilicet ad Pascha sexdecim denarios et ad festum Sancti Michaelis sexdecim denarios. Ego uero Johannes et heredes mei warantizabimus et acquietabimus predictam terram cum pertinentiis per predictum seruitium predictis abbati et monachis contra omnes gentes. Et ut hec mea donatio firma et stabilis inperpetuum permaneat presentem cartam sigillo meo signaui. Hiis testibus. Nicholao filio Galfridi. Thoma filio Radulfi. Galfrido filio Reimundi. Nigello de Hauekestune. Radulfo clerico. Thomas clerico. Herberto paruo. et aliis.

De decimis et terra de Floketune.

NOTUM sit presentibus et futuris quod ego Gerardus de Wachesham dedi in liberam et perpetuam elemosinam et quietam ab omni terreno seruitio Deo et Sancto Johanni Baptiste et monachis Colecestrie quatuor acras terre in Floketune. scilicet Oggerescroft et pasturam in eodem campo.

et eas nominatim ad luminaria sacriste assignaui. Duas etiam partes decimarum dominii mei in omnibus que ad decimationem ueniunt et a predecessoribus meis eis datas et sine interruptione ab eis possessas. conçedo et confirmo. Hanc itaque donationem et concessionem feci pro animabus patris et matris mee et aliorum antecessorum meorum et pro animabus omnium fidelium Dei defunctorum. Ne itaque unquam inirritum ducatur. eam hac carta mea confirmo et sigilli mei appositione corroboro. Hiis testibus Osberto filio Symonis. Amelm Fot. Osberto Punir. Waldeino. Samuel. Baldewinus filius Hugonis. Willelmus Bretun. Gileberto filio Amelm. Willelmo del Acre.

De terra Radulfi de Waude in Bercholte.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus filius Alani de Bercholte dedi concessi et hac mea carta confirmaui Radulfo de Waude pro homagio et seruitio suo totam terram quam habui in uilla de Bercholte. scilicet illam terram que fuit Alani patris mei in eadem uilla. excepta dote matris mee et excepta quadam terra que uocatur Litlewerc. et preterea çoncessi ei totam terram que fuit Goduini Cheldebene in eadem uilla. excepto quodam prato quod uocatur Cheldebenesmad. quod extendit usque ad riuulum qui currit uersus pontem Godulfi. habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis uel cuicunque eas dare legare uel assignare uoluerit libere quiete bene in pace et hereditarie. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ille et heredes sui uel sui assignati unum denarium ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini regis. scilicet ad scutagium .xx. solidorum unum denarium et ad plus plus et ad minus minus. Pro hac autem donatione concessione et carte mee confirmatione dedit michi predictus Radulfus de Walde .VI. marcas argenti in gersumam. Quare ego Ricardus filius Alani et heredes mei warantizabimus sepedicto Radulfo et heredibus suis uel suis assignatis et eorum heredibus terras predictas cum omnibus pertinentiis suis per predictum seruitium contra omnes et defendemus. Hiis testibus *et cetera.*

Confirmatio de Posteslond et Writelond in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari de Bercholt concessi et confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris donum quod Matheus capellanus frater meus eisdem dedit concessit et carta sua confirmauit. videlicet totam terram quam habuit de dono Algari patris mei in uilla de Bercholt. scilicet terram que uocatur Posteslond et terram que uocatur Writhelond de feodo de Pirefeld. tenendam et habendam cum omnibus suis pertinentiis in liberam et perpetuam elemosinam. faciendo inde seruitium capitalibus dominis feodorum. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus totam predictam terram cum omnibus suis pertinentiis predictis ecclesie et monachis in liberam et perpetuam elemosinam contra omnes mortales inperpetuum. Hiis testibus *et cetera.*

De terra Johannis filii Ade de Bercholte.

SCIANT presentes et futuri quod ego Rogerus filius Roberti de Bedeford et uxor mea Pauia filia Johannis filii Ade de Bercholt dedimus concessimus et presenti carta nostra confirmauimus Deo et ecclesie Sancti Johannis de Colecestria et abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et perpetuam elemosinam totam terram nostram quam habuimus in uilla de Bercholt cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento. habendam et tenendam eisdem ecclesie et monachis in liberam puram et perpetuam elemosinam totam terram eandem cum omnimodis pertinentiis in bosco et planis pratis et pasturis aquis et piscariis exitibus et communis eschaetis et omnibus rebus dictam terram quoquo modo contingentibus bene et in pace libere et integre quietam et solutam ab omnibus secularibus seruitiis exactionibus sectis et consuetudinibus. Et nos et heredes nostri dictam terram cum suis pertinentiis omnibus ut dictum est predictis ecclesie et monachis contra omnes inperpetuum warantizabimus defendemus et aquietabimus. In quorum omnium robur et testimonium hanc cartam eis fecimus sigillis nostris signatam. Hiis testibus.

Confirmatio tenementi nostri in Tudenham.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus Mauduit pro salute anime mee et Isabelle de Bouilla uxoris mee et liberorum meorum concessi et quietum clamaui pro me et heredibus meis inperpetuum Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus in liberam puram et perpetuam elemosinam totum tenementum et seruitium cum pertinentiis Willelmi filii Stephani de Tudeham. quod scilicet tenementum est de feodo meo quod Ricardus de Bouilla predictis monachis dedit et sua carta confirmauit. Quare uolo quod predicti monachi predictum tenementum et seruitium cum pertinentiis habeant et teneant in perpetuum libere et quiete ab omni seculari seruitio et demanda sicut liberam puram et perpetuam elemosinam. et ut hec mea concessio et quieta clamatio rata et stabilis permaneat inperpetuum huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

De .ii. solidatis redditus.

Sciant presenti et futuri quod ego Lietia filia Sacoli de Creppinge dedi concessi remisi quietum clamaui et hac carta confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et perpetuam elemosinam totum jus et clamium et quicquid habui uel habere potui in toto tenemento quod fuit Sacoli patris mei de feodo eorundem monachorum in uilla de Fordham cum homagiis et seruitiis illud nunc tenentium et omnibus eschaettis et omnimodis pertinentiis sine aliquo retenemento. de quibus Magister Ricardus de Hadleya reddit .i. denarium de una roda prati vocatur Fordmede juxta molendinum ad Fordam. Michael filius Willelmi .vii. denarios de acra et dimidia terre in Yokesfeld et dimidia acra in Scorcedene. Galfridus nouus homo .ix. denarios de acra et dimidia in Yokesfeld et in chemino de Yokeslane. Robertus filius Simonis .vi. denarios de .i. acra in Bromfeld. Radulfus marescallus .i. obulum de pastura ad caput de Yokeslane. habenda et tenenda predictis ecclesie et monachis libere pure in omnibus et integre

inperpetuum. Et ego et heredes mei illa eadem eis contra omnes warantizabimus defendemus et aquietabimus inperpetuum. Hiis testibus.

De terra de Litlewerk in Bercholt.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari de Bercholt dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in liberam et perhennem elemosinam totam terram meam quam habui in campo qui uocatur Litlewerk in uilla de Bercholt de feodo de Munegedune cum pastura et omnibus pertinentiis sine aliquo retenemento. habendam et tenendam eisdem ecclesie et monachis libere quiete et pacifice in liberam et perhennem elemosinam. reddendo inde dominis feodi annuatim sex denarios. scilicet ad festum Sancti Michaelis .iii. denarios et ad Pascha .iii. denarios. et michi et heredibus meis unam radicem gingibris ad festum Sancti Johannis Baptiste pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus sectis curie et rebus omnibus. Et ego et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus per alia tenementa nostra terram prenominatam cum pertinentiis omnibus per seruitium prenominatum contra omnes inperpetuum. Hiis testibus. *et cetera.*

Remissio cujusdam redditus in Bercholt.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari de Bercholt remisi et quietum clamaui pro me et pro heredibus meis inperpetuum Deo et abbati et monachis ecclesie Sancti Johannis Colecestrie totum seruitium quod michi facere consueuerunt de tota terra que uocatur Postesland in parochia de Bercholt. scilicet unum par cirotecarum de pretio unius denarii de annuo redditu et unum obulum quando hidagium euenerit. et nichilominus teneor warantizare eis totum predictum tenementum contra omnes in liberam et perpetuam elemosinam cum suis pertinentiis omnibus. In hujus rei testimonium. *etcetera.* Hiis testibus. *etcetera.*

De quadam terra in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus filius Thurstani concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Nicholao de Elemosinaria Sancti Johannis Baptiste tres acras terre cum pertinentiis jacentes inter terram domini abbatis Sancti Johannis Colecestrie et terram Watte Haneng. habendas et tenendas de me et heredibus meis predicto Nicholao et heredibus suis et cuicumque uel quibuscumque predictas tres acras terre cum pertinentiis dare legare uendere inuadiare aut assignare uoluerit libere quiete jure et hereditarie inperpetuum. reddendo inde annuatim redditum trium dictarum acrarum terre dominis feodi. scilicet .xviii. denarios ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis .ix. denarios et ad Pascha .ix. denarios pro omnibus seruitiis secularibus exactionibus et demandis. Pro hac autem concessione donatione et presentis carte mee confirmatione dedit michi predictus Nicholaus .lvii. solidos in gersumam. Et ego predictus Radulfus et heredes mei et mei assignati warantizabimus et defendemus predictas tres acras terre cum pertinentiis predicto Nicholao et heredibus suis et suis assignatis et heredibus assignatorum ejus per predictum seruitium dictis dominis feodi soluendum contra omnes gentes inperpetuum. Et ut hec mea concessio donatio et presentis carte mee confirmatio rata et stabilis inperpetuum permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus *etcetera.*

De .xxx. denariatis redditus in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes le Chaluner dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris pro salute animee mee in puram et perpetuam elemosinam .viii. denarios annui redditus in suburbio Colecestrie prouenientes de domo Walteri Burnedis in uenella que dicitur Bereslane. et .xii. denarios redditus de domo Willelmi Coife in eadem uenella. et de domo mea juxta portam que dicitur

Suthscerde .x. denarios. habendos et tenendos dictis ecclesie et monachis libere quiete et integre ab omnibus seruitiis secularibus percipiendos annuatim ad duos terminos. scilicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Et ego Johannes et heredes mei uel assignati warantizabimus aquietabimus et defendemus dictum redditum dictis ecclesie abbati et monachis contra omnes homines inperpetuum et eorum successoribus. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

De quodam tenemento in Brichtlingeseya.

Sciant presentes et futuri quod ego Mabilia uxor quondam Oseberti clerici de Brichtlingeseya in pura uiduitate mea pro me et pro heredibus meis inperpetuum remisi et quietum clamaui Deo et ecclesie Sancti Johannes Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci totum jus et clamium quod habui uel habere potui in toto tenemento uel ejus aliqua parte quod aliquando tenuit Petrus clericus in uilla Brichtlingeseya cum mesuagio et omnibus pertinentiis suis et in omnibus aliis terris quibuscumque mesuagiis edificiis et ipsarum rerum omnimodis pertinentiis in eadem uilla sine aliquo retenemento michi uel meis heredibus aut successoribus quibuscumque inperpetuum. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

De ecclesia Sancte Trinitatis et Berdechirche.

Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit Simon Dei gratia abbas Sancti Eadmundi et conuentus ejusdem loci salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos concessisse et hac carta nostra confirmasse Thome decano Colecestrie aduocationem ecclesiarum Sancte Trinitatis Colecestrie et Sancti Michaelis de Dunilande. habendam et tenendam sibi et heredibus suis libere et quiete et hereditabiliter. Ita quod quotiens predicte ecclesie uacauerint liberam et absolutam habeant potestatem personam presentandi domino Londoniensi uel ejus officialibus sine impedimento uel molestia uel

uexatione quam nos uel successores nostri eidem Thome uel heredibus suis facere poterimus. Hiis testibus. Hereberto priore. Hermero sub-priore. Ricardo Cantore. Jocelino cellerario. Waltero sacrista. *et cetera.*

Donatio Ricardi Champeneis de eisdem ecclesiis Sancto Johanni.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus Champeneis de Colecestria pro salute anime mee et meorum omnium antecessorum et successorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie at abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et perpetuam elemosinam mesuagium meum cum terrula eidem adjacente uersus cimiterium ecclesie Sancte Trinitatis Colecestrie et cum omnibus aliis pertinentiis. quodquidem mesuagium jacet ex opposito Cimiterii predicti inter mesuagium Laurentii tunc rectoris ejusdem ecclesie ex parte occidentali et Sabine filie Nicholai dispensatoris ex parte orientali vna cum aduocatione ecclesie Sancte Trinitatis predicte et ecclesie Sancti Michaelis de Berdechirche in Dunilande et fundis earumdem et cum omnibus ecclesiarum ipsarum pertinentiis et libertatibus. et omnia tenementa que habui in uilla de Dunilande extra Colecestriam tam in terris quam in redditibus et omnibus pertinentiis sine aliquo retenemento. Et ad majorem securitatem ipsis in hac parte faciendam misi eos in saisinam dicti mesuagii et redditus .xxxii. denariorum de tenementis de Dunilande annuatim prouenientis necnon et dicte aduocationis ecclesiarum predictarum per idem mesuagium et redditum prenominatum. Et uolo et concedo quod habeant et teneant predicta tenementa et aduocationem prenominatam cum fundis et omnimodis pertinentiis et quicquid ego uel mei predecessores uel heredes in predictis tenementis redditibus fundis et aduocatione umquam habuimus uel habere potuimus in liberam puram et perpetuam elemosinam quietam ab omnibus seruitiis sectis et rebus omnibus. Et ego dictus Ricardus et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus dictis ecclesie abbati et monachis prenominata tenementa redditum et aduocationem contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

Quieta clamatio cujusdam terre in Estdunilande.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Johannis de Bosco de Estdunilande pro me et heredibus meis omnibus remisi et quietum clamaui abbati et monachis Sancti Johannis Colecestrie totum jus et clamium quod habui uel habere potui in toto tenemento quod aliquando tenuit Johannes pater meus in uilla de Estdunilande cum omnibus suis pertinentiis. Ita quod neque ego neque heredes mei aliquid in predicto tenemento uel ejus aliqua parte imposterum possimus exigere. In cujus rei testimonium.

De .vi. denariatis redditus in Bercholt.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus filius Alani concessi et dedi et hac presenti carta confirmaui Radulfo de Waude pro homagio et seruitio suo unum denariatum redditus in uilla de Bercholt quem Ricardus decanus michi consueuit facere de quodam prato quod uocatur Chelde-benesmed. et preterea quinque denariatos redditus quos Adam filius ejusdem Ricardi decani michi consueuit facere de quadam terra que uocatur Litlewerk et de quodam prato juxta Westfeld in eadem uilla. habendum et tenendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis uel cuicumque eundem redditum dare legare uel assignare uoluerit libere et quiete integre et in pace. faciendo inde michi et heredibus meis ille et heredes sui uel assignati seruitium domini regis scilicet ad scutagium xx solidos unum obulum et ad plus plus et ad minus minus. Pro hac et cetera. Quare ego et heredes mei warantizabimus et defendemus. *et cetera.*

De tribus acris prati in Grenestede.

NOTUM sit omnibus quod ego Walterus filius Godardi de Clingho pro salute anime mee et antecessorum meorum concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in perhennem elemo-

sinam tres acras prati in Grimesho quas tenui in uilla de Grenestede. et jacent inter pratum dictorum monachorum et pratum de feodo de Wiuenho. habendas et tenendas dictas tres acras prati dictis abbati et monachis in liberam et perpetuam elemosinam per seruitium .vi. denariorum annuatim ad festum Sancti Michaelis et ad Pascha reddendorum michi et heredibus meis. et per hoc quietam et solutam ab omni seruitio seculari et demanda secta et exactione et rebus omnibus. Et ego dictus Walterus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus dictis abbati et monachis dictas tres acras prati cum pertinentiis contra omnes. et cetera. Testibus *etcetera.*

De .vi. denariatis redditus in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Mariota filia Magistri Roberti pictoris concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie ad eorum elemosinarie meliorationem .vi. denariatos annui redditus percipiendos de quadam domo et curtilagio sita inter mesuagia quod fuit Gileberti Gunnild et Matilde relicte Magistri Petri aurifabri. habendos et tenendos dictos .vi. denariatos redditus in puram et perpetuam elemosinam. Et ego et heredes mei.

De .v. acris terre in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes filius Hamonis de Campo de Colecestria dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam ad elemosinarie loci ejusdem habundantiorem sustentationem .v. acras terre cum pertinentiis infra banleucam Colecestrie jacentes in campo de Eldenaptune uersus boscum de Srebbe. quas Thomas de Northstrate dedit predicto Hamoni patri meo in liberum maritagium cum matre mea Clementia filia ejusdem. Quarum quidem tres acre jacent inter terras Ricardi Champeneis et Philippi le Tanur. et due acre abutant super terram predictorum abbatis et monachorum ad unum caput. et ad aliud super predictas tres acras.

habendas et tenendas eisdem ecclesie et monachis prediĉtas .v. acras terre cum pertinentiis omnibus libere quiete et integre in liberam puram et perpetuam elemosinam ad opus prenominatum assignatas pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum. Et ego et heredes mei.

De quadam terra in Milanda.

SCIANT presentes et futuri quod ego Edricius parmentarius de Milanda dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Helie capellano filio Huberti forestarii totam terram quam tenui in uilla de Milanda in parrochia Sanĉti Petri de Colecestria de feodo Sanĉti Johannis Baptiste de Colecestria que jacet inter terram Thome de Northstrate et terram Roberti Figuli cum omnibus pertinentiis suis. habendam et tenendam bene et in pace integre honorifice et hereditarie et sine omni exaĉtione sibi et heredibus suis uel cuicumque uendere dare legare uel assignare uoluerit et quandocunque uoluerit preterquam domui religionis uel Judeis. reddendo inde annuatim prediĉte domui Sanĉti Johannis Baptiste de Colecestria .x. denarios. scilicet ad festum Sanĉti Michaelis .v. denarios et ad Pascha .v. denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. Pro hac autem.

Donatio ejusdem terre Sanĉto Johanni.

SCIANT presentes et futuri quod ego Roasia filia Helie capellani de Milanda concessi remisi et omnino quietum clamaui pro me et pro heredibus meis abbati et Conuentui Sanĉti Johannis Colecestrie et eorum successoribus totam terram quam tenuit quondam Edricus parmentarius in Milanda in parrochia Sanĉti Petri de Colecestria. quam quidem habui ex dono Helie patris mei de feodo diĉtorum abbatis et conuentus. et jacet inter terram Johannis Cunting et terram Rogeri de la Wich. habendam et tenendam diĉtam terram prediĉtis abbati et monachis pro me et pro heredibus meis uel assignatis libere quiete pacifice cum omnibus suis pertinentiis ab omni seculari seruitio et demanda. Pro hac autem.

De .xii. solidatis redditus in Colecestria.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus de Lemberne filius Johannis de Lemburne concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci in liberam puram et perpetuam elemosinam .XII. solidatos annui redditus in uilla de Colecestria et ejus suburbio annuatim ad duos terminos. scilicet ad Pascha et ad festum Sancti Michaelis percipiendos. videlicet de tenemento quod quondam fuit Johannis de Blunuilla in Grenestede et Colecestria quod ipsimet abbas et monachi nunc tenent .III. solidos. De Ricardo de Langenho pro tenemento quod tenuit de me .xx. denarios. De heredibus Simonis filii Normani de Milanda .xx. denarios. De heredibus Gunnore .XVIII. denarios de tenemento quod de me tenuit. De Mot le Carpenter de terra quam tenuit Herueus filius Helie .XVIII. denarios. De heredibus Prisce Belet .XVI. denarios et de quodam prato apud Estpontem quod tenuit aliquando Salote Tux .XVI. denarios cum omnibus dictorum redituum pertinentiis. Remisi etiam et concessi et quietum clamaui pro me et pro heredibus meis inperpetuum eisdem ecclesie et monachis quicquid in predictis redditibus tenementis et eorum pertinentiis habui uel habere potui quolibet modo. Hanc autem donationem feci pro salute anime mee et animarum omnium antecessorum et successorum meorum et pro participatione omnium beneficiorum illius ecclesie quam nobis perpetuo concesserunt. Ego uero et heredes mei warantizabimus defendemus et aquietabimus.

De .iiii. solidatis redditus in Colecestria.

SCIANT presentes et futuri quod ego Saherus Haneng de Colecestria concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Philippo de Sancto Botulfo .IIII. solidatos annui redditus percipiendos de mesuagiis Ade Textoris et Hugonis Trituratoris in Loddereslane. scilicet de quolibet .II. solidos ad duos terminos anni. medietatem ad Pascha. et aliam medietatem

ad festum Sancti Michaelis. habendos et tenendos predictos .IIII. solidatos annui redditus cum eorum pertinentiis de me et heredibus meis uel meis assignatis predicto Philippo et heredibus suis et cuicumque et quibuscumque et quandocumque illos cum pertinentiis dare inuadiare uendere legare aut assignare uoluerit libere quiete bene et in pace inperpetuum. reddendo inde annuatim unum par cirotecarum de pretio .I. denarii uel .I. denarium in festo Sancti Johannis Baptiste pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus et demandis secularibus. Pro hac autem. Et ego predictus Saherus et heredes mei et mei assignati aquietabimus defendemus et warantizabimus predicto Philippo et heredibus suis siue suis assignatis predictos .IIII. solidos annui redditus cum suis pertinentiis per prefatum seruitium contra omnes. Et ut hec mea.

De Middel Wike Haning in Dunilande.

SCIANT presentes et futuri quod ego Walterus Haning de Colecestria filius quondam Walteri Haning concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ejusdem loci Deo seruientibus et seruituris in liberam et perhennem elemosinam totam terram quam aliquando tenui in Dunilande cum liberis hominibus et uillanis edificiis homagiis redditibus consuetudinibus et omnibus aliis rebus predicte terre aliquo jure uel casu pertinentibus sine aliquo retenemento. habendam et tenendam eisdem ecclesie abbati et monachis totam predictam terram cum liberis hominibus et uillanis edificiis redditibus homagiis releuiis auxiliis eschaetis consuetudinibus et omnibus aliis libertatibus inde prouenientibus in boscis et planis pascuis et pasturis pratis et turbariis bruariis sepibus et fossatis uiis et semitis uiuariis aquis piscariis exitibus et communis chaciis et aisiamentis et omnibus aliis rebus dictam terram contingentibus. et quicquid juris et clamii michi uel heredibus meis in omnibus uel singulis rebus predictis poterat uel aliquo modo in futurum poterit excidere uel pertinere aut prouenire. in liberam et perpetuam elemosinam quietam ab omnibus secularibus seruitiis auxiliis consuetudinibus sectis demandis et omnibus rebus quibuscumque. bene et in pace libere et

quiete integre et plenarie sine aliquo retenemento. reddendo inde annuatim Godefrido de Listune uel heredibus suis uel assignatis dimidiam marcam ad duos terminos. medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. et priori de Mereseie .xx. denarios et obulum ad eosdem predictos terminos. et eidem priori de tenemento quod quondam fuit Johannis de Blendec duos solidos ad duos terminos. medietatem ad festum Sancti Johannis Baptiste et aliam medietatem ad festum Sancti Andree apostoli. et etiam de eodem tenemento quando scutagium eueniet ad plus et ad minus .IX. denarios tantum pro omnibus seruitiis consuetudinibus sextis auxiliis et demandis quibuscumque. Et ego dictus Walterus et heredes mei defendemus aquietabimus et warantizabimus predictis ecclesie et monachis predictam terram cum omnibus suis pertinentiis sicut predictum est contra omnes inperpetuum. Hiis testibus.

Confirmatio Godefridi de Listune de eadem terra.

UNIUERSUS Christi fidelibus presentibus et futuris Godefridus de Listune salutem in domino. Noueritis quod ego pro me et heredibus meis et assignatis concessi et hac presenti carta mea confirmaui in liberam et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis loci ejusdem omnes terras et tenementa que Walterus Haning eisdem contulit ecclesie et monachis in Dunilande. Remisi etiam et quietum clamaui pro me et meis heredibus et assignatis eisdem ecclesie et monachis totum jus et clamium quod habui uel habere potui in eisdem terris et tenementis seu aliquo casu michi poterit excidere aut heredibus uel assignatis meis. salua nobis dimidia marca annui redditus per manus dictorum abbatis et monachorum pro predictis terris et tenementis ad Pascha et ad festum Sancti Michaelis annuatim percipienda. et salua dimidia marca michi et heredibus meis post decessum seu amotionem cujuslibet abbatis ejusdem loci nomine releuii percipienda. Et uolo et concedo quod predicti abbas et monachi teneant predictas terras et tenementa cum omnibus eschaetis et pertinentiis quibuscumque libere quiete bene et in pace integre et solute ab omnibus secularibus seruitiis exactionibus con-

suetudinibus sectis et demandis quibuscumque per seruitium supradictum et sicut carta de feffamento quam habent de Waltero Haneng plenius testatur. Ita quod neque ego neque heredes mei seu assignati aliquid de predictis terris tenementis eschaetis seu pertinentiis seu ratione earundem aliquid juris uel clamii poterimus exigere aut uendicare preter seruitium supradictum. Pro hac autem concessione confirmatione remissione et quieta clamatione predicti abbas et conuentus receperunt me et heredes meos in participationem omnium bonorum que inperpetuum fient in suo monasterio predicto. Hiis testibus.

Quieta clamatio cujusdem redditus in Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Gilebertus le Mot de Colecestria remisi et quietum clamaui pro me et heredibus abbati et monachis Sancti Johannis Colecestrie totum jus quod habui uel habere potui in toto tenemento quondam Ade de la Biche in suburbio Colecestrie extra portam del Est uel in ejus aliqua parte uel in redditu de eodem siue in denariis siue in aliis rebus quibuscumque sine aliquo retenemento in liberam puram et perpetuam elemosinam. vt predicti abbas et monachi et eorum successores habeant et teneant prenominatum tenementum cum omnibus suis pertinentiis integre et plenarie libere pure et quiete de me et omnibus meis successoribus sibi et sue ecclesie inperpetuum cum omni jure meo et redditu quem michi aliquo tempore percipere uel aliquo modo habere possem. In cujus rei testimonium. *et cetera.*

Relaxatio .vi. denariorum de Waltero Godard in Grenstede.

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus Godard concessi remisi et omnino quietum clamaui pro me et heredibus meis inperpetuum abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie sex denarios annui redditus quos ab eisdem percipere solebam de quodam prato apud Grimesho in Grenstede quod pratum eis dimisi ac uendidi. Ita quod dictos .vi. denarios nec aliquid de dicto prato ego dictus Walterus nec heredes mei umquam

exigere poterimus aut uendicare. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Quieta clamatio Willelmi Giffard de uisu franci plegii in Picheseya.

UNIUERSIS Christi fidelibus hoc scriptum uisuris uel audituris Willelmus Giffard eternam salutem in domino. Noueritis quod cum prosecutus essem placitum pro domino Rege contra abbatem Colecestrie in Curia Regis tandem recognoui pro me et pro Gundreda uxore mea. cujus atornatus fui coram domino Rege. jus et seisinam ipsius abbatis et conuentus Colecestrie de visu franci plegii de villa sua de Picheseya secundum tenorem cartarum regum Henrici seniors et Ricardi. Et remisi et quietum clamaui eisdem abbati et conuentui pro me et heredibus meis inperpetuum omne jus et omne clamium si quod habere potui in eadem libertate et quicquid ratione visus franci plegii aliquo modo possit exigi. In cujus rei testimonium. *et cetera.*

Carta Thome le Turc de una marca annua in Picheseye.

OMNIBUS Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Thomas le Turc de Picheseye salutem in domino. Noueritis me teneri abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie et eorum successoribus inperpetuum in vna marca esterlingorum pro terra que fuit aliquando Beatrice matris mee in Picheseye eisdem abbati et conuentui singulis annis persoluenda duobus anni terminis. scilicet ad festum Sancti Michaelis dimidiam marcam et ad festum Pasche dimidiam marcam. Et volo et concedo pro me et heredibus meis quod si contingat me uel heredes meos cessare in solutione prescripte pecunie aliquo termino prenominato futuris temporibus quod liceat eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus et suis seruientibus quibuscumque me et omnes heredes meos destringere per omnia bona et catalla in dicto tenemento inuenta et ea omnia bona et catalla capere fugare et detinere donec in memorata pecunia suis terminis vna cum expensis et dampnis que sustinuerint occasione dicte pecunie suo termino non solute

eis plene satisfecerimus absque omni contradictione mea uel heredum meorum inperpetuum. In quorum omnium testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta Johanne de Audham de tenemento de Elteneye.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johanna de Audham filia quondam Alexandri de Britchtlingeseye in pura et legitima uiduitate mea dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis et eorum successoribus ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perhennem elemosinam omnes terras quas Alexander pater meus uel ego quondam tenuimus in Mundune et Elteneye cum edificiis mariscis pasturis homagiis redditibus libertatibus consuetudinibus et omnibus aliis pertinentiis et eschaetis que inde exigere poterunt uel aliquo modo prouenire integre sine aliquo retenemento. Ita quod nec ego nec heredes mei nec assignati nec aliquis alius nomine nostro in predictis terris nec in aliquibus suis pertinentiis aliquid juris vel clamii exigere poterimus uel vendicare. habendas et tenendas predictas terras cum omnibus pertinentiis sicut predictum est predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus in liberam et perhennem elemosinam inperpetuum. faciendo inde pro me et heredibus meis seruitium debitum dominis feodorum. In cujus rei testimonium et perpetuam firmitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Confirmatio Radulfi prioris de Bikenakere.

SCIANT presentes et futuri quod ego Radulfus prior de Bikenakere et canonici ejusdem loci concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totum tenementum cum omnibus libertatibus et pertinentiis suis quod habent de Johanna de Audham filia quondam Alexandri de Brichtlingeseye in Elteneye. excepto feodo Magistri

Rogeri de Cantilupo. habendum et tenendum dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus bene et in pace libere integre et quiete inperpetuum per liberum seruitium duarum marcarum nobis et successoribus nostris annuatim soluendarum. Quarum duarum marcarum soluent medietatem in Octabis Pasche et aliam medietatem in Octabis Sancti Michaelis pro omni seruitio consuetudine secta curie cujuscumque et seculari demanda. saluo nobis et successoribus nostris homagio et releuio de dicta terra in creatione cujuslibet abbatis dicte ecclesie Sancti Johannis Colecestrie. Et nos Radulfus prior et canonici de Bikenakere et successores nostri warantizabimus aquietabimus et defendemus dictis ecclesie abbati et monachis Colecestrie et eorum successoribus totum predictum tenementum de Elteneye cum omnibus suis pertinentiis per predictum seruitium duarum marcarum per annum contra omnes inperpetuum. Et est sciendum quod licebit nobis liberum et pacificum habere ingressum et egressum in dicto feodo ad destringendum si necesse fuerit tam pro redditu quam pro homagio et releuio cum contigerit. Et ut hec nostra concessio et confirmatio rata permaneat inperpetuum parti que remanet dicte ecclesie abbati et monachis Colecestrie sigillum nostrum et capituli nostri apposuimus. Et dicti abbas et conuentus partem que nobis et successoribus nostris remanet sigilli sui munimine roborarunt. Pro hac autem concessione et presentis carte nostre confirmatione dederunt nobis dicti abbas et conuentus quadraginta solidos sterlingorum. Et dimidiam marcam quam percipere consueuerunt nomine Johannis de Blandec de predicto tenemento de Elteneye nobis et successoribus nostris inperpetuum allocauerunt ut pro saluta. Hiis testibus.

Confirmatio Fulconis de Blandac de eodem.

Fulco de Blandec omnibus amicis suis et omnibus hominibus suis tam Francis quam Anglicis salutem. Sciatis me firmiter concessisse et hac carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Wdeham pro salute mea et vxoris mee et heredum et liberorum meorum et parentum meorum et pro animabus antecessorum meorum totum tenementum meum

de Elteneya quod Maricius filius Galfridi tenuit de me et heredibus meis in perpetua elemosina sicut ipse Mauricius prefate ecclesie carta sua confirmauit et dedit. saluo seruitio meo scilicet .xl. solidos quos michi reddent singulis annis de terra prefata pro omnibus seruitiis secularibus terre illi pertinentibus: hoc uero tenementum ego optuli super altare Sancti Johannis Baptiste. Quare uolo quo predicta ecclesia et fratres ibi Deo seruientes habeant et teneant hec prescripta tenementa de Elteneya bene et in pace libere et honorifice et quiete eodem seruitio quo prescriptum est. Hujus donationis et conuentionis sunt testes *et cetera.*

Confirmatio Thome prioris de Bikenakere de eodum.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas prior et conuentus canonicorum de Wdeham communi consilio et assensu totius capituli nostri concessimus et presenti carta nostra confirmauimus Oseberto de Claketune et heredibus suis totum tenementum quod est de feodo Fulconis de Blandec in Elteneye et quod idem Osebertus tenuit de Gaufrido filio Mauricii per seruitium dimidii militis et per redditum .xxv. solidorum in anno. et postea de Ranulfo de Maundeuile per idem seruitium et per eundem redditum. Amodo volumus et firmiter precipimus quod Osebertus et heredes sui teneant antedictum tenementum de ecclesia nostra honorifice et libere et quiete ab omni seculari seruitio et exactione et per seruitium dimidii militis et per redditum duarum marcarum in anno. De quibus ipse Osebertus ex propria uoluntate sua acreuit ecclesiam nostram de .xx. denariis. Osebertus uero et heredes sui medietatem predicti redditus nobis reddent ad Pascha infra Octabas et medietatem in festo Sancti Michaelis infra Octabas. Nos uero debemus warantizare Oseberto et heredibus suis predictum tenementum de Elteneye et aquietare aduersus omnes dominos fundi. Et si contigerit quod predicto Oseberto uel heredibus suis non warantizauerimus aliquod seruitium quod ad dominos pertinebit retinebit predictus Osebertus et heredes sui tantum de firma sua proxima futura quantum in illo seruitio expendiderit. Et pro hac concessione et confirmatione deuenit Osebertus homo ecclesie nostre et

fidelitatem jurauit et duas marcas nobis dedit de gersuma. Testibus *et cetera.*

Confirmatio Ranulfi de Maundeuille de eodem.

RANULFUS DE MAUNDEUILLE omnibus hominibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me concessisse redidisse et hac carta mea confirmasse Oseberto de Claketune et ejus heredibus consilio amicorum meorum et petitione Auicie. Albrethe. Agnetis. Mabilie. Hathewisie. totum tenementum et feudum quod teneo de Fulcone de Blandec in Elteneye cum omnibus pertinentiis suis. tenendum de me et meis heredibus in feodo et hereditate pro .xx. et .v. solidis annuatim michi reddendis. medium ad Pascha et medium ad festum Sancti Michaelis. et per seruitium dimidii militis. Ideo uolo ut ipse predictus Osebertus et heredes sui teneant totum illud tenementum hereditabiliter de me et meis heredibus per antedictum redditum et seruitium ita libere et quiete et honorifice sicut teneo de Fulcone illud predictum tenementum per seruitium dimidii militis. Et ego et heredes mei et amite mee et heredes earum predictum tenementum debemus warantizare Oseberto et heredibus suis sine malo ingenio sicut antenominatus Fulco debet nobis warantizare. Et uolumus quod ipse et heredes sui teneant de me et de meis heredibus libere et quiete et inconcusse sicut unquam tenuit melius de Galfrido filio Mauricii de Tileteye. Pro hac autem redditione et concessione deuenit Osebertus homo meus et michi et amitis meis predictis dedit .vi. marcas argenti et nos de .xxx. et vno solidis quos Galfridus ei debuit quietos clamauit. Hoc homagium et hec redditio et concessio predicte terre facta est coram Fulcone de Blandech et ejus petitione. Hiis testibus.

Confirmatio Radulfi prioris de Bikenakere de eodem.

SCIANT presentes et futuri quod ego Radulfus prior de Bikenakere et canonici ejusdem loci concessimus et hac carta nostra cyrographata confirmauimus Alexandro filio Oseberti de Brichtlingeseye et heredibus suis et eorum assignatis totum tenementum cum omnibus libertatibus et

et pertinentiis suis quod idem Alexander et Osebertus pater ejus de nobis tenuerunt in Elteneye de feodo quod fuit Fulconis de Blandec. habendum et tenendum eidem Alexandro et heredibus suis uel suis assignatis hereditarie integre bene et in pace libere et quiete inperpetuum per liberum seruitium duarum marcarum et dimidie nobis et successoribus nostris uel assignatis nostris annuatim soluendarum pro omni seruitio consuetudine et demanda. scilicet infra Octabas Pasche nobis et ecclesie nostre vnam marcam argenti et Johanni filio Engelram de Blandec et heredibus suis nomine nostro quadraginta denarios sicut assignatis nostris. et infra Octabas Sancti Michaelis nobis et ecclesie nostre vnam marcam et dicto Johanni de Blandac et heredibus suis quadraginta denarios nomine nostro sicut nostris assignatis pro omni scutagio et militari seruitio et omni seculari seruitio consuetudine et demanda. Et nos predicti prior et canonici de Bikenakere et successores nostri warantizabimus aquietabimus et defendemus totum predictum tenementum de Elteneye cum omnibus pertinentiis suis dicto Alexandro et heredibus suis uel suis assignatis per predictum seruitium duarum marcarum et dimidie per annum contra omnes homines et feminas inperpetuum. Et ut hec concessio et confirmatio nostra rata permaneat inperpetuum et inconcussa: parti que remanet dicto Alexandro et heredibus suis uel suis assignatis sigillum nostrum et capituli nostri apposuimus. et dictus Alexander partem que nobis et successoribus nostris remanet sigilli sui munimine roborauit. Pro hac autem concessione warantizatione et defensione et aquietatione et carte nostre confirmatione dedit nobis predictus Alexander vnam marcam et dimidiam marcatam annui redditus quam aturnamus reddendam dicto Johanni de Blandac et heredibus suis per manum dicti Alexandri et heredum suorum uel eorum assignatorum nomine nostro inperpetuum pro warantizatione et defensione quam Johannes de Blandac et heredes sui nobis et ecclesie nostre perpetuo facere tenentur. Hiis testibus.

Confirmatio Roberti prioris de Bikenakere de eodem.

Robertus prior et conuentus canonicorum de Wdeham omnibus qui has litteras uiderint uel audierint salutem. Sciatis nos communi consilio et assensu totius capituli nostri concessisse et presenti carta nostra confirmasse Alexandro filio Oseberti de Claketune et heredibus suis totum tenementum quod fuit de feodo Fulconis de Blandac in Elteneye et cartam nostram quam pater ipsius Alexandri de nobis habuit de eodem tenemento. habendum et tenendum sibi et heredibus suis de nobis et de ecclesia nostra hereditarie integre libere et quiete per seruitium dimidii militis et per redditum duarum marcarum in anno pro omni seruitio et exactione. Alexander uero et heredes sui vnam marcam nobis reddent ad Pascha infra Octabas et vnam marcam ad festum Sancti Michaelis infra Octabas. Nos uero debemus aquietare et warantizare predicto Alexandro et heredibus suis predictum tenementum de Elteneye cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus contra omnes homines et feminas per predictum redditum et seruitium. Et si contigerit quod non aquietauerimus predictum Alexandrum de aliquo seruitio quod ad dominos predicti feodi pertinebit. antedictus Alexander et heredes sui tantum de firmis suis proximis et futuris retinebunt quantum in seruitio illo expenderint. Pro hac autem concessione et confirmatione deuenit Alexander homo ecclesie nostre et fidelitatem jurauit et aquietauit se uersus nos et ecclesiam nostram de releuio suo per duas marcas quas nobis persoluit. Volumus etiam quod heredes et successores cum contigerit quod releuium dare debuerint per duas marcas quieti teneant et remaneant. Testibus *et cetera.*

Donatio Galfridi de Tyleteye Oseberto de Claketune.

Galfridus de Tileteye omnibus hominibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me concessisse et dedisse Oseberto de Claketune totum feudum et tenementum quod teneo de Fulcone de Blandac in Elteneye cum omnibus pertinentiis suis pro .xx. et .v. solidis annuatim reddendis.

medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis. et per seruitium dimidii militis. Ideo uolo ut ipse Osebertus et heredes sui teneant illud tenementum hereditabiliter de me et de meis heredibus per antedictum redditum et seruitium ita libere et quiete et honorifice sicut habeo de Fulcone de Blandac. Et ego ipsi Oseberto predictum tenementum debeo warantizare sine malo ingenio sicut ipse Fulco illud michi warantizabit. Et pro hac donatione et concessione deuenit Osebertus homo meus et. dedit michi .xx. et vnam marcam et dimidiam. Et hoc totum feci petitione ipsius Fulconis domini mei et petitione Ricardi filii sui et heredis et aliorum filiorum suorum. Hiis testibus.

Carta Johannis filii Engelrami de warantizatione de eodem.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Engelram de Blandac et heredes mei debemus warantizare defendere et aquietare Alexandro filio Oseberti de Brichtlingeseye et heredibus suis et eorum assignatis totum tenementum quod idem Alexander tenuit de priore et canonicis de Bikenakere in Elteneye de feodo quod fuit Fulconis de Blandac de omni scutagio et militari seruitio contra omnes homines et feminas inperpetuum. Pro hac autem warantizatione defensione et aquietatione dederunt michi dicti prior et canonici de Bikenakere et Alexander filius Oseberti de Brichtlingeseya quinque marcas argenti et dimidiam marcam annui redditus percipiendas per manus dicti Alexandri et heredum suorum uel eorum assignatorum nomine prioris et canonicorum de Bikenakere de redditu quod idem Alexander debet eis annuatim de predicto tenemento de Elteneye. In cujus. *et cetera.* Hiis testibus. *et cetera.*

Confirmatio Jacobi filii Willelmi Blundi et Ricardi de Tillingham.

SCIANT presentes et futeri quod ego Jacobus filius Willelmi Blundi et ego Ricardus de Tillingham concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Alexandro filio Oseberti et heredibus suis totum tenementum Gileberti de Elteneye quod de nobis tenet in Elteneye in la Walle cum

omnibus pertinentiis suis. habendum et tenendum de predicto Gileberto et de heredibus suis sicut carta predicti Gileberti quam idem Alexander habet testatur. Hiis testibus.

Donatio Nicholai Constabularii de quibusdam parcellis.

Sciant presentes et futuri quod ego Galfridus filius Nicholai dispensatoris de Northstrate concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Nicholao Constabulario de Colecestria duas parcellas pratorum jacentes inter stagnum molendini quod uocatur Stockesmelne et ripam que uocatur Swartepol. et jacet alia parcella prati cum fossatis inter antiquam ripam aque et nouam et extendit uersus Suth usque ad pratum Willelmi Pain et pratum Margerie Baudechun et pratum Willelmi Haneng. et que particule pratorum fuerunt quondam Nicholai filii Galfridi dispensatoris. habendas et tenendas predictas parcellas pratorum cum herbagio stagni predicti molendini de me et heredibus meis predicto Nicholao et heredibus suis et cuicumque uel quibuscumque et quandocumque predictas parcellas cum predicto herbagio dare legare vendere inuadiare aut assignare uoluerit libere quiete jure hereditario bene et in pace inperpetuum. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis unum clauum girofri semper ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis secularibus exactionibus et demandis. Pro hac autem concessione donatione et presentis carte mee confirmatione dedit michi dictus Nicholaus .xxx. solidos sterlingorum in gersumam. Et ego predictus Galfridus et heredes mei et mei assignati warantizabimus aquietabimus et defendemus predicto Nicholao et heredibus et suis assignatis et heredibus assignatorum ejus predictas parcellas cum herbagio predicto contra omnes gentes Christianos et Judeos inperpetuum. Et ut hec mea concessio et donatio et presentis carte mee confirmatio firma et stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta de Elfeld et Borham.

ROBERTUS FILIUS HENRICI omnibus hominibus et amicis suis salutem. Sciatis me concessisse et dedisse Petro armigero Elfeld quod est de meo feodo in feodum et hereditatem pro suo seruitio. tenendum de me et heredibus meis ille et heredes sui. Et predictus Petrus et heredes sui dabunt michi et heredibus meis annuatim .VI. denarios pro omnibus seruitiis que ad terram pertinent. scilicet .III. denarios ad festum Sancte Crucis in Septembre et .III. ad Pascha Florida. Hanc terram ego Robertus filius Henrici et heredes mei warantizabimus illi et heredibus suis contra omnes homines et omnes feminas. Pro hac concessione et donatione predictus Petrus dedit michi in gersumam .XII. denarios. et Beatrici uxori mee .III. denarios. et Johanni filio meo .II. denarios. Et ut hec donatio sit firma et stabilis ego Robertus et Beatrix vxor mea et Johannes filius meus affidauimus et etiam hac mea carta confirmo. Hiis testibus.

Carta Johannis filii Roberti de eadem terra.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Roberti concessi et hac carta mea confirmaui Petro de Melebroc pro homagio et seruitio suo totum unum campum terre mee qui uocatur Elfeld. tenendum de me et de heredibus meis sibi et heredibus suis inperpetuum libere quiete bene et in pace plenarie honorifice in feudum et hereditatem. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ille et heredes sui .VI. denarios ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancte Crucis in Septembre .III. denarios et ad Pascha Florida .III. denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus et pro omnibus seruitiis exactionibus que ad me et ad heredes meos pertinent. saluo seruitio domini regis. scilicet ad .XX. solidos .I. obulum. Pro hac concessione et carte presentis confirmatione dedit michi predictus Petrus quinque solidos de gersuma. Ego uero Johannes et heredes mei debemus warantizare et defendere predicto Petro et heredibus suis prenominatum campum contra omnes homines per predictum seruitium. Hiis testibus.

Quieta clamatio de eadem.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus de Muerun quieteclamaui Sawalo filio Petri de Melebroc totum clamorem et illud jus quod clamaui in curia Johannis filii Roberti ex parte vxoris mee de terra que nominatur Elfeld. et in eadem curia inde feci sacramentum et hoc idem affidaui pro me et pro heredibus meis quod de eadem terra nunquam seisitus eram nec aliquod rectum inde habui. Pro hac quieta clamatione predictus Sawalus dedit michi .vi. solidos. Et ut quieta clamatio rata et firma sit sigillo meo affirmaui. Hec uero scriptio et affirmatio facta fuit in curia predicti Johannis coram preposito et liberis hominibus hundredi de Chelemereford. Hiis testibus.

Carta de .vi. denariatis redditus in Borham.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes filius Roberti dimisi et hac presenti carta mea confirmaui Radulfo de Melebroc pro homagio et seruitio suo .vi. denariatos redditus quos Sawalus pater dicti Radulfi michi per annum solebat reddere. scilicet de terra que uocatur Elfeld. habendum et tenendum de me et heredibus meis sibi et heredibus suis uel cuicumque dare uel assignare uoluerit in feodo et hereditate libere et quiete bene et in pace integre et hereditarie. reddendo inde michi et heredibus meis ille et heredes sui vnum obulum ad scutagium domini regis quando scutagium aduenerit qualecumque sit siue ad plus siue ad minus. Pro hac autem dimissione concessione et hujus carte mee confirmatione dedit michi predictus Radulfus .v. solidos in gersumam. Et ego Johannes et heredes mei warantizabimus dicto Radulfo et heredibus suis uel suis assignatis totum predictum redditum per predictum seruitium contra omnes.

Carta Willelmi Brice facta Radulfo.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Brice de Angria dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Radulfo de Melebroc pro

homagio et seruitio suo totam terram cum omnibus pertinentiis suis quam idem Radulfus tenuit quondam de Roberto de Borham in parochia de Borham. exceptis .xviii. acris terre. scilicet illo campo excepto cum pertinentiis suis qui uocatur Lampetfeld. et excepta terra quam Willelmus filius Elye quondam tenuit de dicto Radulfo. habendam et tenendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere quiete bene et in pace integre in feodo et hereditate et inperpetuum totam predictam terram cum omnibus pertinentiis suis et cum omnibus edificiis in predicta terra constructa. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis quatuor solidos sterlingorum et .ii. denarios ad duos anni terminos. scilicet ad Pascha .ii. solidos et .i. denarium et ad festum Sancti Michaelis .ii. solidos et .i. denarium pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis et secularibus exactionibus. saluo seruitio domini regis. scilicet quando scutagium euenerit dictus Radulfus et sui heredes defendent predictam terram in defensione nouem acrarum sicut ille nouem acre se defendent in eadem uilla de eodem feodo. Pro hac uero donatione concessione et presentis carte confirmatione dedit michi predictus Radulfus viginti marcas argenti in gersumam. Et ego Willelmus Brice et heredes mei warantizabimus et defendemus predicto Radulfo et heredibus suis totam prenominatam terram cum omnibus pertinentiis suis per predictum liberum seruitium contra omnes homines et feminas inperpetuum. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carta mee confirmatio firmitatis robur optineat et inperpetuum perseueret presentem cartam sigilli mei appositione roboraui. Hiis testibus.

Carta Radulfi de Melebroc.

SCIANT presentes et futuri quod ego Radulfus de Melebroc concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram meam in Borham cum edificiis redditibus homagiis releuiis herietis eschaetis et omnibus rebus aliis sine aliquo retenemento. et quicquid juris et clamii aliquo casu uel jure michi aut heredibus meis excidere

possent aut prouenire quocumque modo vnacum .x. et octo acris terre. unde undecim acre jacent ante portam meam in campo qui uocatur Elfeld et .VII. acre que jacent in una crufta inclusa. scilicet tota crufta juxta portam uersus aquilonem cum omnimodis suis pertinentiis. habendam et tenendam totam predictam terram sicut predictum est dictis ecclesie abbati et monachis libere quiete bene et in pace in liberam et perpetuam elemosinam. reddendo inde annuatim dominis feodorum quatuor solidos et .II. denarios. scilicet ad Pascha .II. solidos et unum denarium et ad festum Sancti Michaelis .II. solidos et .I. denarium. et ad lumen ecclesie de Borham eisdem terminis .VIII. denarios. scilicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis et secularibus exactionibus. saluo seruitio domini regis. scilicet quantum spectat ad nouem acras de eodem feodo in eadem uilla. et Johanni filio Henrici pro feodo suo .I. obulum tantum quando scutagium euenerit siue ad plus siue ad minus. Et ego dictus Radulfus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus dictam terram cum omnibus pertinentiis ut dictum est predictis ecclesie abbati et monachis et suis successoribus contra omnes. Et ut hec mea concessio donatio et presentis carte mee confirmatio stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Confirmatio Roberti de Walcfare de predictis terris.

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus de Walkefare et Mabilia uxor mea concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram quam Radulfus de Melebroc tenuit de nobis in villa de Borham cum omnibus suis pertinentiis sine aliquo retenemento in pratis pascuis sepibus exitibus et communis et omnibus aliis aisiamentis. habendam et tenendam dictam terram cum homagiis escaetis et omnibus aliis pertinentiis suis dictis abbati et monachis et eorum successoribus de nobis et de heredibus nostris sicut predictum est libere quiete bene et in pace integre et plenarie. reddendo inde nobis et

heredibus nostris quatuor solidos et .II. denarios per annum. scilicet ad Pascha .II. solidos .I. denarium et ad festum Sancti Michaelis .II. solidos .I. denarium pro omnibus seruitiis auxiliis sectis herietis consuetudinibus et secularibus exactionibus. saluo seruitio domini regis quando scutagium euenerit. scilicet quantum pertinet ad .IX. acras terre ejusdem feodi in eadem villa. et saluo nobis et heredibus nostris releuio post decessum cujuslibet abbatis ejusdem ecclesie. Et nos predicti Robertus et Mabilia et heredes nostri et assignati totam predictam terram cum omnibus pertinentiis suis sicut predictum est eisdem ecclesie abbati et monachis et suis successoribus warantizabimus aquietabimus et defendemus inperpetuum contra omnes. Et ut hec nostra concessio et presentis carte nostre confirmatio stabilis permaneat presens scriptum *et cetera*. Hiis testibus.

De quoda prato in Borham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ranulfus faber de Borham filius Galfridi concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perhennem elemosinam vnam rodam prati quam habui in prato quod uocatur Wrosenhey in uilla de Borham cum omnibus suis pertinentiis sicut unquam ego aut antecessores mei dictam rodam prati melius et plenius tenuimus et habuimus. que scilicet roda prati jacet juxta pratum dicti abbatis et conuentus quod habuerunt de Radulfo de Melebroc in dicto prato de Wrosenhey uersus occidentem. habendam et tenendam dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus libere et quiete in perhennem elemosinam. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vnum denarium ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis et aliis demandis quibuscumque. Et ego predictus Ranulfus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus predictam rodam prati cum omnibus suis pertinentiis sicut predictum est contra omnes inperpetuum. Et ut hec *et cetera*. Hiis testibus. *et cetera*.

Carta domini Petri de Mealinges de dimidia marcata redditus in Meaulinges.

Sciant presentes et futuri quo ego Petrus de Meaulinges miles pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum et precipue pro anima Johanne vxoris mee concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perhennem elemosinam dimidiam marcam annui redditus percipiendam ad duos terminos. scilicet medietatem ad festum Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Pascha de toto tenemento quod Laurencius de Meaulinges de me tenuit in Meaulinges. quod tenementum uocatur Bacunesland cum wardis releuiis eschaetis sectis curie et omnibus aliis rebus que michi uel heredibus meis aliquo modo de dicto tenemento excidere poterit aut prouenire. saluo michi et heredibus meis scutagio solummodo de dicto tenemento debito et consueto. habendam et tenendam dictam dimidiam marcam predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus cum wardis releuiis eschaetis et omnibus rebus que ratione dicti tenementi excidere poterunt aut prouenire liberam et quietam ab omni seruitio seculari sectis curie et demandis quibuscumque preter scutagium prenominatum. Et est sciendum quod licebit dictis abbati et monachis aut eorum nuntio ad dictum tenementum destringendum liberum et pacificum habere ingressum quotiens sibi uiderint expedire. Assignaui autem ego dictus Petrus de dicta dimidia marca quinque solidos ad pietanciam dictorum monachorum die anniuersarii dicte Johanne vxoris mee et viginti denarios elemosinarie pauperibus distribuendos. Et ego predictus Petrus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus dictam dimidiam marcam cum wardis et releuiis eschaetis et omnibus rebus que dicto tenemento excidere poterunt sicut predictum est preter scutagium prenominatum predictis abbati et monachis et eorum successoribus contra omnes inperpetuum. Et ut omnia predicta rata permaneant inperpetuum huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta Willelmi Fraunceis de terra in Beningeham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus le Franceis de Achouta pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam vnam peciam terre mee que uocatur Osewardescroft. et jacet in campis de Beningeham inter terram Henrici le Grant et viam que uocatur Hocsneweye. cujus unum capud abuttat super terram Nicholai Frambaud uersus austrum et aliud super ueterem montem domini abbatis uersus aquilonem cum omnibus pertinentiis ad predictam peciam terre spectantibus. tenendam et habendam dictam peciam terre cum pertinentiis predictis abbati et monachis et eorum successoribus in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et ego predictus Willelmus le Fraunceis et heredes mei aut assignati warantizabimus aquietabimus et defendemus dictam terram cum pertinentiis predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus contra omnes homines et feminas inperpetuum. Preterea volo et concedo pro me et heredibus meis quod dicti abbas et conuentus et eorum successores libere percipiant duodecim denarios annui redditus quos ego percipere solebam de Waltero Godekin de quadam terra in villa de Beningeham que uocatur Alderfrith et que jacet inter terram Huberti le Greyue et terram Hugonis Bagge cum wardis releuiis eschaetis et omnibus aliis pertinentiis in puram et perpetuam elemosinam. Et ad majorem hujus rei securitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus. *et cetera.*

Carta Petri Rogerun de Rishangre de terra in Beningham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Petrus Rogerun de Rishangles pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in

liberam puram et perhennem elemosinam totam terram cum pertinentiis quam Willelmus le Fraunceis dictis ecclesie abbati et monachis dedit in liberam puram et perpetuam elemosinam in uilla de Beningham. Et similiter concessi et dedi et quietum clamaui eisdem monachis sexdecim denarios annui redditus quos michi reddere consueuit Willelmus le Fraunceis pro predicto tenemento. Concessi et confirmaui eisdem abbati et monachis et eorum successoribus pro me et heredibus meis duodecim denarios annui redditus quos michi dictus Willelmus Fraunceis reddere consueuit de quadam terra in Benigham que uocatur Alderfrith. que jacet inter terram Huberti le Greyue et terram Hugonis Bagge cum wardis releuiis eschaetis et omnibus aliis pertinentiis in puram et perpetuam elemosinam. Quare uolo et concedo pro me et heredibus meis quod predicti abbas et conuentus et eorum successores habeant et teneant totum predictum tenementum cum pertinentiis et similiter dictum redditum sexdecim denariorum et redditum. XII. denariorum antedictorum in liberam puram et perpetuam elemosinam cum omnibus que ratione dictorum tenementorum et reddituum accidere poterunt aut prouenire sine aliquo retenemento. Et ego dictus Petrus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus dictam terram et redditus antedictos cum omnibus pertinentiis dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus contra omnes ut puram et perpetuam elemosinam. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis.

Carta Galfridi de Bosco de obligatione.

SCIANT omnes quod ego Galfridus de Bosco teneor abbati et conuentui Sancti Johannis de Colecestria et eorum successoribus in duodecim solidis sterlingorum et quatuor denariis per annum pro terram quam aliquando tenui de domino Philippo de Columbariis in Suthholt. quam terram cum omnibus suis pertinentiis integre recognosco me tenere de eisdem abbate et monachis. Quos .XII. solidos et quatuor denarios annuatim ego et heredes et assignati mei soluemus et soluere tenemur eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus ad quatuor anni terminos. et unde

soluemus ad festum Sancti Michaelis .III. solidos et .I. denarium. ad festum Sancti Andree totidem. ad festum Pasche totidem et ad festum Sancti Johannis Baptiste totidem vnacum scutagio quando euenerit consueto et debito. Et uolo pro me et heredibus meis et assignatis quod quotiens contigerit nos terminis memoratis redditum antedictum aut scutagium non soluere. quod liceat eis et eorum aturnato aut balliuo libere nos per catalla in predicta terra de Suthholt inuenta destringere sine aliqua contradictione. In quorum testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta Galfridi filii Rogeri de Wyleghe.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus filius Galfridi de Wyleghe dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam totam terram quam tenui in Wyleghe cum omnibus suis pertinentiis in redditibus pratis pasturis sepibus fossatis chaciis exitibus et communis et omnibus aliis aesiamentis predicte terre pertinentibus sine aliquo retenemento. habendam et tenendam totam predictam terram cum omnibus suis pertinentiis predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus libere quiete bene et in pace inperpetuum. Et ego dictus Rogerus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus totam predictam terram cum omnibus pertinentiis sicut predictum est dictis ecclesie abbati et monachis et suis successoribus contra omnes. Et ut hec mea donatio concessio et presentis carte mee confirmatio stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta Philippi filii Philippi de Horkesleghe.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Philippus filius Philippi de Horkesleghe salutem. Sciatis me concessisse dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis

Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris vnam libram cymini quam debuit michi Oliuerus filius Elye de Colecestria de toto tenemento quod de me tenuit in Dunilanda de feodo domini Andree Blundi cum homagio ipsius Olueri et heredum suorum et warda releuio eschaeta et omnimodis rebus aliis que michi aut heredibus meis de dicto tenemento excidere poterint aut prouenire. et cum .xiii. denariis et obulo quos dictum tenementum soluere debuit ad scutagium viginti solidorum michi et antecessoribus meis et ad plus plus et ad minus minus sicut continetur in carta quam Philippus pater meus fecit Baldewyno de Stokes et in confirmatione mea quam feci predicto Oliuero. faciendo domino feodi seruitium inde. scilicet decimam octauam partem unius militis quando scutagium euenerit pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis et rebus omnimodis. Et pro hac concessione donatione et presentis carte mee confirmatione dederunt michi dicti abbas et conuentus .xl. solidos ad peraquietandum me de Judaismo et heredes meos. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta predicti Philippi de eodem.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Philippus de Horkeleghe filius Philippi salutem. Sciatis me concessisse dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris vnam libram cymini percipiendam de quodam tenemento in Dunilaunde quod Baldewinus de Stokes aliquando tenuit de Philippo patre meo in Dunilande de feodo domini Andree le Blund. vnde Oliuerus et Matildis uxor ejus tenent medietatem et Helena soror dicte Matildis tenet aliam medietatem cum homagio dicti Oliueri et Matildis et Helene et suorum heredum et successorum et warda et releuio et eschaeta et omnibus rebus aliis que michi aut heredibus meis de dicto tenemento excidere poterunt aut prouenire. et cum .xiii. denariis et obulo quos dictum tenementum soluere debuit ad scutagium .xx. solidorum michi et antecessoribus meis et ad plus plus et ad minus minus sicut continetur in carta quam Philippus

pater meus fecit Baldewino de Stokes et in confirmatione mea quam feci predicto Oliuero. faciendo domino feodi seruitium inde. scilicet decimam octauam partem unius militis quando scutagium euenerit pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis et rebus omnimodis. Et pro hac concessione donatione et presentis carte mee confirmatione dederunt michi dictus abbas et conuentus quadraginta solidos ad peraquietandum me et heredes meos de Judaismo. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta domini Andree Blundi de quieta clamatione.

SCIANT presentes et futuri quod Andreas Blundus concessi remisi et quiete-clamaui pro heredibus meis et meis assignatis inperpetuum Philippo de Horkeleghe filio Philippi de Horkeleghe et heredibus suis et suis assignatis et cuicumque et quibuscumque tenebunt terram de Dunilaunde que est de feodo meo quod ipsi sint soluti et quieti de omnibus sectis curie mee de Tendringe quas dictus Philippus fecit michi et facere consueuit de predicto tenemento de Dunilande quod de me tenet. Ita quod ego nec heredes mei nec aliquis pro me uel per meos aliquid de secta uel pro secta curie de predicto tenemento de Dunilande exigere vendicare uel habere poterimus uel debemus usque ad finem seculi. Pro hac autem concessione remissione et quieta clamatione dedit michi predictus Philippus .XL. solidos sterlingorum. In hujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta Willelmi filii Decani de Berchouta.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus filius Radulfi filii Alani decani de Berchout concessi et quietum clamaui et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam totum pratum cum pertinentiis quod habuerunt de dono patris mei in quodam prato quod uocatur Polmadwe in uilla de Berchouta. quod

quidem pratum jacet inter ripam et terram que fuit Radulfi de Walda cum omnibus suis pertinentiis libere quiete et integre bene et in pace in liberam puram et perhennem elemosinam. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus predictum pratum cum pertinentiis de omnibus seruitiis sectis contra omnes inperpetuum. Et ut hec mea concessio et presentis carte mee confirmatio stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Carta Philippi de Porta de North de Colecestria.

Sciant presentes et futuri quod ego Philippus de Porta de North dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perhennem elemosinam tres solidos annui redditus percipiendos de tenementis que Laurencius Tinctor et Johannes de Ecclesia tenuerunt de me in uilla de Lexedena cum homagiis et seruitiis dictorum Laurencii et Johannis et heredum suorum wardis releuiis eschaetis et omnimodis aliis pertinentiis et prouentibus qui michi aut heredibus meis de dictis tenementis excidere poterunt aut prouenire sine aliquo retenemento. habendum et tenendum dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus dictum redditum cum pertinentiis libere et quiete in puram et perpetuam elemosinam ut predictum est. Et ego predictus Philippus et heredes mei uel assignati warantizabimus aquietabimus et defendemus dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus dictum redditum trium solidorum cum pertinentiis contra omnes. Et est sciendum quod duo solidi quos idem abbas et conuentus per manum meam de dictis tenementis percipere solebant michi et heredibus meis de cetero allocabuntur pro solutis. In quorum omnium premissorum testimonium presenti scripto sigillum meum opposui. Hiis testibus.

Carta Juliane le Heyward de molendino de Stoke.

SCIANT presentes et futuri quod ego Juliana relicta Walteri pistoris de Colecestria in pura uiduitate mea pro me et pro heredibus meis inperpetuum remisi quietum clamaui concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam totum jus et clamium quod habui uel habere potui in toto molendino de Stockesmelne in suburbio Colecestrie cum situ ejusdem et stagno et prato eidem adjacentibus et omnibus aliis pertinentiis. salua tamen michi et heredibus meis terra arabili juxta dictum molendinum de qua soluemus annuatim predictis ecclesie et monachis .VI. denarios. scilicet ad Pascha tres denarios et ad festum Sancti Michaelis .III. denarios. Quam terram si aliquo tempore vendere uel dimittere uoluerimus ipsis abbati et monachis eam dimittemus et non alicui alteri. In cujus rei testimonium. *et cetera.* Hiis.

Carta Johannis Aluredi de .xii. denariis redditus ad posternam de North.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Aluredi de Colecestria dedi et vendidi et hac presenti carta mea confirmaui Symoni filio Normanni et heredibus suis uel assignatis .XII. denarios annui redditus quos Juliana relicta Willelmi le Messier de me aliquando tenuit. scilicet de mesuagio suo cum pertinentiis percipiendos ad duos terminos anni. scilicet ad Pascha .VI. denarios et ad festum Sancti Michaelis .VI. denarios pro omni seruitio et exactione seculari. Pro hac autem donatione venditione et carte mee confirmatione dedit michi predictas Symon .x. solidos sterlingorum in gersumam. Et ego predictus Johannes et heredes mei uel assignati warantizabimus predictos .XII. denarios predicto Simoni et heredibus suis uel assignatis uel assignatorum assignatis contra omnes gentes inperpetuum. Et ut hec mea donatio venditio. *et cetera.* Hiis testibus.

[The following forty-five documents are entered in handwriting of various periods, all later than that of the original scribe.]

Grant by William, son of Algar de Berholte of rent in Fordham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Willelmus filius Algari de Berholte dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam octo decim denarios annui redditus cum suis pertinentiis in villa de Fordham. scilicet de Magistro Ricardo de Hadlega duodecim denarios annuatim. quemquidem redditum idem Magister Ricardus michi reddere consueuit de terra vocata Pluckesland in eadem uilla. et de Gilleberto le Mot .VI. de terra que uocatur Calewecroft in eadem villa. tenendum et habendum eisdem abbati et monachis inperpetuum libere quiete integre et pacifice in liberam puram et perpetuam elemosinam. Hiis testibus. *et cetera.*

Grant by William Abbot of Colchester to Sabine, daughter of Robert de Alneto of Fordham.

SCIANT presentes et futuri quod Willelmus abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis Baptiste Colecestrie concesserunt et presenti carta cirografata confirmauerunt Sabine filie Roberti de Alneto de Fordham totam terram que uocatur Bradefeld et quoddam mesuagium cum pertinentiis in parochia de Fordham. quam quidem terram et mesuagium Godewinus Aldermannus tenuit. vt habeat et teneat de eis predictam terram cum mesuagio et omnibus pertinentiis sibi et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete bene et in pace integre et hereditarie inperpetuum. reddendo inde annuatim eisdem. .XII. denarios ad duos anni terminos. scilicet ad Pascha. .VI. denarios et ad festum Sancti Michaelis .VI. denarios pro seruitiis et exactionibus. Hiis testibus. *et cetera.*

Grant by Richard Prior of Colchester to Jordan the Carpenter of two acres of land in Pirifield.

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus prior et conuentus monachorum Colecestrie concessimus Jordano carpentario tenementum illud quod Aluredus filius Thurstani nobis dedit. scilicet duas acras terre in campo de Pirifeld cum alneto illis acris subjacente. vt habeat et teneat illud libere quiete et pacifice sibi et heredibus suis. reddendo inde nobis annuatim sex denarios pro omni seruitio. scilicet tres denarios ad festum Sancti Michaelis et tres ad Pascha. et unam libram cimini ad festum Sancti Johannis Baptiste. dimidiam scilicet pro tenemento et dimidiam pro homagio suo quod ipse nobis fecit. Hunc autem redditum terminis prenominatis recipiet hospitator noster. Hiis testibus. *et cetera.*

Grant by John Oyn of Fordham to the Monastery of a rent of one penny in Fordham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes Oyn de Fordham concessi dedi et hac carta mea confirmaui viris religiosis abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie et eorum successoribus vnum denarium annuum in villa de Fordham Magna ad opus hospitum suorum quem percipere consueui de quodam tenemento quod dicitur Lindlee in eadem villa de feodo Matilde quondam vxoris Elie in liberam et puram perpetuam elemosinam. habendum et tenendum dictum denarium annui redditus dictis abbati et conuentui et eorum successoribus inperpetuum. Et ego dictus Johannes et heredes mei warantizabimus. *et cetera.* Hiis testibus. *et cetera.*

Carta Clementis de Rumburgh de manerio in parua Berddefeld cum aduocatione ecclesie ejusdem ville.

SCIANT presentes et futuri quod ego Clemens de Rumburgh clericus dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui Sancti

Johannis de Colecestria manerium de parua Berddefeld et aduocationem ecclesie ejusdem ville cum redditibus seruitiis et omnibus pertinentiis prediċtis manerio et aduocationi qualitercumque speċtantibus. habenda et tenenda prediċta manerium et aduocationem cum redditibus seruitiis et omnibus pertinentiis suis prediċtis abbati et conuentui et successoribus suis de capitalibus dominis feodi illius per seruitia et consuetudines que ad prediċta manerium et aduocationem pertinent imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus. Domino Johanne de Roos milite. Thoma de Tenderingges. Edmundo de Nortofe. Johanne Rokele. Adam Eyrdale. Willelmo Brome. Johanne Chamberleyn de Sabrichesworth. Johanne Boteler. Johanne Vssher. Ricardo Woderous. et aliis. Data apud Paruam Berddefeld die Lune in festo Decollationis Sancti Johannis Baptiste anno regni Edwardi regis Anglie tercii a conquestu vicesimo et regni ejusdem regis Francie duodecimo.

Carta Hugonis de Feringges de terris in villes de Feringges Magna Tye Parua Tye Kellenden et Inneworthe.

SCIANT presentes et futuri quod ego Hugo de Feringges et Alianora vxor mea dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus abbati et conuentui Sanċti Johannis Colecestrie omnia terras et tenementa que habuimus et tenuimus de feodo domini Johannis Fuitzwautier et feodo prioris Sanċte Trinitatis Londoniarum in villis de Feringges Magna Teye Parua Teye Kellenedene et Inneworth. ac omnia seruitia et redditus omnium tenentium nostrorum qui de nobis tenent de feodo prediċti domini Johannis et de feodo prediċti prioris in eisdem villis. habenda et tenenda omnia prediċta terras et tenementa redditus et seruitia prediċtis abbati et conuentui et successoribus suis de capitalibus dominis feodorum per seruitia inde debita et de jure consueta imperpetuum. Et ego prediċtus Hugo et Alianora vxor mea et heredes nostri omnia prediċta terras et tenementa redditus et seruitia prediċtis abbati et conuentui et successoribus suis warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testi-

monium huic presenti carte nostre sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus Roberto de Teye. Willelmo de Teye. Rogero Chamberleyn. Ricardo Esegor. Johanne Prikke. Rogero Prikke. et aliis. Data apud Feringges die Sabbati proxima post festum Sancti Mathei apostoli anno regni regis Edwardi tertii a conquestu .xvii°.

[*The remainder of this column, about* 31 *lines, and pages* 200 *and* 201 *are blank.*]

Inquisition ad quod damnum for lands in Parvi Bemflete Neuenden et Bures.

Assumptis mecum dominis Henrico Grapinel Johanne Tracy et Johanne de Doueria coronatoribus comitatus Essexe diligentem feci inquisitionem vtrum esset ad dampnum vel nocumentum domini Regis uel aliorum si idem dominus rex concederet dilecto et fideli suo Ricardo de Tany quod dare possit dilectis sibi in Christo abbati et conuentui de Colecestria ducentas et sexaginta acras terre nouem acras prati quatuordecim acras pasture centum acras marisci et tres solidatas et sex denaratas redditus cum pertinentiis in Parua Bemfleth Neuenden et Bures. habendum et tenendum eisdem abbati et conuentui et successoribus suis inperpetuum necne: et si esset ad dampnum vel nocumentum domini regis uel aliorum. tunc ad quod dampnum uel quod nocumentum domini regis vel aliorum. qualiter et quo modo. et de cujus feodo terra illa pratum pastura mariscus et tenementa vnde redditus ille prouenit sint. et de quo inmediate teneantur et per quod seruitium. et quantum valeant per annum in omnibus exitibus per Hubertum de Bramford. Robertum Godsalin. Ricardum Trauers. Johannem de Rammesdene. Willelmum de Fonte de Hornyngdon. Willelmum le Waleys. Johannem Gobyun. Adam le Burre. Philippum de Thurstlynge. Rogerum Buckeskyn. Radulfum le Kanteys et Bartholomeum de Langedone juratos qui dicunt super sacramentum suum quod prefatus Ricardus de Taney tenet omnia tenementa in breui contenta de domino Dauit Flitewyk milite inmediate per seruitium unius rose per annum

tantummodo. et quod idem Ricardus faciet ceteris capitalibus dominis feodi illius cetera seruitia inde debita et consueta. videlicet domino Humfrido de Boun comiti Herefordie. de quo prefatus dominus Dauit tenet de eisdem tenementis in capite $.^{\text{xx}}_{\text{xi}}.$ acras terre .ix. acras prati .xiiii. acras pasture sex denaratas redditus in sokagium per seruitium sex denariorum per annum pro omni seruitio. et quod idem Dauit tenet de quodam Willelmo Giffard et Gundreda uxore ejus de eisdem tenementis .xl. acras terre et circiter centum acras marisci et tres solidatas redditus sine ullo seruitio eidem faciendo eo quod dicta tenementa quondam data fuerunt extra manerium de Bures in liberum maritagium. quod quidem manerium tenetur de domino rege in capite per serjantiam. videlicet de Schalderia domini regis. et quod totum tenementum integrum debet custodiam duorum hominum per unam noctem integram quolibet anno post Pascha ad hundredum de Berdestaple. quod est domine Regine domini regis consortis. quod vocatur Wardstaf. quod seruitium extenditur ad unum denarium per annum. et quod idem Ricardus de Taney soluit per annum domino regi ad manerium suum de Reyleghe. quod habet ex dono domini Johannis de Burgo. duos solidos domino Huberto de Burgo patri predicti domini Johannis per quendam heredem illius tenementi quondam concessos vt esset sub ejus protectione et defensione. et quod totum tenementum obligatur ad districtionem domini regis pro predictis duobus solidis: si esset ad dampnum domini regis vel aliorum ignorant. set cedet in discretione domini regis et ejus curie eo quod eisdem non videtur quod dominus rex non posset inde dampnum habere si concederet. *et cetera.* Item dicunt quod totum tenementum valeat per annum centum solidos.

Grant by David de Flitwich, knight, to Richard de Tany, Knight of the Manor of Parva Bemflete and lands in Newendon and Bures, and the marsh of Wyvelispete.

Sciant presentes et futuri quod ego Dauid de Flitwyk miles dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui domino Ricardo de Tany militi totum

manerium meum de parua Bemflete cum omnibus terris adjacentibus in Neuendone et Bures vna cum marisco de Wyuelispete cum omnibus pertinentiis suis sine ullo retenemento. quod quidem manerium recuperaui per breue domini Regis in itinere justiciariorum domini Regis in Comitatu Essexie coram Salamone de Roffa et sociis suis itinerantibus. habendum et tenendum dictum manerium cum homagiis redditibus liberorum hominum et villanorum wardis releuiis herietis feoditatibus aquis piscariis viis et semitis sepibus et fossatis liberis exitibus et introitibus ad dictum manerium pertinentibus de me et heredibus meis dicto domino Ricardi et heredibus suis et assignatis et quibuscumque dare vendere uel assignare uoluerint libere quiete bene et in pace jure et hereditarie inperpetuum. faciendo inde annuatim dominis feodi seruitium inde debitum et consuetum. et michi et heredibus meis vnam rosam ad festum Sancti Johannis Baptiste pro omnibus seruitiis consuetis dominorum auxiliis scutagiis wardis releuiis et secularibus demandis michi uel heredibus meis pertinentibus. Et ego predictus Dauid miles et heredes mei uel assignati dicto domino Ricardo de Tany militi heredibus et suis assignatis dictum manerium cum suis pertinentiis ut predictum est warantizabimus aquietabimus et defendemus contra omnes homines tam Judeos quam Christianos inperpetuum per predictum seruitium. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Roberto filio Walteri. Johanne Filiol. *et cetera.*

Grant by Richard de Tany knight son of Richard de Tany knight of the lands he had of the feoffment of David de Flitwich knight.

Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris Ricardus de Tany miles filius Ricardi de Tany salutem in domino. Sciatis quod ego pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum. et pro uno monacho michi et heredibus meis inperpetuum in eorum monasterio celebraturo. sicut in scripto inter nos de hoc confecto plenius continetur. dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui de me et heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perhennem elemosinam

omnes terras et omnia tenementa que habui de dono et feofamento domini Dauid de Flitwyk in parua Bemflete Neuendene et Bures una cum marisco de Wyuelespete in parrochia de Bures cum mesuagiis pratis pasturis homagiis villeinagiis redditibus wardis releuiis herietis eschaetis feoditatibus sectis aquis piscariis viis semitis sepibus et fossatis liberis introitibus et exitibus et omnibus aliis pertinentiis quibuscumque ac rebus omnimodis dictas terras et tenementa quocumque modo contingentibus. et quicquid juris uel clamii habui uel habere potui seu michi aut heredibus meis ratione terrarum aut tenementorum predictorum quolibet modo potuit aut in futurum excidere poterit uel prouenire sine aliquo retenemento. Quare uolo et concedo pro me et pro heredibus meis et assignatis quod predicta ecclesia abbas et monachi antedicti et eorum successores inperpetuum habeant et teneant de me et heredibus meis uel assignatis omnes terras et tenementa predicta cum mesuagiis marisco pratis pasturis homagiis villeinagiis redditibus wardis releuiis herietis eschaetis feoditatibus sectis aquis piscariis viis semitis sepibus et fossatis liberis introitibus et exitibus et omnibus aliis pertinentiis quibuscumque ac rebus dictas terras uel tenementa quoquo modo contingentibus in liberam et perpetuam elemosinam sine aliquo retenemento sicut predictum est bene et in pace libere integre quiete et honorifice. faciendo inde dominis feodi seruicia debita et consueta. et michi et heredibus meis unum monachum in eorum. monasterio sicut predictum est pro omnibus seruitiis auxiliis sectis consuetudinibus exactionibus et omnibus rebus aliis quibuscumque demandis. Et ego predictus Ricardus et heredes mei uel assignati omnes predictas terras et tenementa cum mesuagiis marisco pratis pasturis homagiis villeinagiis redditibus wardis releuiis herietis eschaetis feoditatibus sectis aquis piscariis viis semitis sepibus et fossatis liberis introitibus et exitibus cum omnibus pertinenciis suis predictis sine aliquo retenemento dictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus in liberam et perpetuam elemosinam contra omnes gentes tam Christianos quam Judeos warantizabimus aquietabimus et defendemus inperpetuum. In quorum testimonium presenti carte sigillum meum apposui Hiis testibus Dominis Radulfo filio Bernardi. Laurentio de Plumbergh. *et cetera.*

Confirmation of the same lands by David de Flitwich knight.

Uniuersis Christi fidelibus presentem cartam visuris uel audituris Dauid de Flitwyk miles salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra me pro me et heredibus meis concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et eorum successoribus omnes terras et omnia tenementa que iidem abbas et monachi habent de dono et feoffamento domini Ricardi de Thany militis in parua Bemflete Neuendene et Bures vna cum marisco de Wyuelespete in parrochia de Bures cum mesuagiis pratis pasturis homagiis villeinagiis redditibus wardis reluiis herietis eschaetis feoditatibus sectis aquis piscariis viis semitis sepibus et fossatis liberis introitibus et exitibus et omnibus aliis pertinentiis quibuscumque ac rebus omnimodis dictas terras et tenementa quocumque modo contingentibus sine aliqua diminutione et ullo retenemento. habenda et tenenda predictis abbati et monachis et eorum successoribus et ecclesie sue predicte libere quiete integre bene et in pace inperpetuum. faciendo inde capitalibus dominis feodi illius seruitia inde debita et consueta. Remisi etiam et omnino quietum clamaui de me et heredibus meis predictis abbati et monachis et eorum successoribus et ecclesie sue supradicte inperpetuum totum jus et clamium quod unquam habui uel habere potui in omnibus terris et tenementis predictis uel quod michi aut heredibus meis ratione terrarum aut tenementorum predictorum aliquo tempore accidere poterit. necnon ratione statuti domini regis Edwardi sup hoc editi continentis ne alique terre seu tenementa ad possessiones aut manus religiosorum uirorum perueniant seu manum mortuam absque uoluntate et assensu domini regis et capitalium dominorum de quibus tenent et possessiones ac res ille immediate tenentur. Ita uidelicet quod nec ego predictus Dauid aut heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis terris et tenementis aliquid juris uel clamii de cetero exigere uel uendicare poterimus. Pro hac autem concessione presentis carte mee confirmatione et remissione et quieta clamatione iidem abbas et monachi receperunt me in singulis

beneficiis et orationibus que de cetero fient in ecclesia sua predicta inperpetuum. In quorum testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Radulfo filio Barnardi. Laurentio de Plumbergh, etcetera.

Grant by William Giffard knight and Gundreda his wife of the lands which they had of the feoffment of Richard de Tany knight in Parva Bemflete. Bures and the marsh of Wyvelispete.

Uniuersis Christi fidelibus presentem cartam visuris uel audituris Willelmus Giffard miles de comitatu Essexie et Gundreda uxor ejus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos pro nobis et heredibus nostris concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et eorum successoribus omnes terras et tenementa que iidem abbas et monachi habent de dono et feoffamento domini Ricardi de Thany militis in parua Bemflete et Bures vna cum marisco de Wyuelespete in parochia de Bures cum mesuagiis pratis pasturis homagiis villeinagiis redditibus wardis releuiis herietis eschaetis feoditatibus sectis aquis piscariis viis semitis sepibus et fossatis liberis introitibus et exitibus et omnibus aliis pertinentiis quibuscumque ac rebus omnibus dictas terras et tenementa quocumque modo contingentibus sine aliqua diminutione et ullo retenemento. habenda et tenenda predictis abbati et monachis et eorum successoribus et ecclesie sue predicte libere quiete integre bene et in pace inperpetuum. faciendo capitalibus dominis feodi illius seruitia inde debita et consueta. Remisimus etiam et omnino quietum clamauimus de nobis et heredibus nostris predictis abbati et monachis et eorum successoribus et ecclesie sue supradicte inperpetuum totum jus et clamium quod vncquam habuimus uel habere potuimus in omnibus terris et tenementis predictis vel quod nobis aut heredibus nostris ratione terrarum aut tenementorum predictorum aliquo tempore accidere poterit. necnon ratione statuti domini regis Edwardi super hoc editi continentis quod non liceat viris religiosis seu aliis ingredi feodum alicujus ita quod ad mortuam manum deueniat sine

licentia domini regis et capitalis domini de quo res illa inmediate tenetur. Ita videlicet quod nec nos nec predicti Willelmus et Gundreda aut heredes nostri nec aliquis nomine nostro in predictis terris et tenementis aliquid juris uel clamii de cetero exigere uel uendicare poterimus. Pro hac autem concessione presentis carte nostre confirmatione remissione et quieta clamancia iidem abbas et monachi receperunt nos in singulis beneficiis et orationibus que de cetero fient in ecclesia sua predicta inperpetuum. In quorum testimonium presenti carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus Dominis Radulfo filio Bernardi. Laurentio de Plumbergh, *et cetera.*

Confirmation by Humphrey de Boun Earl of Hereford and Essex of the grant by Richard de Tany.

NOTUM sit omnibus tam presentibus quam futuris quod nos Hunfridus de Boun comes Herefordie et Essexie concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus pro nobis et heredibus nostris Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et conuentui ejusdem loci et suis successoribus inperpetuum omnes terras et tenementa cum pertinentiis que tenent de feodo nostro in parua Bemflete et Nuendene. quas terras et que tenementa habent de dono et feoffamento domini Ricardi de Thany. habenda et tenenda predictis abbati et conuentui et successoribus suis de nobis et heredibus nostris libere quiete bene et in pace inperpetuum. reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris sex denarios. videlicet ad Pascha. et ad scutagium cum euenerit tantum quantum pertinet ad quartam partem vnius feodi militis. Et post decessum uel cessionem cujuslibet abbatis viginti quinque solidos pro releuio nostro pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus sectis curiarum auxiliis tallagiis omnimodis et demandis secularibus inperpetuum tam ad primogenitum filium militis quam ad filiam maritandos. Ita videlicet quod nec nos nec heredes nostri nec nostri assignati aliquod aliud seruitium pro predictis terris et tenementis de predictis abbate et conuentu uel suis successoribus de cetero exigere vel vendicare poterimus. In cujus rei testimonium hiis

scriptis cirograffatis sigillum nostrum et sigillum predictorum abbatis et conuentus alternatim sunt apposita. Hiis testibus. Radulfo filio Bernardi. Laurentio de Plumbergh. *et cetera.*

Licence of mortmain to Richard de Tany and the Abbot of Colchester.

Edwardus Dei gratia rex Anglie dominus Hybernie et dux Aquitannie omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Licet de communi consilio regni nostri prouiderimus quod non liceat uiris religiosis seu aliis ingredi feodum alicujus ita quod ad mortuam manum deueniat sine licentia nostra et capitalis domini de quo res illa inmediate tenetur. volentes tamen dilecto et fideli nostro Ricardo de Thany gratiam facere specialem dedimus ei licentiam quantum in nobis est quod ipse dare possit et assignare dilectis nobis in Christo abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie ducentas et sexaginta acras terre nouem acras prati quatuordecim acras pasture centum acras marisci et tres solidatas et sex denaratas redditus cum pertinentiis in parua Bemflet Neuendene et Bures. tenendas et habendas sibi et successoribus suis inperpetuum. et eisdem abbati et conuentui quod predictam terram pratum pasturam et mariscum ac redditum ab eodem Ricardo sic recipere possint tenore presentium similiter licentiam concedimus specialem. Nolentes quod idem Ricardus seu predicti abbas et conuentus ratione statuti per nos et consilium nostrum inde editi per nos uel heredes nostros sup hoc occasionentur in aliquo uel grauentur. Saluis tamen capitalibus dominis feodi illius seruitiis inde debitis et consuetis. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium tricesimo die Aprilis anno regni nostri quartodecimo.

Grant by Roger Bacun of Witham to John Page clerk of land in Witham.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus Bacun de Wytham concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Johanni Page clerico de Wytham pro homagio et seruitio suo et pro octo marcis sterlingorum quas michi premanibus dedit vnam cruftam terre mee cum omnibus pertinentiis suis

in parochia de Wytham que uocatur Frebernescroft. in latitudine inter terram meam et terram Templariorum et Thome filii Ricardi. vnde unum capud abuttat se ad campum Templariorum quod vocatur Fleminggesland. et aliud super cheminum quo itur de Wytham uersus Branketre sicut sepibus metis et fossatis includitur. habendam et tenendam de me et de heredibus meis sibi et heredibus suis uel suis assignatis vel cuicumque uel quandocumque dictam terram cum omnibus suis pertinentiis dare vendere uel aliquo modo assignare uoluerit. exceptis uiris religiosis et Judeis. libere quiete bene et in pace hereditarie et inperpetuum. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis duodecim denarios ad duos anni terminos. videlicet ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Pascha sex denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus herietis sectis wardis et omnibus seruitiis et demandis secularibus. Et ego dictus Rogerus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et in omnibus plenarie defendemus totam prenominatam terram cum omnibus pertinentiis suis sine ullo retenemento sicut plenius predictum est predicto Johanni et heredibus suis uel suis assignatis inperpetuum. Et ut hec mea concessio donatio et hujus carte confirmatio perpetuum firmitatis robur optineat huic scripto presenti sigillum meum opposui. Hiis testibus. Johanne de Coggeshale. *et cetera.*

Grant by John Page clerk to Henry Vicar of Brightlingsea of land in Witham.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Page clericus de Wytham concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Henrico capellano vicario de Brytlingesheye pro seruitio suo et pro vna pecia terre que uocatur Longe Wytemere. totam illam cruftam terre cum omnibus pertinentiis suis que uocatur Frebernescroft sicut sepibus metis et fossatis includitur in latitudine inter terram Rogeri Bacun ex vna parte et terram Templariorum et terram Thome filii Ricardi ex altera. habendam et tenendam sibi et heredibus suis et suis assignatis uel cuicumque uel quandocumque dictam terram cum omnibus pertinentiis suis dare vendere legare vel aliquo modo assignare uoluerit libere quiete bene in pace integre et inperpetuum. red-

dendo inde annuatim dominis feodi duodecim denarios ad duos anni terminos. videlicet ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Pascha sex denarios. et michi et heredibus meis vnum denarium ad Pascha pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis curiarum et omnimodis demandis. Et ego dictus Johannes et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus totam predictam cruftam cum omnibus pertinentiis suis sicut predictum est predicto Henrico et heredibus suis et suis assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus Johanne de Coggeshale. *et cetera.*

Grant by Roger Bacun of Witham to Henry chaplain of Bluntestone of land in Witham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Rogerus Bacun de Wytham concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Henrico capellano de Bluntestone pro seruitio suo et pro decem marcis sterlingorum quas michi pre manibus dedit in Geresumam sex acras terre mee cum pertinentiis in parochia de Wytham in campo qui uocatur Wynefeld inter terram meam et cruftam Agnetis Payn. unde vnum capud se abuttat super cheminum quo iter de Wytham versus domum rectoris ecclesie de Rewehale et aliud super campum Templariorum qui uocatur Wynefeld sicut sepibus metis et fossatis includitur. habendas et tenendas de me et de heredibus meis sibi et heredibus suis uel suis assignatis vel cuicumque uel quandocumque dictam terram cum omnibus pertinentiis suis dare vendere legare uel aliquo modo assignare uoluerit. exceptis religiosis et Judeis. libere quiete bene in pace integre hereditarie et inperpetuum. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ipse et heredes sui sex denarios ad duos anni terminos. videlicet ad festum Sancti Michaelis tres denarios et ad Pascha tres denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis curiarum auxiliis et omnimodis demandis. Et ego prenominatus Rogerus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et in omnibus plenarie defendemus totam predictam terram cum omnibus pertinentiis predicto Henrico et heredibus

suis uel suis assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus Rogero de Saldeford. *et cetera.*

Grant by Henry de Bluntestone chaplain to the Church of Colchester of land in Witham.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Henricus de Bluntestone capellanus perpetuus vicarius ecclesie de Brythlingesheye salutem. Nouerit vniuersitas uestra me pro salute anime mee et animarum predecessorum et successorum meorum concessisse dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et viris religiosis abbati et conuentui in eadem Deo seruientibus et eorum successoribus in perpetuam elemosinam totam illam cruftam terre cum omnibus pertinentiis suis que vocatur Frebernescroft sicut sepibus metis et fossatis includitur inter terram Rogeri Bacun ex vna parte et terram Templariorum et terram Thome filii Ricardi ex altera. Concessi etiam dedi et eadem carta mea confirmaui eidem ecclesie eisdemque viris religiosis et eorum successoribus similiter in perpetuam elemosinam sex acras terre mee cum pertinentiis in parochia de Wytham in campo qui uocatur Wynefeld inter terram Rogeri Bacun et cruftam Agnetis Payn. vnde vnum capud abuttat super cheminum quo itur de Wytham versus domum rectoris ecclesie de Rewehale et aliud super campum Templariorum qui uocatur Wynefeld sicut sepibus metis et fossatis includitur. habendas et tenendas dictam cruftam terre et dictas sex acras terre cum omnibus suis pertinentiis dicte ecclesie dictisque viris religiosis et eorum successoribus in liberam et perpetuam elemosinam. reddendo inde annuatim dominis feodorum octodecim denarios. medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. et Johanni Page de Wytham et heredibus suis vnum denarium annuum ad Pascha pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis curiarum et secularibus demandis secundum quod in cartis originalibus inde confectis quas eis cum seysina liberaui plenius continetur. In quorum testi-

monium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus Eadmundo de Purle. Johanne de Munuirun *et cetera.*

Grant by Roger son of Gilbert Bacun of Wytham to William son of Roger of Wytham clerk, of lands in Wytham in exchange for lands in Thornham.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus filius Gileberti Bacun de Wytham dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Willelmo filio Rogeri de Wytham clerico pro homagio et seruitio suo nouem acras terre mee cum pertinentiis suis in Wytham jacentes in campo qui uocatur Ouere Wymfeud inter terram meam ex una parte et terram quam Henricus capellanus de me tenet. et extendit se in longitudine a terra domus Templi que uocatur Nethere Wymfeud usque ad terram que uocatur Layaker et regiam stratam ducentem de la Tye uersus Kirsinge. habendas et tenendas predictas nouem acras terre cum omnibus pertinentiis suis de me et heredibus suis dicto Willelmo et heredibus suis uel suis assignatis uel cuicumque uel quandocumque dare uendere legare uel quocumque modo alienare uoluerint libere quiete bene in pace in feodo et inperpetuum. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ipse et heredes sui uel sui assignati nouem denarios ad quatuor anni terminos. videlicet ad Pascha duos denarios et quadrantem. ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste duos denarios et quadrantem. ad festum Sancti Michaelis duos denarios et quadrantem et ad Natale domini duos denarios et quadrantem pro omnibus seruitiis consuetudinibus auxiliis scottagiis sectis curiarum et omnimodis secularibus demandis que de aliquo tenemento exigi possunt uel poterunt. Et ego dictus Rogerus et heredes mei uel mei assignati totas prefatas nouem acras terre cum pertinentiis suis prenominato Willelmo et heredibus suis uel suis assignatis warantizabimus aquietabimus et plenarie defendemus per predictum liberum seruitium sicut predictum est contra omnes homines et feminas inperpetuum. Pro hac autem donatione concessione et hujus carte confirmatione dedit michi dictus Willelmus tresdecim acras terre in Thornham quas ei dedi in excambio pro predictis nouem acris. Et ut

hec supradicta robur optineant firmitatis hanc cartam sigilli mei impressione roboraui. Hiis testibus. Johanne Page. Radulfo de Topefeud. *et cetera.*

Release by William de Wytham clerk to the abbot of Colchester of nine acres in Wytham.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Wytham clericus concessi remisi et omnino quietum clamaui de me et heredibus meis et assignatis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie abbati et conuentui ibidem Deo seruientibus et seruituris totum jus et clamium quod habui uel aliquo modo habere potui in nouem acris terre cum pertinentiis suis in Wytham jacentibus in campo qui uocatur Wynefeld. quas quidem habui de dono et concessione Rogeri Bacun de Wytham. habendas et tenendas totas predictas nouem acras terre cum pertinentiis suis in liberam et perpetuam elemosinam. ita videlicet quod nec ego dictus Willelmus nec heredes mei nec aliquis nomine meo in dictis nouem acris terre cum pertinentiis suis aliquid juris uel clamii de cetero exigere petere uel uendicare poterimus in perpetuum. In cujus rei testimonium hanc quietam clamanciam sigilli mei impressione roboraui. Hiis testibus Galfrido de Hemehale. *et cetera.*

Grant by Roger son of Gilbert Bacun of Wytham to the Abbot of Colchester of lands in Wytham.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Rogerus Bacun filius Gilberti de Wytham concessi et hac presenti carta mea confirmaui pro me et heredibus meis abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie et eorum successoribus in liberam et perpetuam elemosinam nouem acras terre cum pertinentiis in Wytham jacentes in quodam campo qui uocatur Ouere-Wynesfeld quas aliquando Willelmus clericus de Wytham habuit de dono meo. et septem acras terre cum pertinentiis quas Johannes Page habuit de dono meo in eadem uilla in campo qui uocatur Frebernescroft. et sex acras terre cum pertinentiis quas idem abbas et conuentus habent de

dono Henrici de Blunteston capellani in eadem uilla jacentes in campo de Ouere Wynesfeld predicto. habendas et tenendas predictas terras cum pertinentiis predictis abbati et conuentui et eorum successoribus libere et quiete bene et in pace inperpetuum. reddendo inde annuatim michi et heredibus meis viginti et septem denarios ad duos anni terminos. videlicet medietatem ad festum Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Pascha pro omnibus seruitiis consuetudinibus herietis sectis omnimodis homagiis feoditatibus eschaetis auxiliis omnimodis et secularibus demandis. Et ego predictus Rogerus et heredes mei warantizabimus aquietabimus et defendemus omnes predictas terras cum pertinentiis predictis abbati et conuentui et eorum successoribus per predictum seruitium viginti et septem denariorum contra omnes homines et feminas inperpetuum. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum est appositum. Hiis testibus domino Rogero de Ferynges milite. *et cetera.*

Release by John Page to Roger Bacun of lands in Witham.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Johannes Page de Wyham salutem in domino. Noueritis me remississe et quietum clamasse Rogero Bacun de Wyham viginti acras terre arabilis in parochia de Wyham de quibus idem Rogerus dominum Henricum de Bluntesdon domini regis Anglie elemosinarium et me per cartam suam feoffauit. quas fateor tenuisse nomine vadii pro viginti marcis sterlingorum eidem Rogero mutuatis. quam cartam feoffamenti eidem reddidi. Ita quod nec ego predictus Johannes nec heredes mei in predictis viginti acris terre cum suis pertinentiis aliquid juris uel clamii de cetero exigere poterimus uel uendicare. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Data apud Wyham die Sancti Luce euangeliste anno regni regis Edwardi vicesimo quinto.

Grant by Roger son of Gilbert Bacun of Witham to the Church of Colchester of a house and lands in Witham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Rogerus Bacun de Wyham filius Gilberti Bacun dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui pro me et heredibus meis abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie et eorum successoribus in liberam puram et perpetuam elemosinam totum mesuagium meum cum gardinis curtilagiis alnetis pasturis aquis piscariis dicto mesuagio circumjacentibus usque ad ripam uersus occidentem cum sepibus et fossatis ac omnibus aliis suis pertinentiis. Dedi etiam et confirmaui eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus viginti et duas acras terre arabilis cum suis pertinentiis integre sicut metis bundis sepibus et fossatis includuntur. quarum due acre jacent juxta predictum mesuagium in quadam crufta inclusa que uocatur Pesecroft in parochia de Wyham. et septem acre jacent in quodam campo uocato Wynefeld. et octo acre jacent ex opposito porte mee in campo uocato la Dune. et quinque acre jacent in quodam campo uocato Fisacre in predicta parochia de Wyham siue in eisdem croftis plus habeatur siue minus absque ullo retenemento. Preterea concessi et dedi eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus viginti et unam denariatas annui redditus percipiendi de Willelmo Bryen. scilicet octo denarios pro una acra terre in Wynefeld. et duodecim denariatas redditus pro duodecim acras terre in Ouerese Wyneslond. et unum denariatam redditus pro warantia uiginti acrarum terre in Thornham cum homagiis wardis releuiis escaetis sectis et omnibus aliis suis pertinentiis libere de omnibus demandis. habendum et tenendum totum predictum mesuagium cum gardinis curtilagiis alnetis pasturis aquis piscariis terris redditibus homagiis wardis releuiis escaetis sectis et omnibus aliis suis pertinentiis predictis abbati et conuentui et eorum successoribus inperpetuum in liberam puram et perpetuam elemosinam sicut predictum est. Que omnia et singula superius nominata habui et tenui de predictis abbate et conuentu de feodo monasterii sui per certa seruitia eisdem annuatim facienda. Et ego predictus Rogerus et heredes mei

totum mesuagium supradictum cum gardinis terris redditibus et omnibus aliis particulis superius nominatis predictis abbati et conuentui et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabimus aquietabimus et defendemus. In cujus rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Johanne Fylyol. Ranulpho de Arderne militibus. *et cetera.*

Release by the said Roger Bacon.

NOTUM sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Rogerus Bacun de Wyham filius Gilberti Bacun concessi remisi et omnino quietum clamaui pro me et heredibus meis et assignatis quibuscumque abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie et eorum successoribus inperpetuum totum jus meum et clamium quod habui seu quoquo modo habere potui in uno mesuagio cum gardinis curtilagiis alnetis pasturis aquis piscariis terris tenementis redditibus homagiis wardis releuiis eschaetis sectis et omnibus aliis suis pertinentiis absque ullo retenemento que aliquando habui et tenui de eisdem abbate et conuentu de feodo eorundem in parochia de Wyham per certa seruitia eisdem annuatim inde facienda. Ita quod nec ego predictus Rogerus nec heredes mei aut aliquis alius per nos uel nomine nostro in predicto mesuagio cum terris redditibus et omnibus aliis particulis supranominatis cum suis pertinentiis que sunt de feodo eorundem aliquid juris uel clamii de cetero exigere poterimus aut uendicare. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Johanne Filyol. Ranulpho de Arderne militibus. *et cetera.*

Order by Roger Bacon to his tenants to attorn to the Abbot of Colchester.

ROGERUS BACUN DE WYHAM filius Gilberti Bacun Willelmo atte forde de Wyham. Ricardo de Blunteshale. Willelmo Bryan et tenentibus tenementum quondam Walteri Burdeth tenentibus suis. in Wyham salutem. Sciatis me dedisse concessisse et omnino quietum clamasse pro me et

heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totum seruitium et annuum redditum que michi aliquo tempore facere consueuistis cum homagiis et omnibus aliis suis pertinentiis absque ullo retenemento. Et ideo vobis omnibus et singulis mando quatinus predictis abbati et monachis et eorum balliuis siue attornatis de predictis seruitiis redditibus et omnibus aliis sitis attendentes et respondentes. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Data apud Purle die Sancti Marce euangeliste anno regni regis Edwardi vicesimo sexto.

Grant by Roger Bacun to the Abbot of Colchester of rents and services in Witham.

SCIANT presentes et futuri quod ego Rogerus Bacun de Wyham filius Gilberti Bacun dedi concessi carta mea presenti confirmaui et omnino quietumclamaui pro me et heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perpetuam elemosinam quatuor solidatas et nouem denariatas annui redditus quas habui et tenui de feodo eornndem in parochia de Wyham per certa seruitia eisdem annuatim facienda. percipiendas de tenentibus et tenementis subscriptis. videlicet de Willelmo atteforde de Wyham pro tenemento quod uocatur le Lealond duodecim denarios. et pro tenemento quod uocatur Haluehyde duos solidos. De Ricardo de Blunteshale pro tenemento quod uocatur Schortecrofte duodecim denarios. et pro tenemento quod uocatur Leacre unum denarium. De Willelmo Bryan pro tenemento quod uocatur Godrischislond in parochia de Wyham septem denarios. et de Waltero Burdeth pro medietate unius acre terre in Wyham unum denarium per annum ad terminos usuales. habendum et tenendum predictis abbati et monachis et eorum successoribus totum predictum annuum redditum quatuor solidorum et nouem denariorum cum homagiis wardis releuiis herietis. eschaetis. sectis cum omnibus aliis suis pertinentiis et quicquid de predictis tenentibus et eorum tenementis michi aut heredibus meis aliquo modo accidere poterit uel

prouenire absque ullo retenemento libere quiete bene in pace et inperpetuum. Et ego predictus Rogerus Bacun et heredes mei totum predictum redditum quatuor solidorum et nouem denariorum cum homagiis wardis releuiis herietis eschaetis sectis et omnibus aliis suis pertinentiis supra nominatis predictis abbati et monachis et eorum successoribus warantizabimus aquietabimus et defendemus contra omnes gentes inperpetuum. In cujus rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus. Ranulpho de Arderne. Willelmo Gernoun militibus. *et cetera.*

Grant by John de Ry to the Church of Colchester of land in Leyre del Hay.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes de Ry de Leyre del Haye filius et heres Ade de Ry dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam et perhennem elemosinam omnes terras et tenementa quas habui in villa de Leyre del Haye. videlicet unum mesuagium centum et sexaginta acras terre sex acras prati et octo solidatas annui redditus cum omnibus suis pertinentiis absque ullo retenemento siue ibidem plus habeatur siue minus. habendas et tenendas de capitalibus dominis feodi predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus et assignatis omnes predictas terras et tenementa cum mesuagiis pratis pascuis pasturis brueris communis boscis sepibus fossatis uiis semitis aquis piscariis redditibus homagiis wardis reluiis eschaetis sectis et omnibus seruitiis et auxiliis quibuscumque ac rebus omnimodis dictas terras et tenementa quoquo modo contingentibus. et quicquid juris uel clamii habui uel habere potui seu michi aut heredibus meis ratione terrarum aut tenementorum predictorum quolibet modo potuit aut in futurum excidere poterit aut prouenire libere quiete et honorifice inperpetuum. faciendo capitalibus dominis feodi seruitia inde debita et consueta pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo michi homagio et seruitio Alexandri de la Leyre. Et ego predictus Johannes de Ry et heredes mei omnes predictas terras et tenementa cum mesuagiis pratis pascuis pasturis brueris communis boscis sepibus fossatis viis semitis aquis

piscariis redditibus homagiis wardis reluiis eschaetis sectis et omnibus auxiliis et seruitiis quibuscumque predictis ecclesie abbati et monachis et eorum successoribus et assignatis contra omnes gentes warantizabimus. aquietabimus et inperpetuum defendemus. In quorum testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus Willelmo Soudan. Ricardo Faleyse. et aliis.

Licence of mortmain from John de Ry and the Abbot of Colchester for land in Leyre del Hey.

Edwardus Dei gratia Rex Anglie dominus Hybernie et Dux Aquitannie omnibus ad quos littere presentes peruenerint salutem. Licet de communi consilio regni nostri prouiderimus quod non liceat uiris religiosis seu aliis ingredi feodum alicujus ita quod ad manum mortuam deueniat sine licentia nostra et capitalis domini de quo res illa immediate tenetur. Volentes tamen dilecto nobis Johanni de Ry gratiam facere specialem dedimus ei licentiam quantum in nobis est quod ipse unum mesuagium octies viginti acras terre sex acras prati et octo solidatas redditus cum pertinentiis in Leyre de la Haye dare possit et assignare dilectis nobis in Christo abbati et conuentui de Colecestria. habenda et tenenda eisdem abbati et conuentui et successoribus suis inperpetuum. Et eisdem abbati et conuentui quod predicta mesuagium terram pratum et redditum a predicto Johanne recipere possint tenore presentium. similiter licentiam concedimus specialem. Nolentes quod predictus Johannes uel heredes sui seu predicti abbas et conuentus aut successores sui ratione statuti predicti per nos uel heredes nostros inde occasionentur in aliquo uel grauentur. Saluis tamen capitalibus dominis feodi illius seruitiis inde debitis et consuetis. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Asscherugge vicesimo octauo die Decembris anno regni nostri xix°.

Licence of mortmain from the Prior and Convent of St. Botolph's Colchester to the Abbot and Convent of St. John's Colchester of the lands granted by John de Ry.

Uniuersis ad quorum notitiam littere presentes peruenerint Ricardus prior Sancti Botulphi Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem in Domino sempiternam. Nouerit uniuersitas uestra nos de communi consensu capituli nostri concessisse et dedisse licentiam viris religiosis abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie ut ipsi adquirere et libere recipere possint de dono et feoffamento Johannis de Ry de Leyre del Haye omnes terras et tenementa quas et que idem Johannes de nobis tenet in predicta villa dė Leyre. habenda et tenenda eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus inperpetuum. faciendo nobis et successoribus nostris seruitia inde debita et consueta. Ita quod nec nos nec successores nostri ratione statuti domini regis Edwardi super hoc editi continentis ne alique terre seu tenementa aut possessiones ad manus religiosorum virorum perueniant seu manum mortuam absque voluntate et assensu domini regis et capitalium dominorum de quibus tenementa et possessiones ac res ille inmediate tenentur: in eisdem tenementis aliquid juris uel clamii preter seruitia inde debita exigere poterimus uel uendicare. In cujus rei testimonium tam sigillum domus nostre commune quam sigillum predictorum abbatis et conuentus hiis scriptis cirograffatis alternatim sunt apposita.

Agreement between the Abbot of Colchester and the Prior of St. Botolph's respecting the lands of John de Ry.

Uniuersis ad quorum notitiam littere presentes perueniant Robertus permissione diuina abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem eternam in Domino. Nouerit uniuersitas vestra quod cum nos nuper terras et tenementa que fuerunt Johannis de Ry in villa de Leyre del Haye de feodo prioris et conuentus Sancti Botulphi Colecestrie adquisiuerimus: nolentes eosdem priorem et conuentum aut suos successores et

eorum monasterium seruitiis sibi de dicto tenemento debitis et consuetis aliqualiter defraudari : confitemur et recognoscimus per presentes pro nobis et successoribus nostris et nostro monasterio nos tenere predictas terras et tenementa de predictis priore et conuentu veris dominis illius feodi et eorum monasterio. et nos et successores nostros et nostrum monasterium quamdiu dictas terras et tenementa tenuerimus teneri et obligari ad facienda eisdem et suis successoribus fideliter omnia seruitia inde debita et consueta terminis statutis. videlicet quatuor solidos annui redditus annuatim eisdem soluendos inperpetuum ad duos anni terminos. scilicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. et faciendo sectam ad Curiam eorundem in prioratu eorundem Colecestrie a tribus septimanis in tres septimanas. et ad scutagium quando euenerit tantum quantum debetur pro dimidio feodo militis soluendum. et ad permutationem cujus libet abbatis nostri monasterii releuium de hujus modi tenemento de jure et consuetudine debitum eisdem faciendum infra mensem a tempore creationis abbatis nostri antedicti. Ad que fideliter facienda obligamus omnia tenementa predicta eorundem et successorum suorum districtioni. Ita videlicet quod si contingat nos uel successores nostros in aliquo premissorum deficere siue cessare. quod liceat eisdem et successoribus suis in omnibus predictis terris et tenementis ad quorumcumque manus deuenerint et in quacumque parte et quandocumque uoluerint per omnia bona et catalla in eisdem inuenta distringere et districtiones retinere quousque de arreragiis si que fuerint et omnibus premissis sibi fuerit plenarie satisfactum. cauillatione contradictione aliquibus inpetratis aut inpetrandis contra premissa a quacumque curia quibus omnibus renuntiamus in hac parte non obstantibus. In quorum omnium testimonium uni parti presentis scripti cirograffati penes predictum priorem et conuentum remanenti sigillum nostrum commune est appensum. Data et acta in capitulo nostro die Jouis proxima post festum Sancti Jacobi apostoli anno domini M°CC° nonogesimo et anno regni regis Edwardi XVIII°.

Bond by the Prior of S. Botolph's to pay rent for lands in Leyre del Hay.

NOUERINT vniuersi quod nos R. prior et conuentus Sancti Botulphi Colecestrie tenemur viris religiosis abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie in tresdecim denariis annui redditus pro quibusdam terris in Leyre de la Haye que quondam fuerunt Johannis de Ry et antecessorum suorum soluendos eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus predictos .XIII. denarios ad duos anni terminos per equales portiones. Et si in solutione dicti redditus terminis statutis et consuetis in parte uel in toto defecerimus quod liceat predictis abbati et conuentui tenementa de quibus predictus redditus debetur per balliuos distringere et districtiones retinere quousque eisdem de dicto redditu plenarie fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium sigillum domus nostre commune presenti scripto apposuimus. Data in capitulo nostro Colecestrie .III°. Nonas Augusti anno domini M°CC° nonogesimo et regni regis Edwardi .XVIII°.

Grant by Seuare de Leyre del Hay to the Church of Colchester of land in Leyre del Hay.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes dictus Seuare de Leyre del Haye concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris in liberam puram et perpetuam elemosinam quandam peciam terre mee cum suis pertinentiis sine ullo retenemento mei uel heredum meorum seu assignatorum meorum. Que pecia terre jacet sub gardino dictorum abbatis et conuentus quod habuerunt ex dono et ffeoffamento Johannis de Ry sicut bundis hincinde diuiditur. habendam et tenendam predictam peciam terre cum suis pertinentiis predictis abbati et monachis et eorum successoribus libere quiete pure bene et in pace inperpetuum. Et ego predictus Johannes et heredes mei seu mei assignati predictam peciam terre cum suis omnibus pertinentiis sine ullo retenemento mei uel heredum meorum seu assignatorum meorum sicut predictum est

predictis abbati et monachis et eorum successoribus warantizabimus acquietabimus et defendemus contra omnes gentes inperpetuum. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus Willelmo le Soudan. Philippo de Mulsam. *et cetera.*

Release by the Rector of Great Wigbarrowe to the Church of Colchester of a way in Leyre del Hay.

NOTUM sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Benedictus rector ecclesie de Magna Wykeberwe concessi remisi et omnino quietum clamaui pro me et successoribus meis religiosis viris domino abbati et conuentui Sancti Johannis de Colecestria et eorum successoribus totum jus et clamium quod habui uel quoquo modo habere potui in quadam via super terram eorundem in Leyra del Haye juxta portam curie eorundem quam habent ex dono et ffeoffamento Johannis de Ry filii et heredis quondam Ade de Ry. ita quod nec ego dictus Benedictus nec aliquis successorum meorum in predicta via eundi equitandi fugandi aut cariandi aliquid juris de cetero exigere poterimus aut vendicare. Pro hac autem concessione remissione et quieta clamatione predicti abbas et conuentus concesserunt michi et successoribus meis in excambium unam uiam competentem eundi equitandi fugandi et cariandi quandocumque et quotienscumque voluerimus a strata jacente inter Pesecroft et Hallesfeld usque croftam que uocatur Dunstalle. et de eadem crofta usque in Moriyenesfeld juxta nouum fossatum et sepem ex parte occidentis ejusdem campi et sic ad uenellam que ducit ad brueram de Kyngesford sine aliqua contradictione uel impedimento dictorum religiosorum aut balliuorum suorum. In cujus rei testimonium sigillum meum et sigillum predictorum religiosorum huic presenti scripto in modum cirograffi confecto alternatim sunt apposita. Hiis testibus Willelmo le Soudan. Roberto de Mareny. *et cetera.*

Release by Philip de Molesham of Wigbarrowe to the Church of Colchester of a way in Leyre del Hay.

NOTUM sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Philippus de Molesham de Wykeberwe concessi remisi et omnino quietum clamaui pro me et heredibus meis religiosis uiris domino abbati et conuentui Sancti Johannis de Colecestria et eorum successoribus totum jus et clamium quod habui uel quoquo modo habere potui in quadam via super terram eorundem in Leyra de la Haye juxta portam curie eorundem quam habent ex dono et feoffamento Johannis de Ry filii et heredis quondam Ade de Ry. ita quod nec ego predictus Philippus nec aliquis per me aut nomine meo in predicta uia eundi equitandi fugandi aut cariandi aliquid juris de cetero exigere poterimus aut vendicare. Pro hac autem concessione remissione et quieta clamatione predicti abbas et conuentus concesserunt michi et heredibus meis in excambium unam uiam competentem eundi equitandi fugandi et cariandi quandocumque et quotienscumque uoluerimus a strata jacente inter Pesecroft et Hallefeld usque croftam que uocatur Dunstalle et de eadem crofta usque in Moriyenesfeld juxta nouum fossatum et sepem ex parte occidentis ejusdem campi et sic ad uenellam que ducit ad brueram de Kyngesford sine aliqua contradictione uel impedimento dictorum religiosorum aut balliuorum suorum. In cujus rei testimonium sigillum meum et sigillum predictorum religiosorum huic presenti scripto in modum cirograffi confecto alternatim sunt apposita. Hiis testibus Willelmo le Soudan. Roberto de Mareny. Willelmo de Semanton. *et cetera.*

Licence of mortmain for Roger Bacun and the Abbot of Colchester for lands at Witham.

EDWARDUS Dei gratia rex Anglie dominus Hibernie et dux Aquitannie Omnibus ad quos presentes littere peruenerint salutem. Licet de communi consilio regni nostri statuerimus quod non liceat viris religiosis seu aliis ingredi feodum alicujus ita quod ad mortuam manum deueniat sine

licentia nostra et capitalis domini de quo res illa inmediate tenetur. per finem tamen quam dilectus nobis in Christo abbas Sancti Johannis Baptiste Colecestrie pro se et conuentu ejusdem loci fecit nobiscum coram venerabili patre Waltero Coventrensi et Lichfeldensi episcopo Thesaurario nostro. concessimus et licentiam dedimus quantum in nobis est Rogero Bacon quod ipse unum mesuagium et viginti acras terre cum pertinentiis in Wytham. Henrico de Blontesdone quod ipse quinginta acras terre cum in pertinentiis eadem villa. et Jordano filio Oliueri de Colecestria quod ipse triginta acras terre et quinque acras bosci et septem solidatas redditus cum pertinentiis in Estdonylaunde dare possint et assignare prefatis abbati et conuentui. tenenda et habenda sibi et successoribus suis inperpetuum. Et eisdem abbati et conuentui quod ipsi mesuagium illud terram boscum et redditum cum pertinentiis a predicto Rogero Henrico et Jordano recipere possint. tenenda et habenda sibi et successoribus suis predictis sicut predictum est. tenore presentium similiter licentiam dedimus specialem Nolentes quod idem Rogerus Henricus et Jordanus uel heredes sui aut predicti abbas et conuentus seu successores sui ratione statuti per nos uel heredes nostros inde occasionentur in aliquo seu grauentur. Saluis capitalibus dominis feodi illius seruitiis inde debitis et consuetis. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud villa Sancti Johannis de Perth. vicesimo die Junii anno regni nostri tricesimo primo.

Inquisition ad quod damnum for Clement de Rumburgh to grant the Manor of Parva Berdefeld to the Church of Colchester.

Inquisitio capta apud Halstede in comitatu Essexie coram escaetore domini regis in eodem comitatu tricesimo die Julii anno regni regis Edwardi tertii a conquestu Anglie vicesimo quinto. regni vero sui Francie duodecimo. virtute cujusdam brevis huic inquisitioni consuti. per sacramentum Ricardi de Brompton. Roberti Buk'. Rogeri Bolebek. Ade Cok. Johannis Uggechale. Henrici atte Hoo senioris. Rogeri Seberun. Ricardi Wynterflod. Ricardi Chasteneye. Henrici Neuard. Johannis Buk' et Ricardi

Cook. Qui dicunt super sacramentum suum quod non est ad dampnum nec prejudicium domini regis nec aliorum licet dominus rex concedat Magistro Clementi de Rumburgh clerico quod ipse manerium de parua Berdefeld cum pertinentiis et aduocationem ecclesie ejusdem ville dare possit et assignare abbati et conuentui Sancti Johannis de Colcestria. habenda et tenenda sibi et successoribus suis inperpetuum. et eisdem abbati et conuentui quod ipsi ecclesiam illam appropriare et eam appropriatam in proprios usus tenere possint sibi et successoribus suis inperpetuum. Item dicunt quod predicta manerium et aduocatio tenentur de domino rege in capite ut de honore Bononie. cum quodam tenemento vocato Shortgroue quod prior Sancti Bartholomei Londonie tenet. per seruitium duorum feodorum militum et per sectam ad Curiam honoris Bononie de mense in mensem. Et dicunt quod predictum manerium valet per annum in omnibus exitibus suis .xx. marcas. Et dicta ecclesia valet per annum in omnibus exitibus suis .viij. libras. Et dicunt quod non sunt medii inter dominum regem et prefatum Clementem de manerio et aduocatione predictis. Item dicunt quod nulla terre seu tenementa remanent predicto Clementi ultra donationem et assignationem predictas in comitatu predicto. set quod idem Clemens habet alia diuersa terras et tenementa alibi in Comitatu Huntyngdonie. set de quo uel de quibus teneantur et de vero valore eorundem ignorant. Et dicunt quod illa terra et tenementa sic remanentia ultra donationem et assignationem predictas sufficiunt ad consuetudines et seruitia tam de predictis manerio et aduocatione sic datis. quam de aliis terris et tenementis sibi retentis debita facienda, et ad omnia alia onera que sustinuit uel sustinere consueuit in omnibus articulis et circumstanciis sicut breue huic inquisitioni consutum requirit. Et quod heredes ipsius Clementis in assisis juratis et aliis recognitionibus quibuscumque poni possint prout antecessores sui ante donationem et assignationem predictas poni consueuerunt. ita quod patria per donationem et assignationem predictas in heredum ipsius Clementis defectum magis solito non onerabitur seu grauabitur. In cujus rei testimonium presenti inquisitioni predicti juratores sigilla sua apposuerunt Data die loco et anno supradictis.

Grant by Clement de Rumburgh clerk to the Church of Colchester of the Manor of Parva Berdfeld.

SCIANT presentes et futuri quod ego Clemens de Rumburgh Clericus dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui abbati et conuentui Sancti Johannis de Colecestria manerium de parua Berddefeld et aduocationem ecclesie ejusdem ville cum redditibus seruitiis et omnibus pertinentiis predictis manerio et aduocationi qualitercumque spectantibus. habenda et tenenda predicta manerium et aduocationem cum redditibus seruitiis et omnibus pertinentiis suis predictis abbati et conuentui et successoribus suis de capitalibus dominis feodi illius per seruitia et consuetudines que ad predicta manerium et aduocationem pertinent imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus domino Johanne de Roos milite. Thoma de. Tenderynges Edmundo de Nortoft. Johanne Rokele. Adam Dirdale. Willelmo Brome. Johanne Chamberleyne de Sabrichesworthe. Johanne Boteler. Johanne Ussher. Ricardo Woderoue et aliis. Data apud Paruam Berddfeld die Lune in festo Decollationis Sancti Johannis Baptiste anno regni Edwardi regis Anglie tertii a conquestu vicesimo quinto et regni ejusdem regis Francie duodecimo.

Agreement between the Prior of S. Botulph and the Abbot of S. John's Colchester respecting a pension out of the Church of S. Peter Colchester and other matters.

HEC Indentura facta inter dominum Simonem Dei gratia abbatem monasterii Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentum ex parte una. et dominum Johannem ejusdem Dei gratia priorem ecclesie Sancti Botulphi dicte ville Colecestrie et ejusdem conuentum ex altera. testatur quod cum lites et discordie inter partes predictas variis ac pluribus de causis nuper suborte fuissent. tandem cooperante pacis auctore pax perpetua inter eos de premissis modo subscripto reformata est. videlicet quod predicti prior et conuentus volunt et concedunt per presentes pro se et successoribus suis

quod dicti abbas et conuentus et successores sui habeant et percipiant unam annuam pensionem quinque solidorum ab eisdem priore et conuentu qui pro tempore fuerint pro ecclesia Sancti Petri Colecestrie quamdiu dicta ecclesia fuerit in manibus dictorum prioris et conuentus aut successorum suorum. Quam quidem annuam pensionem prefati prior et conuentus fatentur dictis abbati et conuentui ex causis sufficientibus de dicta ecclesia fuisse et esse a sua prima fundatione debitam et consuetam. et in cujus possessione pacifica predicti abbas et conuentus existunt in presenti et fuerunt a tempore quo non extat memoria. Volunt etiam et concedunt predicti prior et conuentus pro se et successoribus suis quod prefati abbas et conuentus percipient ab eisdem priore et conuentu tres solidos annui redditus quos Matheus Glasewryghte de Colecestria aliquando dedit per cartam suam domino Johanni de Lauenham capellano. Alexandro Roteler et Petro Wawayn. et quos prefati dominus Johannes Alexander et Petrus postea dederunt dictis abbati et conuentui. percipiendos de una pecia terre continente circa tres acras terre jacentes inter terram dictorum abbatis et conuentus pertinentem ad sacristariam eorum ex parte una in latitudine uersus occidentem et terram dictorum prioris et conuentus in Swetynggesfeld ex altera parte in latitudine uersus orientem. vnde unum caput abuttat super terram dictorum prioris et conuentos vocatam Elmsshot versus boriam. et aliud caput super uiam extendentem versus quoddam stagnum vocatam le Boorne versus austrum : quam quidem peciam terre predicti prior et conuentus nuper tenuerunt de predicto Matheo per seruitium dictorum trium solidorum et vnum denarratum annui redditus debitum dictis abbati et conuentui de quadam bruera que pertinet ad quoddam tenementum eorundem prioris et conuentus vocatum Schawes secundum vim formam et effectum cujusdam indenture edite inter predictos abbatem et conuentum et Ricardum Noreys de Colecestria in ea parte. Prefati etiam prior et conuentus volunt et concedunt per presentes pro se et successoribus suis quod predicti abbas et conuentus et successores sui habeant integram viam seu stratam aput Leyre de la Haye vnacum tota vestura et proficuo dicte uie seu strate que extendit de quadam placea dictorum abbatis et conuentus vocata le

Ry uersus Hawysesbregge. ubi terre dictorum abbatis et conuentus abuttant super dictam viam seu stratam ex aliqua parte dicte vie seu strate. salua semper dictis priori et conuentui et aliis via fugandi solummodo animalia sua per dictam viam atque cariandi cum eis uideretur oportunum. saluis etiam semper dictis priori et conuentui et eorum successoribus via seu strata cum omnibus et singulis proficius suis ubi terre eorundem prioris et conuentus jacent ex utraque parte ejusdem uie seu strate. Volunt etiam et concedunt predicti prior et conuentus pro se et successoribus suis quod liceat dictis abbati et conuentui et eorum atturnatis seu famulis fugare boues suos et equos carucarios et carectarios vltra solum dictorum prioris et conuentus Sancti Botulphi ad caput campi ipsorum apud Leyre usque Sondislond quamdiu dictum tenementum vocatum le Ry pertineat ad monasterium dictorum abbatis et conuentus. Predicti etiam prior et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis quod dicti abbas et conuentus et successores sui habeant et pacifice percipiant majores decimas et minores pro rata portione sua de omnibus. videlicet que decimari debent de manerio vocato Blindeknygthes in predicta uilla de Leyre eisdem abbati et conuentui debitas et consuetas ab antiquo. et de omnibus aliis locis in eadem villa de Leyre sicut vsi sunt et fuerunt a tempore quo non extat memoria. Et quia tertia pars cujusdam molendini aquatici juxta Colecestriam vocati Middelmelle pertinet ad prefatos priorem et conuentum volunt et concedunt iidem prior et conuentus pro se et successoribus suis quantum in eis est quod prefati abbas et conuentus habeant et percipiant omnes et omnimodas decimas prouenientes de dicta tertia parte quando dicta tertia pars est in manibus alienis seu firmariorum. Et si dicta tertia pars molendini predicti fuerit in manibus dictorum prioris et conuentus uel successorum suorum prefati abbas et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis quod nichil percipient de decima concernente tertiam partem molendini ante dicti. Volunt etiam et concedunt predicti prior et conuentus pro se et successoribus suis quod prefati abbas et conuentus et successores sui habeant et percipiant omnes et omnimodas decimas prouenientes de quodam prato in parochia Sancti Petri Colecestrie vocato Balkherne quod

est de fundatione dicti monasterii Sancti Johannis. et modo est in manibus Willelmi Prentys ad firmam. vtrum dictum pratum fuerit in manibus dictorum abbatis et conuentus siue dimissum fuerit ad firmam. Et prefati abbas et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis quod predicti prior et conuentus et successores sui habeant et pacifice percipiant absque impedimento dictorum abbatis et conuentus omnes et omnimodas decimas prouenientes de manerio suo vocato le Ry tam majores quam minores. siue dictum manerium fuerit in manibus dictorum abbatis et conuentus siue dimissum fuerit ad firmam. Volunt etiam et concedunt predicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis quod dicti prior et conuentus percipient omnes et omnimodas decimas prouenientes de quadam parcella terre vocato Oldegatyslond alias dicta Seyntmarilond quando dimissa fuerit ad firmam propter possessionem quam habebant. et si dicta terra fuerit in manibus dictorum abbatis et conuentus prior et conuentus antedicti nichil percipient de decimis predicte parcelle terre. sed abbas et conuentus antedicti retinebunt decimas in manibus suis. eo quod dicta parcella terre est de fundatione dicti monasterii Sancti Johannis. Volunt etiam et concedunt predicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis quod quilibet abbas dicti monasterii qui pro tempore fuerit post creationem suam faciet homagium cuilibet priori dicti prioratus qui pro tempore fuerit pro dicto manerio suo vocato le Ry in dicta villa de Leyre de la Haye et soluet releuium quantum pertinet pro dimidio feodo militis. videlicit quinquaginta solidos pro manerio eodem. ac etiam dictus abbas qui pro tempore fuerit faciet communem sectam ad curias dictorum prioris et conuentus et successorum suorum infra dictum prioratum tenturas de tribus septimanis in tres septimanas pro manerio de le Ry antedicto. Predicti etiam abbas et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis quod prefati prior et conuentus et successores sui licite possint cariare totum fenum suum seu relucrum cujusdam prati quondam Matilde le Bau de Colecestria per medium prati dictorum abbatis et conuentus vocati Schonkesacre usque ad pratum quondam Ricardi Noreys vocatum Chalspyghtel juxta Est pontem sicut continetur in indenturis inter dictos abbatem et conuentum et Ricardum Noreys in ea parte confectis. Volunt

etiam et concedunt predicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis quod predicti prior et conuentus et successores sui habeant viam suam ad boscum de Esthoo cum libero ingressu et egressu tantum ad extra cariandum et abducendum meremium et boscum sua in dicto loco de Esthoo crescentia. saluis predictis abbati et conuentui et eorum successoribus herbagio et pastura in dicto bosco crescentibus. Predicti etiam abbas et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis quod predicti prior et conuentus et successores sui percipient omnes et omnimodas decimas prouenientes de parte tenementi Bromys existentis infra fines et limites parochie Sancti Botulphi. Predicti prior et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis quod dicti abbas et conuentus et successores sui habeant et percipiant omnes et omnimodas decimas prouenientes de alia parte tenementi Bromes infra fines et limites parochie Sancti Egidii Colecestrie existentis. Volunt etiam et concedunt predicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis quod dicti prior et conuentus et sui successores habeant totum patronatum ecclesie Sancti Petri Colecestrie. relaxantes omnino totum jus et clamium quod habuerunt in patronatu dicte ecclesie. salua semper eisdem abbati et conuentui dicta annua pensione quinque solidorum pro dicta ecclesia Sancti Petri per manus prioris et conuentus Sancti Botulphi qui pro tempore fuerint soluendorum. In cujus rei testimonium hiis scriptis indentatis partes predicte sigilla sua communia alternatim apposuerunt. Data Colecestrie die Lune in festo Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo quarto et anno regni regis Edwardi tercii a conquestu tricesimo octauo.

Licence by the Abbot of St. John's Colchester to the Prior of St. Botolph's to acquire lands in Grenestede.

Hec indentura testatur quod Johannes permissione diuina abbas monasterii Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus concesserunt et licentiam dederunt fratri Johanni priori Sancti Botulphi Colecestrie et ejusdem loci conuentui quod ipsi licite adquirere possint sibi et suc-

cessoribus suis inperpetuum de Josep Elianore de Colecestria. Roberto le Clerk de Colecestria et domino Willelmo Edmond de Leyre Haye capellano omnes terras et tenementa cum suis pertinentiis vocata Leuegoryslond de feodo eorundem abbatis et conuentus in Grenestede. simul cum quadam placea terre que quondam fuit de communa eorundem religiosorum Sancti Johannis apud Grenestede juxta Crokylforthe. et quam dudum Ricardus Noreys inclusit. quas et que predicti Josep Robertus et Willelmus nuper adquisiuerunt de Ricardo Noreys de Colecestria. non obstante statuto contra religiosos edito de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis. Quare volunt et concedunt predicti abbas et conuentus Sancti Johannis pro se et successoribus suis per presentes quod predicti prior et conuentus Sancti Botulphi et eorum successores habeant et teneant omnes terras et omnia tenementa predicta cum pertinentiis de predictis abbate et conuentu et successoribus eorum in perennem elemosinam. reddendo inde annuatim eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus quatuor solidos et octo denarios ad terminos Pasche et Sancti Michaelis per equales porciones. et pro predicta placea unum denarium semper ad festum Sancti Michaelis. juxta conuentiones inter predictos religiosos Sancti Johannis et dictum Ricardum Noreys factas secundum quod in quibusdam indenturis plenius continetur. pro omnibus seruitiis et demandis quibuscumque. In cujus rei testimonium huic scripto indentato prior et conuentus Sancti Botulphi sigillum eorum commune apposuere. alteri uero parti hujus scripti predicti abbas et conuentus Sancti Johannis sigillum eorum commune apposuerunt. Hiis testibus Matheo filio Roberti. Johanne ffynch baliuis Colecestrie. Johanne de Ratlysdene. Warino Atewelle. Radulpho Ode. Johanne Caperon. Thoma Bysonche. burgensibus Colecestrie. Johanne Martel. Johanne Moueron. Johanne de Bromleye. Walero de Badele. Johanne de Leyre et aliis. Data Colecestrie in capitulo dictorum abbatis et conuentus Sancti Johannis die Martis proximo post festum conuersionis Sancti Pauli anno regni regis Edwardi tertii a conquestu duodecimo incipiente.

Licence by the Abbot of S. John's to the Prior of S. Botolph's to acquire lands in Adburtone.

Hec indentura testatur quod Galfridus permissione diuina abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus concesserunt et licentiam dederunt fratri Willelmo priori Sancti Botulphi Colecestrie et ejusdem loci conuentui quod ipsi licite adquirere possint sibi et successoribus suis imperpetuum de Thoma Whot et Johanne Heruy de Peldon duodecim acras prati quaterviginti et octo acras terre cum pertinentiis in Aburtone. uiginti et octo acras terre cum pertinentiis in Leyre del Hay de feodo eorundem abbatis et conuentus. non obstante statuto contra religiosos edito de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis. Quare volunt et concedunt predicti abbas et conuentus Sancti Johannis pro se et successoribus suis per presentes quod predicti prior et conuentus Sancti Botulphi et eorum successores habeant et teneant omnes et omnimodas terras et pratum predictum cum suis pertinentiis de predictis abbate et conuentu et eorum successoribus. reddendo inde annuatim eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus pro predictis duodecim acris prati quater viginti et octo acris terre in Adburtone predicta octo solidos. et pro predictis viginti et octo acris terre in Leyre del Hay predicta octo solidos ad terminos Pasche et Sancti Michaelis per equales porciones. et etiam faciendo eisdem abbati et conuentui et eorum successoribus omnia alia seruitia si que fuerint inde de jure debita et consueta. In cujus rei testimonium presentibus indenturis in capitulo predictorum prioris et conuentus sigillum eorum commune apposuerunt. Hiis testibus Johanne Skarlee cancellario Anglie. Johanne Dorewarde. Roberto Teye. Roberto Kneuet. Thomas Godeston et aliis. Data primo die Nouembris anno regni regis Henrici quarti post conquestum primo.

Agreement between the Abbot of S. John's Colchester and the Bailiffs and Commonalty of the Town of Colchester respecting free-warren and other liberties in Duniland and Grenestede.

MEMORANDUM quod anno regni regis Henrici filii regis Johannis tricesimo nono die dominica proxima post festum Sancti Edmundi regis et martyris apud Colecestriam ita conuenit inter abbatem et conuentum Sancti Johannis Colecestrie ex parte una et Radulphum filium presbiteri et Simonem Eskermisur tunc baliuos Colecestrie. Robertum le Gros. Oliuerum filium Elie. Ricardum de Langenho. Ricardum la Barre. Johannem filium Elye. Robertum filium presbiteri. Thomam le Frarur. Saerum Honeng. Saerum Bacyn. Walterum Manser et alios burgenses Colecestrie ex altera parte. Quod predicti Radulphus et alii nominati pro se et communa Colecestrie presente et consentiente pro suis heredibus concesserunt predictis abbati et conuentui et suis successoribus quod habeant liberam warennam in omnibus terris suis in Westdonilanda ex sinistra parte vie que ducit a scalario juxta domum que fuit Hamonis de Campo versus Kotselwode. Concesserunt etiam pro se et successoribus suis imperpetuum quod predicti abbas et conuentus et eorum successores et homines sui de cetero sint quieti de tolneto et omnibus aliis consuetudinibus. ita tamen quod si homines sui mercandiam excerceant sicut frequenter emere ab isto et uendere isti in Colecestria. pro mercandia illa faciant quod justum fuerit. Concesserunt etiam pro se et heredibus suis dicti burgenses abbati et conuentui et eorum successoribus quod libere possint leuare furcas et tumberellos et leuatos habere in terris suis de Westdonilanda et de Grenestede in locis quibus prius habuerunt. Et quod iidem abbas et conuentus et eorum successores libere habeant parcum suum in Grenestede et quantum voluerint claudere ad parcum uersus viam que ducit la Bych. Et pro hiis concessionibus antedictis concesserunt predicti abbas et conuentus burgensibus quod licite possint venare leporem vulpem et catum in warenna Westdonilande ex dextra parte vie que ducit a predicta domo Hamonis de Campo uersus Kotselwode et in Grenestede. saluo abbati et

conuentui et eorum successoribus parco suo in Grenestede. Hoc adjecto quod si canes burgensium venantium leporem in sequendo ab alienis terris warennam abbatis intrauerint et leporem sic fugatum ceperunt. dum tamen cum omni diligencia et debito modo canes suos retrahabeant et rechaciant non occasionentur. Concessum est etiam hinc inde quod si homines uel canes alterius partis fugandi dampnum fecerint in blado aut aliquod aliud dampnum per visum quatuor hominum ex utraque parte eligendorum illud dampnum emendetur parti que illud dampnum sustinuerit. Quod si pars que dampnum fecerit in forma predicta emendare noluerit. ex tunc non currat in terra de Grenestede et Westdonilande quousque competentur emendam fecerit Abbati et suis: simili modo nec abbas in terris burgensium. In cujus rei testimonium abbas et conuentus et burgenses predicti pro se et heredibus suis et communa huic scripto cirografato hinc inde signa sua apposuerunt. Hiis testibus. *et cetera.*

Agreement between the Abbot of S. John's Colchester and the Bailiffs Burgesses and Commonalty of the Town of Colchester respecting taxes and suit of the Law Hundred Court of Colchester.

Cum discordie contentiones et demande mote et exorte fuissent inter abbatem et conuentem Sancti Johannis Colecestrie ex parte una et baliuos burgenses et communitatem burgi Colecestrie ex altera super quibusdam articulis et demandis de quibus dicti baliui burgenses et communitas predictos abbatem et conuentum calumpniauerunt. uexarunt per districtiones et alia grauamina. videlicet quod predicti abbas et conuentus deberent talliari pro terris tenementis redditibus et catallis suis infra precinctum libertatis burgi predicti existentibus cum ipsis burgensibus ad omnia negotia et onera dictos burgenses et communitatem dicti burgi ex quacumque causa aliqualiter tangentium. et etiam quod abbas predictus ter ueniret per annum ad curiam dictorum burgensium vel per se vel atornatum suum pro quinque acris terre quas tenet in Holfeld que quondam fuerunt Stephani Tutprond: sic omnibus amicis interuenientibus pax est confirmata inter predictas partes. videlicet quod predicti abbas et con-

uentus pro se et successoribus suis concedunt se teneri ad soluendum predictis burgensibus et communitati et eorum successoribus imperpetuum tresdecim solidos et quatuor denarios argenti per annum semper infra Octabas Pasche pro singulis talagiis auxiliis et demandis villam predictam contingentibus. exceptis taxationibus domino regi heredibus vel successoribus suis per communitatem regni concessis vel imposterum concedendis. de quibus quidem taxationibus fiat de cetero sicut ante datam istius compositionis fieri consueuit. Et quod abbas predicti loci qui pro tempore fuerit vel per se vel per atornatum suum ter veniet per annum sectam faciendo ad tria lawe hundreda dictorum burgensium. videlicet ad lawe hundreda. tenta in Colecestria die Lune proxima post festum Sancti Michaelis, die Lune proxima post festum Sancti Hillarii et die Lune proxima post Hokeday pro terra predicta. et predicti balliui burgenses et communitas burgi predicti pro se et successoribus suis volunt et concedunt per presentes quod predicti abbas et conuentus et eorum successores pro singulis terris et tenementis redditibus et possessionibus suis quibuscumque die confectionis presentium in seisina dictorum abbatis et conuentus existentibus. ac de catallis habitis seu imposterum habendis infra burgum predictum seu infra precinctum libertatis ejusdem burgi. de omnibus et singulis tallagiis prestationibus assessionibus auxiliis et demandis dictum burgum burgenses et communitatem dicti burgi aut eorum successores tangentibus quieti sint et absoluti imperpetuum. taxationibus domino regi heredibus aut successoribus suis per communitatem regni ut predictum est concessis dumtaxat exceptis. Et preterea predicti balliui burgenses et communitas antedicta concedunt per presentes pro se et successoribus suis quod de cetero dictos abbatem et conuentum aut eorum successores non taliabunt nec assidebunt nec aliquid ab eisdem exigent aut leuabunt ratione alicujus tallagii auxilii prestationis vel assessionis per baliuos et communitatem burgi predicti seu alios quoscumque concessorum exactorum vel imposterum vel in futuris concedendorum vel imponendorum pro terris tenementis et catallis predictis ex quacumque causa ut predictum est. taxationibus domino regi per communitatem regni concessis ut predictum est semper exceptis. nec de eisdem abbate et conuentu

aut eorum successoribus aliquam sectam seu aduentum ad curiam seu hundredum burgi predicti pro terris et tenementis in seisina dictorum abbatis et conuentus die confectionis presentium existentibus. preter aduentum ad tria lawe húndreda vt superius expressum est. exigent vel vendicare poterunt infuturis. Et predicti abbas et conuentus volunt et concedunt pro se et successoribus suis imperpetuum quod bene liceat predictis burgensibus et eorum successoribus vel per se vel per baliuos suos predictos abbatem et conuentum et eorum successores per omnia bona et catalla sua tam viua quam mortua vbicumque infra libertatem Colecestrie inuenta distringere et districtiones retinere si predictus abbas uel successores sui in solutione predictorum tresdecim solidorum et quatuor denariorum termino statuto defecerint vel ad aliquod Lawehundredrum predictum defaltam fecerint. quod absit. quousque dictis burgensibus et eorum successoribus pro non solutione et defalta predictis plenarie fuerit satisfactum. Et ad omnia et singula in istis compositionibus contenta fideliter tenenda et obseruanda imperpetuum partes predicte pro se et successoribus suis alternatim se obligant per presentes. In cujus rei testimonium parti hujus indenture penes predictos abbatem et conuentum remanenti predicti balliui burgenses et communitas sigillum communitatis ville predicte apposuerunt: alteri vero parti ejusdem indenture penes predictos balliuos burgenses et communitatem remanenti predicti abbas et conuentus sigillum suum commune apposuerunt. Hiis testibus et cetera. Data Colecestrie die Lune in festo Sancti Thome apostoli anno regni regis Edwardi tertii a conquestu duodecimo.

Agreement between the Abbot of S. John's Colchester and the Bailiffs and Commonalty of the Town of Chester respecting common in Grenestede Munke downe and Seint John's fylde.

Ceste endenture faite entre le abbe e couent de Seynt Johan de Colecestre de une part e les baillifs e la communaute de la ville de Colecestre dautre part qe les ditz baillifs e communaute grantent pour eaux lurs heirs et lur successours qe les ditz abbe e couent e lurs succesours eyount e tiegnent a

touz jours vn pree appelle Coumad en Grenestede juxta la Newehethe de Colecestre en seueralte touz les seisouns del an. sauntz ceo qe les baillifs ou la communaute de la dite ville lurs heirs on lurs successours illoqes puissent ou deyuent pestre ou communer. Et qils ne deyuent fower ne communer en un certyn lieu qest appelle Grenestedestrate. cest asauoir de Taseleresbrok taunque a Counterfordebregge. Estre ceo ils grantent qe les ditz abbe e couent e lurs successours tiegnent en seueralte le chaump qest appelle Monkedoune e Holmere Halle touz les seisouns del an come auaunt est dist. Et ensement les ditz ballifs e communaute grantent pour eux lurs heirs e lurs successours qe ils ne puissent ne deyuent fower couper ne pestre en un place appelle Seynt Jonesfeld. salue as ditz baillifs e communaute lurs heirs e lurs successours picage e stallage e autres aesements duraunt la ffeyre. e ceo par liueree le gardeyn de la dite ffeyre selonc ceo qils ount eu e vsee. e si bestes de nul de la communaute viegnent en cest lieu par eschap encountre lur gree e lur voluntee ne soient pour cause de ceo empechetz nendamagetz. En tesmoignance de quele chose a cestes endentures les ditz abbe e couent e les ballifs e communaute auaunditz ount mis lurs communs seals. Donetz a Colecestre le secund jour de August lan du regne le Roy Edward tierz puis le conquest dys e septisme.

Agreement between the Abbot and Convent of S. John's Colchester and the Prior Brotheren and Sisters of the Hospital of S. Mary Magdalene of Colchester.

Inter religiosos uiros abbatem et conuentum Sancti Johannis Colecestrie ex parte una et priorem et fratres et sorores hospitalis beate Marie Magdalene Colecestrie ex altera conuenit die dominica proxima post festum Sancti Barnabe apostoli anno regni regis Edwardi tertii a conquestu primo. videlicet quod predicti prior fratres et sorores hospitalis predicti concesserunt pro se et successoribus suis quod predicti abbas et conuentus et eorum successores licite possint fodere unum fossatum super pasturam ipsorum prioris fratrum et sororum hospitalis predicti que vocatur le

Moor de latitudine sex pedum et profunditate quinque pedum et inde facere crestam versus ipsos abbatem et conuentum juxta pratum eorundem religiosorum vocatum Tanyesmedwe de longitudine a cornero gardini eorundem prioris fratrum et sororum prediɫi hospitalis usque Spitel manewassche. ita quod cresta fiat uersus pratum prediɫorum abbatis et conuentus ubi prius fuit uersus pasturam prediɫam. Preterea diɫi prior fratres et sorores hospitalis prediɫi concesserunt pro se et successoribus suis imperpetuum quod prediɫi abbas et conuentus habeant unum cheminum de prato ipsorum abbatis et conuentus vocato le Tanyesmedwe vltra pratum ipsorum prioris fratrum et sororum prediɫi hospitalis adjacens pratum prediɫum usque ad pratum elemosinarie ejusdem abbatie et ab illo loco per medium cujusdam pecie gardini del Moor ipsorum prioris fratrum et sororum hospitalis prediɫi usque venellam vocatam Magdeleyn lane ad cariandum fenum prati prediɫorum abbatis et conuentus vocati Taneysmedwe singulis annis cum seisona postulauerit et necesse fuerit tam de prima quam de secunda vestura imperpetuum. et etiam ad fugandum animalia sua per idem cheminum suum ad pratum prediɫum post asportationem secunde vesture prati prediɫorum prioris fratrum et sororum prediɫi hospitalis. videlicet a quindena Sanɫi Michaelis usque festum Purificationis beate Marie Virginis quotienscumque sibi viderint expedire. eundo et redeundo per idem cheminum cum animalibus suis prediɫis, et etiam ad omnia animalia casualiter in prato prediɫo inuenta dampnum facientia fugandi ad imparcandum in omni tempore anni quandocumque talia animalia dampna facientia inueniri contigerit in prato prediɫo. Prediɫique abbas et conuentus et eorum successores portam aperientem uersus venellam vocatam Magdeleyn lane ubi introitus chemini prediɫi incipere debet sumptibus suis propriis facient construere et conseruare tam in maeremio quam omnibus aliis ad diɫam portam indigentibus imperpetuum. Portam vero aperientem uersus prata prediɫa diɫi prior fratres et sorores hospitalis prediɫi et sui successores sumptibus suis propriis facient construere et conseruare tam in maeremio quam omnibus aliis ad diɫam portam indigentibus imperpetuum. Diɫique abbas et conuentus unam hayam sumptibus suis propriis facient plantare

et fundare de longitudine a prima porta usque ad aliam. ita quod ibidem fiat venella et sit inter predictas portas. sic videlicet quod predicti prior fratres et sorores hospitalis predicti dampnum in placea predicta vocata le Moor non patiantur. Predictique prior fratres et sorores hospitalis predicti concedunt pro se et successoribus suis quod cum predicti abbas et conuentus predictam hayam construxerint plantauerint uel edificauerint. quod ipsi prior fratres et sorores hospitalis predicti et sui successores teneantur ad sustentandum et reparandum sumptibus eorundem hayam predictam imperpetuum. capiendo ramos de arboribus in predicta haya crescentibus ad sustentationem haie predicte. Et pro hac concessione predicti abbas et conuentus pro se et successoribus suis concesserunt remiserunt et relaxarunt predictis priori fratribus et sororibus hospitalis predicti et suis successoribus sexdecim denarios redditus de viginti et octo denariis redditus quos ipsi prior fratres et sorores hospitalis predicti reddere debent per annum predictis abbati et conuentui de quadam acra terre vocata le Kecheneaker juxta Goldenatehelle juxta terram quondam H. Pakeman. volentes et concedentes per presentes quod predicti prior fratres et sorores hospitalis predicti et eorum successores teneant predictam acram terre de ipsis abbate et conuentu et eorum successoribus per seruitium denariorum duodecim per annum pro omnibus demandis vbi prius reddere solebant pro predicta acra terre viginti et octo denarios vt predictum est *et cetera.* Data Colecestrie die et anno supradictis.

Agreement between the Prior of S. Botolph's Colchester and the Abbot of S. John's Colchester respecting a right of way.

NOTUM sit omnibus presens scriptum cyrographatum visuris uel audituris quod Johannes prior et conuentus Sancti Botulfi Colecestrie concesserunt pro se et successoribus suis domino Willelmo Dei gratia abbati Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentui et eorum successoribus fossatum factum ad corneram campi dictorum canonicorum juxta cheminum regale de la Burne ad longitudinem sex particarum simul cum pede apposita stagno dictorum canonicorum juxta viuarium dictorum abbatis et con-

uentus. qui quidem pes est super terram dictorum canonicorum ad latitudinem sex pedum uersus viuarium dictorum abbatis et monachorum. Liceat insuper dictis abbati et conuentui fossatum et pedem predictum libere et pacifice reparare quotiens sibi viderint expedire. salua dictis priori et canonicis et eorum successoribus libera potestate frangendi stagnum suum simul cum appediamento quando et quotiens eisdem placuerit dictis tamen abbate et monachis per triduum super hoc premunitis. In cujus rei testimonium presens scriptum cyrographatum sigillis dictarum partium hincinde coroboratum est. Acta in crastino Sancti Egidii abbatis anno domini M°CC°L° nono.

[*The next column is blank. Pages* 227 *to* 242 *were left blank in the book to provide space for copying accruing documents; pages* 227 *to* 236, *both inclusive, have been cut out. Page* 237 *is blank, and is numbered on the dorse* 242, *which page is also a blank. At p.* 243 *of the MS. the handwriting of the original scribe recommences.*]

Cirographum de ecclesia de Leddrede.

GILEBERTUS abbas Colecestrie domino Stephano archidiacono et domino Alwino decano et omnibus clericis et laicis de Surreia salutem. Sciatis quod ego concedo cum consilio nostrorum fratrum Osberno presbitero ut teneat ecclesiam de Leddrede cum omnibus ad eam pertinentibus preter ecclesiam de Estede. reddendo nobis per annum quinquaginta solidos. medium ad Pascha. medium ad festum Sancti Michaelis. Nam ecclesiam de Estede retinemus in nostra manu quam diu nobis placuerit. Cetera concedimus Osberno tenere. hoc pacto scilicet quamdiu fideliter et salue seruauerit ecclesiam et res ejus. ac statutis terminis reddiderit et reuocare studuerit membra que aliena sunt. atque neminem susceperit in participatione ecclesie nostre aliquo modo preter nostrum consilium. unde nobis proueniat aliqua impeditio uel dampnum. Si uero in aliquo horum aliter fecerit. rem nostram statim resumemus et solutam et quietam habebimus. Valete.

De licentia construendi capellam apud Crucem Roais.

UNIUERSIS Sancte matris ecclesie filiis Walterus Dei gratia abbas Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos pietatis intuitu et quorundam fratrum apud Crucem Rohais degentium petitione concessisse ut et capella ibidem construatur et cimiterium dedicetur. saluo in omnibus jure matris ecclesie de Berqueie ad cujus parrochiam locus ille dinoscitur pertinere. Fratres uero antedicti dabunt singulis annis persone de Berquie in festo Sancte Marie Magdalene unam libram thuris de recognitione. Et quicumque ibi prior inperpetuum constituetur de indempnitate matris ecclesie in capitulo monachorum Colecestrie cautionem prestabit.

Cirographum in curia domini Regis de Estdonilande.

HEC est finalis concordia facta in curia domini Regis apud Westmonasterium ad Scaccarium Pasche die Mercurii in festo Sancti Marci Ewangeliste anno primo regni regis Ricardi. coram Ricardo Londoniensi et Gilberto Roffensi episcopis et Goscelino archidiacono Cicetrensi et Rogero filio Reunfredi et Roberto de Witefeld et Henrico de Cornhulla et Michaele Belet et coram aliis Baronibus et fidelibus domini Regis ibi tunc presentibus. Inter Osbertum abbatem Colecestrie et conuentum ejusdem ecclesie et Eustacium de Hoeys filium Henrici de Merc. de tota terra de Estdonilande quam idem Eustacius clamauit uersus predictum abbatem et conuentum de Colecestria sicut jus et hereditatem suam. Et unde placitum fuit inter eos in curia domini regis. scilicet quod predictus Eustacius de Hoeys clamauit quietum totum clamium suum et jus quod dicebat se habere in predicta terra de se et heredibus suis predicto abbati et conuentui de Colecestria inperpetuum. Et pro hac quieta clamatione et hoc fine et concordia predictus abbas et conuentus de Colecestria dederunt prefato Eustatio de Hoeys duas marcas et dimidiam.

Cirographum inter nos et filias Hugonis filii Stephani de donationibus ipsius Hugonis.

Hᴇc est finalis concordia facta in Curia domini regis apud Colecestriam anno regni regis Henrici secundi .xxxiii. die Sabbati proxima post Octabas beatorum Petri et Pauli coram Radulfo archidiacono Colecestrense et Rogero filio Reinfredi et Roberto de Witefeld et Michaele Belet justiciariis domini Regis et aliis fidelibus domini regis ibi tunc presentibus. Inter Osbertum abbatem Colecestrie et conuentum ejusdem loci et Katelinam et Sarram et Agatiam et Aliciam filias Hugonis filii Stephani de una hida terre in Witham. et dimidia hida terre in Serte. et una crufta in Leere. et dimidia uirgata terre in Dunilande. de quibus placitum erat inter eos in curia domini regis. scilicet quod prenominate filie Hugonis filii Stephani quietas clamauerunt predicto abbati et conuentui totas prenominatas terras. habendas et tenendas libere et quiete in puram et perpetuam elemosinam sed Godefridus filius predicte Sarre et heredes ejus tenebunt prenominatam ydam terre de Witham inperpetuum de predicto abbate et conuentu per liberum seruitium .xi. solidorum per annum pro omni seruitio.

Inter abbatem et Rogerum de Cottune de quadam terra in Wicham.

Hᴇc est finalis concordia facta in curia domini Johannis comitis de Moretonio apud Eyam coram Waltero de Faleisia tunc senescallo de Eya et Waltero priore de Eya, et Rogero de Huntingefelde et Arnulfo Rufo et Petro Walteri et Huberto de Briseworthe et Willelmo filio Gileberti de Coleuilla et Waltero Flandrense et Johanne de Begling et quampluribus aliis baronibus et militibus ejusdem curie qui tunc aderant. Inter Osbernum abbatem Colecestrie et conuentum ejusdem loci et Rogerum de Cottune de tota terra illa quam predictus Rogerus clamauit uersus abbatem et conuentum et homines suos in Wicham. unde placitum fuit inter illos per breue comitis in eadem curia. scilicet quod predictus

Rogerus pro salute anime sue et patris sui et omnium predecessorum suorum et successorum quietam clamauit totam predictam terram Deo et Sancto Johanni et abbati Colecestrie et conuentui inperpetuum de se et omnibus heredibus suis. et warantizabit eam predicto abbati et conuentui pro se et omnibus heredibus suis. Et de hoc frater deuenit in ecclesia Sancti Johannis Baptiste Colecestrie. Et abbas et conuentus dimiserunt predicto Rogero totam terram quam Stephanus Muggel tunc tenuit in Wicham de abbate tenendam libere. reddendo per annum de seruitio sexdecim denarios.

De quibusdam tenentibus in Berlee pro redditibus de Ereswelle.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium in octabis Sancti Johannis Baptiste anno regni regis Henrici filii regis Johannis secundo coram Martino de Pateshulle. Radulfo Hareng. Stephano de Segraue. Johanne de Gestlinges. Symone de Insula justiciariis et aliis fidelibus domini regis tunc ibi presentibus. Inter abbatem Colecestrie querentem. per Nigellum de Hauekestune positum in loco suo ad lucrandum uel perdendum. et Radulfum de Rouecestria deforciantem. de viginti solidatis redditus cum pertinentiis in Ereswelle. quas idem abbas exigebat ab eodem Radulfo de molendinis ejusdem uille per finem factum inter eos in curia domini regis Ricardi per cirographum. vnde placitum fuit inter eos in prefata curia. scilicet quod predictus abbas remisit et quietum clamauit de se et successoribus suis eidem Radulfo et heredibus suis totum jus et clamium quod habuit in predicto redditu cum pertinentiis. Et pro hac remissione et quieta clamatione et fine et concordia idem Radulfus dedit et concessit Deo et beate Marie et ecclesie Sancti Johannis Baptiste abbati etiam et conuentui ejusdem loci unam uirgatam terre et dimidiam cum pertinentiis in Berlee cum hominibus tenentibus eandem terram. scilicet dimidiam uirgatam terre quam Radulfus de Westwic et Robertus filius Willelmi tenent cum ipsis Radulfo et Roberto et tota sequela eorum. et dimidiam uirgatam terre quam Alicia filia Johannis tenet cum ipsa Alicia et tota sequela ejus. et dimidiam virgatam

terre quam Reginaldus le Mai tenet cum ipso Reginaldo et tota sequela ejus. habenda et tenenda ipsi abbati et successoribus suis et ecclesie predicte in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari seruitio et exactione. Et preterea idem Radulfus dedit ipsi abbati quadraginta solidos. Et hec concordia facta fuit presentibus predictis Radulfo et Roberto et Alicia et Reginaldo et cognoscentibus se esse uillanos. Et sciendum quod cyrographum prius factum inter eos in curia Regis Ricardi de predicto redditu per hunc finem adnichilatur.

De aduocatione ecclesie de Hemmingestune.

HEC est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Sancti Martini in .xv. dies anno regni regis Johannis .IIII. coram Galfrido de Insula. Reginaldo de Cornhilla Waltero de Creppinges. Reginaldo de Argentein Justiciariis et aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus. Inter Robertum filium Ernaldi petentem. et Adam abbatem de Colecestria et Ernaldum Ruffum tenentes. de aduocatione ecclesie de Hammingestona. vnde recognitio ultime presentationis summonita fuit inter eos in prefata curia. scilicet quod predictus Robertus remisit et quietum clamauit predicto abbati et successoribus suis et predicto Ernaldo et heredibus suis totum jus et clamium quod habuit in aduocatione predicte ecclesie de se et heredibus suis inperpetuum. Et pro hac quieta clamatione et fine et concordia predicti abbas et Ernaldus dederunt predicto Roberto .xx. solidos sterlingorum. Et sciendum quod medietas aduocationis predicte ecclesie cum pertinentiis remanet predicto abbati et successoribus suis quieta de predicto Ernaldo et heredibus suis inperpetuum. et alia medietas aduocationis predicte ecclesie cum pertinentiis remanet predicto Ernaldo et heredibus suis quieta de predicto abbate et successoribus suis inperpetuum.

Inter abbatem et priorem Sancti Botulfi de molendinis et stagnis de Ardlee.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Sanctam Brigidam Londonie a die Sancti Michaelis in tres septimanas anno regni regis Johannis .vii. coram Galfrido filio Petri Symone de Pateshille. Eustacio de Faucumberge. Johanne de Gestlinge. Osberto filio Heruei. Ricardo de Mucegros. Waltero de Crepinges justiciariis et aliis baronibus domini regis tunc ibi presentibus. Inter Adam abbatem Colecestrie petentem. et Henricum priorem Sancti Botulfi de Colecestria tenentem. de duobus molendinis et de duobus stagnis cum pertinentiis in Arlee. vnde placitum fuit inter eos in prefata Curia. scilicet quod predictus abbas remisit et quietum clamauit de se et successoribus suis predicto priori et successoribus suis inperpetuum totum jus et clamium quod habuit in predictis molendinis et in predictis stagnis cum pertinentiis. ita tamen quod predicta stagna remanebunt in loco illo ubi fuerunt emendanda et exaltanda sicut predictus prior uoluerit. Et pro hac quieta clamatione et fine et concordia idem prior reddidit et quietum clamauit de se et successoribus suis predicto abbati et successoribus suis inperpetuum viginti denariatos redditus quos idem abbas solebat reddere predicto priori et ecclesie Sancti Botulphi de curtillagiis que tenuit de ipso priore in Colecestria et triginta duos denariatos redditus quos solebat reddere predicto priori de molendino de Briche.

De quadam terra in Pichesye.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Chelmerforde in octabis Omnium Sanctorum anno regni regis Henrici filii regis Johannis duodecimo coram Martino de Pateshille archidiacono Nortfolchie. Thoma de Kammuilla. Willelmo de Insula. Ricardo Duket justiciariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus. Inter Petrum de Picheseye petentem et Adam abbatem Colecestrie. quem Willelmus Crisploc uocauit ad warantum et qui warantizauit. de quindecim acris terre cum pertinentiis in Pichesye. et inter eundem Petrum petentem et eundem abbatem tenentem de triginta acris terre cum pertinentiis in eadem

uilla. vnde recognicio assize mortis antecessoris summonita fuit inter eos in eadem curia. scilicet quod prediđus Petrus remisit et quietum clamauit de se et heredibus suis predicto abbati et successoribus suis et ecclesie sue Colecestrie totum jus et clamium quod habuit in tota predicta terra cum pertinentiis inperpetuum. Et pro hac remissione et quieta clamantia fine et concordia predictus abbas dedit predicto Petro quinque marcas argenti.

De una marcata de Lexedena pro .ii. marcatis de Normilne.

HEC est finalis concordia facta in curia domini regis apud Chelmereforde in octabis Purificationis beate Marie anno regni regis Henrici filii regis Johannis nonodecimo coram Roberto de Lexintune. Ada filio Willelmi. Roberto de Bellocampo. Symone de Furnellis justiciariis itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus. Inter Johannem de Burgo et Hawisiam uxorem ejus querentes. per Petrum le Taliur positum loco ipsius Hauuisie ad lucrandum uel perdendum. et Adam abbatem de Colecestria deforciantem. per Jordanum de Chishulla positum loco ipsius abbatis ad lucrandum uel perdendum. de duabus marcatis redditus cum pertinentiis in suburbio Colecestrie. vnde placitum conuentionis summonitum fuit inter eos in eadem curia. scilicet quod predictus abbas remisit et quietum clamauit de se et successoribus suis predictis Johanni et Hauuisie et heredibus ipsius Hauuisie totum jus et clamium quod habuit in toto predicto redditu et similiter in toto molendino de Nordmilne vnde redditus ille prouenit inperpetuum. Et pro hac remissione quieta clamantia fine et concordia idem Johannes et Hauuisia dederunt et concesserunt predicto abbati unam marcam redditus in Lexedena. scilicet de libero tenemento Radulfi filii Petri et heredum suorum duodecim denarios. et de libero tenemento Laurencii tinctoris et heredum suorum duodecim denarios. et de libero tenemento Johannis filii Thome et heredum suorum .v. solidos et octo denarios. et de libero tenemento Beatricis Smokehod et heredum suorum tres solidos. et de libero tenemento Willelmi filii Galfridi et heredum suorum triginta et duos denarios. percipiendos annuatim per manus predictorum Radulfi Laurencii Johannis Beatricis et

Willelmi et heredum eorum ad duos terminos. scilicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. habendam et tenendam eidem abbati et successoribus suis et ecclesie sue de Colecestria de predictis Johanne et Hauuisia et heredibus ipsius Hauuisie in liberam puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Et idem Johannes et Hauuisia et heredes ipsius Hauuisie warantizabunt predicto abbati et successoribus suis et ecclesie sue de Colecestria totum predictum redditum ut liberam puram et perpetuam elemosinam suam contra omnes gentes inperpetuum. Et hec concordia facta fuit presentibus predictis Radulfo Laurencio Johanne Beatrice et Willelmo et concedentibus se debere predictum redditum. Et concesserunt pro se et heredibus eorum quod si aliquo tempore defecerint in solutione predicti redditus. bene licebit eidem abbati et successoribus suis distringere eos per catalla sua in predictis tenementis inuenta usque ad plenam solutionem predicti redditus sicut predictum est.

Inter nos et Philippum de Rupella de Beningham et Grenesteda.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium in octabis Sancti Martini anno regni regis Henrici filii regis Johannis sextodecimo coram Thome de Muletone. Willelmo de Ralegh. Roberto de Lexintune. Willelmo de Eboraco. Magistro Roberto de Shardelowe et Radulfo de Norwico justiciariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus. Inter Adam abbatem de Colecestria querentem et Philippum de la Rokele inpedientem de quater uiginti acris terre cum pertinentiis in Benigham et Acholt. vnde placitum warrantie carte summonitum fuit inter eos in prefata Curia. scilicet quod predictus Philippus recognouit totam predictam terram cum pertinentiis esse jus ipsius abbatis et ecclesie sue Sancti Johannis de Colecestria vt illam quam idem abbas et ecclesia sua Sancti Johannis de Colecestria habent ex dono predicti Philippi. habendam et tenendam ipsi abbati et successoribus suis et ecclesie predicte de predicto Philippo et heredibus suis in liberam et perpetuam elemosinam inperpetuum. faciendo inde capitalibus dominis feodi illius pro predicto Philippo

et heredibus suis seruitium quod ad terram illam pertinet pro omni seruitio et exactione. Et predictus Philippus et heredes sui warantizabunt predicto abbati et successoribus suis et ecclesie predicte totam predictam terram cum pertinentiis ut liberam et perpetuam elemosinam suam contra omnes homines imperpetuum. Et pro hac recognitione warrantia fine et concordia idem abbas concessit predicto Philippo et Beatricie vxori ejus totum manerium suum de Grenstede. excepta aduocatione ecclesie ejusdem ville. et exceptis vivario. visu franci plegii. auxiliis hominum. precariis. cariagiis. et exceptis duabus partibus feni prati salsi. et duabus partibus feni prati de Langemede. et exceptis omnibus pratis ejusdem ville. et exceptis omnibus boscis que eidem abbati remanent quiete. Ita tamen quod predicti Philippus et Beatricia habeant ad ignem suum de morbosio. de ramis de alneto. et de meremio ad domos reparandas per uisum balliui ipsius abbatis et successorum suorum. Et totum residuum predicti manerii remanebit predictis Philippo et Beatricie. habendum et tenendum ipsis Philippo et Beatricie tota uita utriusque ipsorum de predicto abbate et successoribus suis et ecclesia sua Sancti Johannis de Colecestria. reddendo inde per annum unam libram cimini ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio. Et post mortem utriusque ipsorum Philippi et Beatricie totum predictum manerium de Grenstede integre reuertetur ad predictum abbatem et successores suos et ad ecclesiam suam Sancti Johannis de Colecestria inperpetuum. Et preterea idem abbas dedit et concessit predictis Philippo et Beatricie quadraginta solidatas redditus annuatim percipiendas per manum ipsius abbatis et successorum suorum apud Colecestriam tota uita utriusque ipsorum Philippi et Beatricie ad duos terminos anni. scilicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Et si predictus abbas uel successores sui non reddiderint predictas quadraginta solidatas redditus ad predictos terminos sicut predictum est. bene licebit predictos Philippum et Beatriciam distringere predictum abbatem et successores suos per catalla in manerio ipsius abbatis de Wyleia inuenta usque ad plenam solutionem totius redditus predicti. Et post mortem utriusque ipsorum Philippi et Beatricie predictus abbas et successores sui quieti erunt a solutione totius redditus predicti inperpetuum.

[*The four following documents are copied in later bandwriting.*]

Fine between the Abbot of Colchester and Roger de Bedeford as to land in Bergholt.

Hec est finalis concordia facto in curia domini regis apud Wintoniam in crastino purificationis beate Marie anno regni regis Henrici filii regis Johannis .xxx°III°. coram Henrico de Bathonia. Alano de Wasand. Willelmo de Wiltune. Reginaldo de Cobeham et Willelmo le Bretun justiciariis itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus. Inter Willelmum abbatem Sancti Johannis Colecestrie querentem. per Gilebertum de Bockinges positum loco suo ad lucrandum uel perdendum. et Rogerum de Bedeford et Pauiam uxorem ejus impedientes. de uno mesuagio et .xl. acris terre cum pertinentiis in Bercholt. unde placitum warrantie carte summonitum fuit inter eos in eadem curia. scilicet quod predicti Rogerus et Pauia recognouerunt predictum mesuagium et terram cum pertinentiis esse jus ipsius abbatis et ecclesie sue Sancti Johannis Colecestrie ut illa que idem abbas et ecclesia sua predicta habent de dono predictorum Rogeri et Pauie. habenda et tenenda eidem abbati et successoribus suis et ecclesie sue predicte in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari seruitio et exactione inperpetuum. Et predicti Rogerus et Pauia et heredes ipsius Pauie warantizabunt aquietabunt et defendent eidem abbati et successoribus suis et ecclesie sue predicte predictum mesuagium et terram cum pertinentiis ut liberam puram et perpetuam elemosinam suam contra omnes homines inperpetuum. Et idem abbas recepit predictos Rogerum et Pauiam et heredes ipsius Pauie in singulis beneficiis et orationibus que de cetero fient in ecclesia sua predicta inperpetuum.

Grant of tithes by the Abbot of S. John's Colchester to the Rector of Roinges.

OMNIBUS Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit W. permissione diuina abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem. Noueritis nos ad instanciam Johannis rectoris ecclesie de Roinges Abbatisse concessisse et quietumclamasse predicte ecclesie de Roinges inperpetuum omnes decimas tam majores quam minores quas in parochia ejusdem ecclesie percipere consueuimus. eo quod idem rector alias ad ualentiam earundem decimarum indempnitati ecclesie nostre prouidit. Et ut hec nostra quieta clamatio *et cetera.*

Fine between the Abbot of S. John's Colchester and Richard de Tany of the Manor of Benflete Parva and lands in Newendon and Bures.

HEC est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in quindecim dies anno regni regis Edwardi filii regis Henrici septimo decimo coram Radulfo de Sandwyco. Johanne de Louetot. Willelmo de Boruton. Rogero de Leycestria. et Elya de Bekyngham Justiciariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus. Inter fratrem Robertum abbatem ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria querentem. et Ricardum de Tany deforciantem. de ducentis et sexaginta acris terre nouem acris prati quatuordecim acris pasture. centum acris marisci. tribus solidatis et sex denariatis redditus cum pertinentiis in Parua Benfled. Nouendene et Bures. vnde placitum conuentionis summonitum fuit inter eos in eadem curia. scilicet quod predictus Ricardus recognouit predicta tenementa cum pertinentiis esse jus ipsius abbatis et ecclesie sue predicte. habenda et tenenda eidem abbati et successoribus suis et ecclesie sue predicte in liberam puram et perpetuam elemosinam de predicto Ricardo et heredibus suis inperpetuum. Et predictus Ricardus et heredes sui warantizabunt aquietabunt et defendent eidem abbati. et successoribus suis et ecclesie sue predicte predicta tenementa cum per-

tinentiis ut liberam puram et perpetuam elemosinam sicdt predictum est contra omnes homines inperpetuum. Et pro hac recognitione warantia fine et concordia idem abbas concessit pro se et successoribus suis quod ipsi de cetero inuenient vnum monachum capellanum diuina celebrantem in ecclesia sua predicta ad altare Sanctorum Martirum pro anima predicti Ricardi et animabus antecessorum et heredum suorum inperpetuum. Et hec concordia facta fuit per preceptum domini regis.

Grant by John de Manestone to Richard Fitz Simon and Sibyl his wife of land in Manestone.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes de Manestone concessi et dedi et presenti carta mea confirmaui et saisinam feci Ricardo filio Simonis de Ikewrthe et Sibille conjugi sue filie mee in liberum maritagium totam terram meam de purchacio meo in Manestone cum omnibus pertinentiis quam ego teneo in feodo de ecclesia Sancti Johannis Baptiste de Colecestria illis et heredibus de eadem Sibilla procreatis. tenendam in dominio in feodo et in hereditate de abbate et de conuentu ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria per seruitium .xl. solidorum abbati et conuentui ecclesie Sancti Johannis de Colecestria annuatim reddendorum ad duos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis .xx. solidos et ad festum Sancti Johannis Baptiste .xx. solidos. Quare uolo et precipio ut predictus Ricardus et predicta Sibilla habeant et teneant totam predictam terram meam cum omnibus pertinentiis post decessum meum et post decessum Margarete de Ely matris predicte Sibille bene et in pace honorifice quiete et libere sicut ego eam unquam liberius tenui. Et sciatis quod ego Johannes et prefata Margareta de Ely tenebimus per grantum Ricardi de Ikewrthe et Sibille conjugis sue predictam terram de Manestone. in uita nostra. de qua terra ego me dimisi et Ricardum et Sibillam conjugem suam filiam meam saisiaui. Et interim quamdiu ego Johannes de Manestone et prefata Margareta de Ely uixerimus predictus Ricardus et prefata Sibilla recipient annuatim .xx. solidatos redditus de hereditate mea per manum Thome fratris mei apud Stradebroc ad duos terminos. ad festum

Sancti Michaelis .x. solidos et ad Pascha .x. solidos. Et cum predictus Ricardus et predicta Sibilla prefatam terram meam de Manestone in manibus suis habuerint quietus erit Thomas uel heredes mei de solutione predictorum .xx. solidorum. Et si prefatus Thomas decesserit heredes mei qui terram meam predictam de Stradebroc tenuerint soluent annuatim predictis Ricardo et Sibille .xx. solidos quousque terra mea de Manestone sit eis omnino deliberata. Hiis testibus Hereberto et Hugone decanis. Benedicto capellano. Samuele persona de Ikewrth. Waltero filio Hugonis. Radulfo Bardulf. Willelmo Muschet. Radulfo de Haustede. Roberto filio Huberti. Roberto milite de Horningeserthe. Willelmo de Risebi. Normanno de Risebi. Adam Coterel. Joldewino de Manestone. Hugone clerico de Elmer. Willelmo filio Sansonis de Horningeserthe. Roberto fratre suo. Philippo filio Simonis. Salomone de Mokkinge. Alano de Flemetune. Gaufrido de Westle. Hamone de Stowe. Alano filio suo. Adam de Arstedel. Matheo de Stradebroc. Willelmo clerico. Johanne de Wepstede. Roberto de Appelgar. Simone Pig. Luca de Manestone. Roberto filio Aluredi. et multis aliis.

[*The remainder of this column, about* 34 *lines, and p.* 248 *are blank. Pages* 249-256, *both inclusive, have been cut out. Pages* 257 *and* 258 *are blank.*]

Explicit Liber Tertius.

Incipit Liber Quartus.

Incipiunt cyrographa Conuentualium ecclesiarum.

In primis de duodecim solidatis de Stokes.

NOTUM sit presentibus et futuris quod ego Gillebertus abbas Colecestrie et conuentus ejusdem loci concessimus monachis de Stokes terram quam possidebat sub nostro nomine Sygarus perpetuo tenendam de nobis tali conditione ut predicti monachi reddant nobis singulis annis .xii. solidos ad natiuitatem Sancti Johannis Baptiste Partes hujus terre his nominibus signantur. Gotius tenet capitale mesuagium et .vii. acras et dimidiam. et inter grauum et uicum sunt .v. acre et dimidia et due acre et dimidia: alibi juxta grangiam .ii. acre et dimidia et .i. acra apud paruum grauum et .i. acra ad Screbe a Niweenhei .i. acra et dimidia et juxta: .i. acra Aboitune .ii. acre et .i. acra de prato ad Standune .i. acra a Norwelle .i. acra Witegathe .iiii. acre et dimidia astuntesmede .ii. acre et .i. de prato Leuidimer .ii. acre. His testibus ex parte abbatis Osberno de Claketune. Galfrido. Gilleberto filio Galfridi. Waltero senescallo. Ex parte prioris Willelmo de Blauein. Statius.

Finalis concordia inter nos et Sanctimoniales de Lillechirche.

JULIANA priorissa et conuentus sanctimonialium de Lillechirche omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem in domino. Ad communem uestrum uolumus deuenire notitiam controuersiam inter nos et monachos Colecestrie habitam ita esse sopitam. scilicet quod monachi omne jus quod uendicabant in ecclesia de Lillechirche spontanee resignauerunt et a lite quam intende-

bant penitus recesserunt. Nos uero memoratis monachis terram quandam in Lillechirche ad prefatam pertinentem ecclesiam .xxx. solidorum per annum inperpetuum libere et quiete ab omni seruitio possidendam concessimus. ita quidem quod si terra que Blunteshale dicitur ad ipsos monachos per nos uel nostro specialiter fauore aut per dominos aut per amicos nostros quolibet modo sub ea libertate sub qua prefata terra in Lillechirche ipsis monachis concessa est deuoluta fuerit: ipsam quam receperunt terram in Lillechirche nobis restituent et prenominatam terram de Blunteshale in commutationem ejus accipient. Et ut hec transactio firma stet et inperpetuum ualitura permaneat: eandem attestatione sigilli capituli nostri roborare curauimus. Hanc etiam transactionem corroborauerunt judices a domino Papa delegati scilicet dominus Gillebertus Lundoniensis episcopus et Symon abbas Sancti Albani. Testes sunt Willelmus Turc clericus. Willelmus de Lillechirche. Henricus filius Stephani. Teodoricus clericus. Osbertus filius Hugonis. Osbertus senescallus. Walterus de Culesleia. Benjamin clericus. Gerardus de Aldeburc. Willelmus Marescal. Walterus de Hereford. Anselmus de Dunilande. Alexander de Langeho. Johannes de Watteuille. Robertus de Wateuille. Henricus filius Willelmi. et multi alii.

Confirmatio ejusdem concordie per judices a domino Pape delegatos.

Gillebertus Dei gratia Lundoniensis episcopus et Symon eadem gratia abbas Sancti Albani Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint salutem in domino. Caritatis opus esse dinoscitur inter religiosas precipue domos suscitatas lites extinguere. et ne peruersis malignantium fomentis semel extincte quouis possint modo denuo suscitari diligentius procurare. Inde est quod ad communem omnium uestrum uolumus deuenire notitiam controuersiam que de mandato apostolico coram nobis inter abbatem et monachos Sancti Johannis Colecestrie et sanctimoniales de Lillechirche super ecclesia ipsa de Lillechirche uertebatur. hoc tandem fine in nostra presentia utriusque partis pari uoluntate et assensu conquieuisse. Prefati siquidem abbas et monachi jus omne quod

in prefata sibi uendicabant ecclesie spontanee resignauerunt et a lite quam intendebant penitus recesserunt. Memorate uero moniales ipsis monachis terram quandam ad prefatam pertinentem ecclesiam .xxx. solidorum per annum inperpetuum libere et quiete ab omni seruitio possidendam concesserunt. ita quidem quod si terra quedam que Blunteshale dicitur ad eosdem monachos per ipsas moniales aut earum specialiter fauore per dominos aut per amicos suos quolibet modo sub ea libertate sub qua prefata terra in Lillechirche eis concessa est deuoluta fuerit: ipsam quam receperunt terram sepedictis sanctimonialibus restituent et prenominatam terram de Blunteshale in commutationem ejus accipient. Et ut hec transactio firma stet et inperpetuum ualitura permaneat: inter partes conuenit ut monachi a sancti monialibus sanctimoniales uero a monachis autentica capitulorum suorum instrumenta super hac compositione confecta recipiant et nos eam auctoritate domini Pape. et nostra pagine presentis inscriptione confirmauimus et sigillorum nostrorum attestatione corroborare curauimus. Hiis testibus. Ricardo archidiacono Colecestrie. Roberto archidiacono Essexe. Magistro Radulfo de Altaripa. Magistro scolarum Lundoniensum. Magistro Dauid. Magistro Ricardo de Storteford. Gilleberto Foliol canonicis Sancti Pauli. Magistro Osberto de Sancto Albano. Rogero de Wigornia. Ricardo de Salesberi. Radulfo de Ciltonia. Waltero de Elemosinario. Ricardo Banastre. Johanne Switege. Magistro Roberto de Kent. Magistro Heraclio. Benjamin Clerico. Osberto senescallo. Willelmo de Lillechirche. et multis aliis.

De terra de Badburgham.

HUGO abbas ecclesie Sancti Johannis Colecestrie omnisque ejusdem ecclesie monachorum conuentus uniuersis sancte matris ecclesie filiis in domino salutem. Notum sit tam presentibus quam futuris nos concessisse Hugoni abbati et monachis de Saltereia terram nostram de Batburheham que appellatur Surderland. tenendam in feudum perpetuum de Sancto Johanne. reddendo in anno dimidiam marcam argenti medium ad festum Sancti Michaelis et medium ad Pascha. et per hunc censum

habebunt eam inperpetuum liberam et quietam ab omni seculari seruitio et exactione. Testes sunt Mauricius de Haia. Reinaldus pictor. Turstanus portarius. Osbernus de Claketune. Godardus cocus. Facta est hec conuentio tempore regis Stephani. Ricardo existente Lundoniense episcopo per dompnum Hugonem abbatem. Radulfo existente priore. et Gilleberto camerario. et Petro cellario. et Fulcone sacrista.

De quadam terra in Bercqueia dimissa abbati de Coggeshale.

Hugo abbas et conuentus monachorum Colecestrie omnibus presentibus et futuris salutem. Sciatis nos concessisse monasterio Sancte Marie de Cocheshale circiter .xi. acras de tenura nostra de Bercqueia. scilicet illas que jacent juxta montem de Thorindune ut monachi de Cocheshale de ecclesia de Colecestria per succedentia tempora teneant eas libere et quiete de omni seruitio et auxilio et decima et de omnibus omnino rebus et exactionibus. reddendo singulis annis duos solidos medium ad Pascha et medium ad festum Sancti Michaelis. Testes sunt Ailwardus Archidiaconus. Mauricius de Haia. Willelmus de Wokendune. Willelmus filius Alfei de Colecestria.

De molendino de Hanelawe dimisso monachis de Thiretei.

Walterus abbas et conuentus monachorum Colecestrie omnibus audientibus uel legentibus has litteras salutem. Notum sit uobis nos communi consilio et assensu capituli nostri concessisse Angerio abbati et monachis de Thiretei molendinum nostrum de Hanelaue inperpetuum de nobis tenendum ita libere et quiete ut nos illud aliquo tempore tenuimus. et monachi de Thiretei reddent singulis annis conuentui monachorum Colecestrie decem solidos in natiuitate Sancti Johannis Baptiste. Pro hac concessione dedit Angerus abbas de Thiretei Waltero abbati et monachis Colecestrie tres marcas in gersumam. Ut igitur hec concessio inposterum inconcusse hincinde teneatur sigillo utriusque abbatis et sui conuentus presente capitulo signatur.

Item de eodem molendino concesso monachis de Wareduna.

Walterus abbas et conuentus monachorum Colecestrie omnibus filiis matris ecclesie salutem. Notum sit uobis nos communi consilio et assensu totius capituli nostri concessisse Hugoni abbati et monachis de Warduna molendinum nostrum de Hanelauwe cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum de nobis tenendum ita libere et quiete ut nos illud aliquo tempore tenuimus. Monachi uero de Waredunia reddent singulis annis monachis Colecestrie decem solidos in natiuitate Sancti Johannis Baptiste. Pro hac concessione dedit Hugo abbas de Wardunia .iii. marcas argenti Waltero abbati et monachis Colecestrie in gersumam. Et sciendum quod molendinum eis warantizabimus.

Cyrographum primi prioris de Bedemannesberga qui se ecclesie Colecestrie subjecit.

Notum sit presentibus et futuris quod Robertus heremita de Bedmannesberga concessit et donauit abbati et monachis Colecestrensis monasterii quicquid habebat de elemosina quam rex Henricus incepit in Bedemannesberge. et quam Stephanus rex pro anima regis Henrici eidem Roberto monacho ad perpetuam elemosinam et religionem donauit. quam etiam serenissimus princeps et dominus noster Henricus rex Anglorum ei confirmauit. sicut etiam Ricardus Lundoniensis episcopus episcopali auctoritate confirmauit. et in qua cimiterium benedixit cum omnibus pertinentiis et rebus eidem loco jam collatis canonice uel inperpetuum conferendis. et super altare Sancti Johannis de Colecestria illam donationem Robertus posuit. et se ipsum cum rebus suis posuit in manu Hugonis abbatis Colecestrie et capituli. et abbas et capitulum recommendant eidem Roberto eandem elemosinam ad tenendum bene et in pace quamdiu uixerit de ecclesia de Colecestria. ea conuentione ut cum obitus ejus propinquauerit secundum uoluntatem ejus per abbatis consilium et capituli res ejus dispensentur. et ut Sunneua sicut carta ejus testatur procurationem

suam habeat. Hanc donationem fecit Robertus pro salute anime sue et ut sit in consilio et manutenemento et potestate Colecestrensis monasterii ut pote frater et tenens de illa ecclesia. et ut ipse habeat seruitium pro anima sua sicut professus de ecclesia. Testes sunt hujus donationis Ricardus de Luci justiciarius Regis et vicecomes de Essexie qui per regiam iussionem et abbatem et monachos de Colecestria inde saisiuit. Henricus de Essexe constabularius regis. Gillebertus de Munfichet. Mauricius uicecomes. Mauricius de Haia. Galfridus filius Gedeberti. Ricardus filius Liuing. Willelmus filius Alfegi. Gaufridus. Turstanus. Godardus. et multi alii.

De quibusdam statutis factis per abbatem Osebertum et conuentum Colecestrie.

OSEBERTUS dictus abbas Colecestrie cunctis legentibus uel audientibus has litteras eternam in domino salutem. Cum testante Psalmista in conspectu Dei non justificetur omnis uiuens omnium Christi fidelium in misericordia tamquam summi regis filia spes potissimum consistere debet ac summa salutis. Neque enim absque misericordie beneficio ut credimus facile poterit quispiam adipisci salutem dicente scriptura. Judicium sine misericordia ei qui non fecerit misericordiam. Hinc est quod misericordiam precipue ac sine intermissione sectandam uniuersitati fidelium saluator et opere et uerbo crebro commendat. Estote inquiens misericordes sicut et pater uester misericors est. Rursumque. Misericordiam uolo et non sacrificium. Quo circa opere precium esse arbitramur ut operibus misericordie iugiter intendamus. quo sic a domino misericordiam tempore oportuno consequamur. Beati namque misericordes quam ipsi misericordiam consequentur. Hujus nos misericordie a Deo aliquando consequende spe ac fiducia inducti communi fratrum nostrorum consilio pariter et assensu statuimus ut singulis annis omnibus dominicis diebus .XL. tres pauperes ad mandatum tres nummos elemosinario ministrante accipiant. Statuimus insuper ut .LX. pauperes in cena domini geminos amodo denarios accipiant qui singulos hactenus accipere solebant. Statuimus etiam ut cum feno prati de Crepinge quod hospitum usui constat esse prouisum quinque feni soliditate in eorundem opus quot annis procurentur. Hos quinque soliditatos cum

superioribus inueniet cui decimarum fuerit commissa custodia. Et ne forte hoc nostro statuto se grauata expostulet successura posteritas: redditus de nouo adquisitos unde jam dicta fieri debeat expensa. in hoc opus assignare curauimus. uidelicet .xviii. denarios in Crepinge et .x. solidos qui pro decima assarti Ethonie annuatim exolui debentur. Hoc quoque nostrum statutum presenti scripto duximus annotandum et sigilli nostri appositione roborandum. Prohibemus igitur ex parte Dei et sub anathematis interminatione interdicimus ne quis posterorum hoc nostrum statutum infringere uel inminuere presumat. Omnibus uero illud in sua integritate seruantibus misericordiam inprecamur a Deo salutari nostro et uitam in secula seculorum. Amen.

De tenementis Sancte Osithe in Stanweia.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Adam permissione diuina abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus eternam in domino salutem. Ad omnium notitiam uolumus peruenire nos concessisse et presenti carta nostra cyrografata confirmasse ecclesie Sancte Osithe et canonicis ejusdem loci omnia tenementa cum pertinentiis que Symon filius Marciani tenuit de ecclesia nostra in parochia Sancti Athelberti in Stanweya et eisdem canonicis dedit. scilicet omnia homagia et tota seruitia cum omnibus pertinentiis que Herueus de ecclesia. Willelmus cognomento aurifaber. Brithiua uidua. et Willelmus filius Roberti bi Westen de Copford eidem Symoni debebant et facere solebant. Quare uolumus quod predicti canonici habeant et teneant de ecclesia nostra inperpetuum predicta tenementa et seruitia predictorum hominum et heredum suorum cum pertinentiis bene et in pace libere et quiete. reddendo inde annuatim ecclesie nostre et nobis quatuor solidos ad duos terminos. scilicet ad Pascha duos solidos et ad festum Sancti Michaelis duos solidos pro omnibus seruitiis consuetudinibus et pro omnibus rebus nobis pertinentibus. Quod ut perpetue robur optineat firmitatis: tam abbas et conuentus Sancte Osithe sigillo capituli sui ex una parte quam nos sigillo capituli nostri ex altera presens scriptum cyrografatum roborare curauimus. Teste conuentu.

Inter ecclesiam Sancte Osithe et nostram de molendino de Briche.

Sciant qui sunt et qui uenturi sunt quod contentio habita inter dominum Adam abbatem et conuentum Colecestrie ex una parte et dominum Radulfo abbatem et conuentum de Sancta Osytha ex altera parte super molendino de Briche ita conquieuit Quod abbas Adam et conuentus Colecestrie dimiserunt Radulfo abbati et conuentui de Sancta Osytha totam medietatem predicti molendini perpetuo quietam et ab omni clamo suo absolutam. illam scilicet medietatem quam predicti abbas et conuentus de Sancta Osytha habent ex dono Hugonis de Sancto Quintino. Ita quod dominus Radulfus abbas de Sancta Ositha et sui successores de sua medietate facient uoluntatem suam : similiter et dominus Adam abbas Colecestrie et sui successores de sua parte. Et ut hoc perpetuis temporibus firmum et stabile permaneat sigilla suorum monasteriorum a partibus hujus cirographi dependere fecerunt. Hiis testibus Michaele sacerdote et persona de Briche. Rogero filio Roberti. Radulfo de Bello campo. Waltero de Crepinge. Widone de Alesford. Willelmo Bataille. Symone filio Marciani. Radulfo clerico de Waletone. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Thome. Nicholao filio Walteri. Waltero Hamelin. Reimundo filio Galfridi. Willelmo filio Turoldi. Henrico de Falesham. Et multis aliis.

Cirographum inter ecclesias Sancti Johannis et Sancte Osithe de terra de Suthflet.

Sciant presentes et futuri quod hec est conuentio facta inter Adam abbatem et conuentum Sancti Johannis Colecestrie ex una parte et abbatem Dauid et conuentum Sancte Osythe de Chich ex altera. scilicet quod prefatus Adam abbas et conuentus Colecestrie concesserunt et dimiserunt predictis abbati et conuentui Sancte Osythe totam terram suam de Suthfliet cum hominibus eorum et seruitiis et mariscis et omnibus aliis pertinentiis ad firmam in hac forma. uidelicet quod idem Dauid abbas et conuentus Sancte Osithe et eorum successores habeant et teneant prenominatam terram

de Suthfliet cum omnibus pertinentiis. et inde soluent predictis Adam et conuentui Sancti Johannis et eorum successoribus decem marcas argenti de bonis et legalibus esterlingis apud Colecestriam in abbatia in crastino Sancti Michaelis singulis annis inperpetuum per abbatis et canonicorum proprium nuntium absque malo ingenio. Et sciendum est quod terra prenominata de Suthfliet inueniet quartum hominem ad defensionem ville de Wyleia quando quatuor homines tenentur comparere coram justiciariis et forestariis domini regis in hominum de Suthfliet propriis sumptibus ne defalta contingat per illius quarti hominis absentiam. Similiter de auxiliis et exactionibus domini regis respondebit ad defensionem Wileye pro dimidia hyda quando idem abbas Colecestrie et alii abbates Anglie domino regi auxiliabuntur. Item sciendum est quod homines de illa tenura et eorum heredes tenuras suas tenebunt cum talibus libertatibus et seruitiis cum quibus eas ante hujus firme concessionem defendere consueuerunt. stratis et diuisis inter ipsam terram et adjacentes sicut ante fuerunt semper sine dolo et malitia permanentibus. Preterea quotienscumque abbas Colecestrie uiderit expedire propter uetustatem signi uel percameni. abbas et canonici Sancte Osithe sigillo capituli sui cartas suas cyrographatas sub earumdem tenore renouabunt. sic et abbas et conuentus Colecestrie. Licebit etiam abbati et conuentui Sancti Johannis per suos nuntios distringere abbatem et canonicos Sancte Osithe per feudum suum de Suthfliet et per catalla ibidem inuenta sine aliquo impedimento et rescussa. si terminis statutis firmam suam non soluerint: et liberam chaciam per quam uiam uoluerint habeant ad namium ducendum apud Wyleyam. Est etiam ad notandum quod quilibet abbas succedens abbati Dauid infra uiginti dies ab ordinatione sue benedictionis in capitulo monachorum Colecestrie suam fidelitatem faciet inspectis euuangeliis de prefata firma statutis terminis soluenda et de premissis omnibus fideliter obseruandis sicut supra scriptum est. et tunc viginti solidos abbati Colecestrie de recognitione persoluet. Si uero ex succedentibus abbatibus Sancte Osithe aliquis hanc fidelitatem prescriptam prestare maliciose renuerit: licet abbati et monachis Colecestrie feudum suum de Suthfliet in manum suam capere et pro arbitrio suo de eodem disponere remota omni uiolentia et contradictione. Abbas uero et

conuentus Colecestrie warantizabunt sepedictam terram cum omnibus pertinentiis abbati et canonicis Sancte Osithe per predictum seruitium contra omnes gentes. Quod ut perpetuum firmitatis robur obtineat tam abbas Adam et conuentus Colecestrie quam abbas Dauid et conuentus Sancte Osithe sigillis capitulorum suorum consignarunt. Hiis testibus. domino Willelmo de Sancte Marie ecclesia Lundoniense episcopo. Roberto priore Sancte Botulphi. Willelmo et Willelmo de Londonia et de Middlesexa archidiaconis. Symone filio Marciani. Martino de Bockinge persona de Mereseya. Ricardo de Gosfeld. Waltero de Badewe. Ricardo de Asketot. Ricardo Bataille. Willelmo Martel. Galfrido de Kokaine. Willelmo de Bouilla. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Marciani. Ricardo filio Gilleberti. Thoma de Estrate. Nicholao filio Galfridi. Martino de Derlega. Constantino de Mose. Stephano de Bouilla. Petro de Nuers. Waltero de Beuerstan. Ricardo de Braham. Radulfo Hamelin. Nigello de Hauekestune. Rogero Ridel. Serlone de Sumministria. Ricardo de Manestune. Willelmo de Heingham. et aliis. Factum est hoc .III°. idus Januarii proximo post translationem Sancti Thome Martyris. scilicet anno domini M°.CC°.XXI°.

Inter ecclesias Sancti Johannis et de Waledene de decimis molendinorum et aliis decimis de Waltham et quodam redditu.

OMNIBUS ad quos presens scriptum peruenerit presentibus et futuris Robertus dei gratia abbas de Waledene et humilis ejusdem loci conuentus salutem in domino. Ad uniuersitatis uestre notitiam peruenire uolumus quod de cetero non inquietabimus abbatem et conuentum de Colecestria super decimis molendinorum. nec super tertia parte majorum et minorum decimarum de dominico Comitis in parochia de Walham quas possident et ad eos de jure spectant. vnde fuerunt in possessione anno ab incarnatione domini M°CC°XXI. Predictus uero abbas et conuentus de Colecestria relaxant nobis pro bono pacis tres solidos de octo solidis quos eis debuimus annuatim de molendinis de Waledene. Testibus S. priore de Berdene. Thoma parsona de Henham. Magistro Roberto de Essen-

done. Ricardo vicario de Walham. Michaele de Wendene. et multis aliis.

Cirographum inter ecclesias predictas de dimisione predictarum decimarum.

SCIANT presentes et futuri quod Adam dei gratia abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie concesserunt et demiserunt domino Roberto abbati et conuentui Sancti Jacobi de Waledene omnes decimas ad eos pertinentes in parochia de Walham et de Waledene. scilicet tertiam partem decimarum de garbis de dominio Comitis in uilla de Waltham. ad quoscumque illud dominium conuersum fuerit. et tertiam partem de minutis decimis ejusdem dominii. et omnes decimas molendinorum de Walham et de Waledene. simul cum decem solidis. quos Ricardus Walensis eis annuatim soluere solebat nomine decimarum molendinorum de Walham. Has autem decimas habebunt et tenebunt predictus abbas et conuentus de Waledene et eorum successores inperpetuum de predictis abbate Adam et conuentu Colecestrie et eorum successoribus. reddendo eis inde annuatim sex marcas argenti nomine firme de bonis et legalibus esterlingis. medietatem infra octabas Purificationis beate Marie et medietatem infra octabas Sancti Johannis Baptiste per eorum proprium nuntium in abbatia Colecestrie fideliter inferendam. et omnia onera eisdem decimis incumbentia uel prouentura sustinebunt abbas et conuentus de Waldene. Si uero predictus Ricardus uel heredes sui abbati et conuentui Colecestrie uel alicui per ipsos dictos decem solidos soluerint: computabuntur illi decem solidi abbati et conuentui de Waledene pro solutis in sex marcis. Et est sciendum quod quotienscumque abbas et conuentus Colecestrie uiderint expedire propter uetustatem signi uel percameni: abbas et conuentus de Waledene sigillo sui capituli cartam istam cirographatam sub ejusdem tenore renouabunt. sic abbas et conuentus Colecestrie facient eis. sic etiam erit si alterum horum monasteriorum suum super hiis perdiderit uel sublatum fuerit instrumentum aliquo modo: per remanens instrumentum uel hinc inde absque contradictione debet renouari. Quilibet etiam abbas de Waledene succedens abbati Roberto infra quadraginta dies proximos post benedictionem suam sine malo ingenio in capitulo monachorum Colecestrie fide-

litatem eis faciet inspectis euuangeliis de predicta firma statutis terminis soluenda. et tunc Sancto Johanni offeret unum cereum unius libre cere. Si uero predictus abbas de Waledene fidelitatem eis facere noluerit uel idem abbas et conuentus uel eorum successores predictam firmam statutis terminis non soluerint. licebit predictis abbati et conuentui Colecestrie omnes dictas decimas in manus suas capere et de eisdem ad libitum suum disponere omni appellatione et contradictione remotis. Et si abbas et conuentus de Waldene per se uel per aliquos opposuerint uel aliquod impedimento machinati fuerint quo minus abbas et conuentus Colecestrie decimas predictas in tali casu pacifice possideant. predictus abbas et conuentus de Waledene soluent nomine pene ad operationem Sancti Pauli quinquaginta solidos. et jure possidendi prelibatas decimas perpetuo priuabuntur. Hec autem omnia fideliter obseruanda tam abbas et conuentus de Waledene quam abbas et conuentus Colecestrie pro se et suis successoribus in uerbo ueritatis firmiter promiserunt et hincinde presens scriptum sigillis capitulorum suorum cirographatum consignauerunt.

Inter ecclesias Sancti Johannis et de Oseneia de .lx. solidis pro decimis de Bertona et Sanford.

HEC est conuentio facta inter abbatem et conuentum Colecestrie ex una parte et abbatem et conuentum de Oseneia ex altera. videlicet quod predicti abbas et monachi concesserunt et tradiderunt dictis canonicis omnes decimas tam majores quam minores eos contingentes in parochiis ecclesiarum de Bertona et de Sanfordia et in Leaduuelle et in graua de terra Johannis de Sancto Johanne cum duabus acris terre quas habuerunt in Bertona pro manso. et pro uno manso quod habuerunt apud Sanfordiam cum una acra terre ibidem que Johannes de Sancto Johanne clericus tenuit de eisdem. habendas et tenendas dictis canonicis de predictis monachis nomine perpetue firme. reddendo inde annuatim sexaginta solidos esterlingorum infra octo dies proximo precedentes festum natiuitatis Sancti Johannis Baptiste apud Colecestriam. Si uero prefati canonici ad terminum statutum prefatum redditum loco predicto non soluerint. dabunt dictis monachis quotiens hoc

euenerit decem marcas nomine pene ad monitionem abbatis Colecestrie certo die a se dato sibi inferendas. Si autem necessitas uocauerit abbatem Colecestrie in partes Oxonie debetur eidem abbati et hominibus suis et .VIII. equitaturis in domo Oseneie procuratio competens per tres dies si idem abbas tantum uoluerit ibidem morari. Salua autem erit Johanni filio Willelmi de Sancto Johanne clerico dictorum monachorum firma sua super decimis eisdem. et terris prefatis quas de eis tenet usque ad completum terminum suum et non ultra. Si uero infra terminum decesserit uel aliter decimas illas possidere desierit: prefati canonici omnes illas decimas statim suscipient et possidebunt. et deinceps pro eis prefatam pecuniam annuam soluere incoabunt. ita scilicet quod in primo anno postquam in possessione fuerint dictarum decimarum ante perceptionem fructuum primi anni reddent pre manibus prefatis monachis redditum totius unius anni integre. scilicet .LX. solidos. et postea perceptis fructibus secundi anni predictum censum annuum soluent in prefato termino et loco statuto. Jus autem predictarum decimarum tenentur abbas et monachi Colecestrie eisdem canonicis eorundem canonicorum sumptibus warantizare. Est etiam sciendum ut nulla uetustate a memoria hominum dimissio ista sicut supra scriptum est auocetur: quod quotiens uisum fuerit monachis expedire debet ista scriptura noua signatione sigilli capituli de Oseneia renouari. Mutato etiam prelato ecclesie de Oseneia qui nunc est omnes sibi succedentes prelati per se uel procuratorem suum in capitulo Sancti Johannis Colecestrie infra .XL. dies a sua intronizatione fidelitatem uenire debent super premissis prestituri. unum bisantium ibidem in manum presidentis oblaturi. Eisdem canonicis prelibata pena plectendis si et hoc non fuerit observatum. Idem uero abbas et canonici onera eisdem decimis incidentia semper sustinebunt. In hujus autem rei robur perpetuum et testimonium prefate partes presenti scripto in duas partes diuiso mutua signa sua apposuerunt. Cujus scripti partes penes memoratos monachos et canonicos altrinsecus resident.

Inter nos et Canonicos de Waltham de quibusdam terris in Takeleia.

Sciant presentes et futuri quod Henricus abbas et conuentus de Walham concesserunt et presenti carta confirmauerunt Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris totam terram cum pratis pascuis et aliis suis pertinentiis quam Thomas de Elsenham aliquando tenuit de eis de feodo Willelmi de Hauuilla in uilla de Takeleia. in quam habuerunt ingressum per predictum Thomam. habendam et tenendam eisdem monachis et successoribus suis libere quiete et pacifice de eis et successoribus suis solutam et quietam ex omnibus seruitiis halimotis et exactionibus ad eos pertinentibus. reddendo inde annuatim eisdem canonicis de Waltham quatuor solidos ad quatuor terminos. videlicet ad Pascha duodecim denarios. ad festum Sancti Johannis Baptistę duodecim denarios. ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios et ad Natale duodecim denarios pro omnibus seruitiis ad eos pertinentibus. saluo seruitio domini regis quantum pertinet ad tantam terram ejusdem feodi in eadem villa. et quietum clamauerunt totum clamium quod habuerunt uel habere potuerunt in predicta terra cum suis pertinentiis de eis et successoribus suis inperpetuum. Et ut hec confirmatio firma sit et stabilis sigillo capituli sui presens scriptum roborare curauerunt. Data ab incarnatione domini anno M°CC°XXXVIII. .V. Kalendas Augusti ciclo lunari .IIII°.

Inter easdem ecclesias de terra Pinhnute in Takeleia.

Nouerint vniuersi hanc cartam uisuri uel audituri quod Willelmus abbas Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et ejusdem loci conuentus concesserunt et dederunt et hac carta sua confirmauerunt Deo et ecclesie et canonicis regularibus Sancte Crucis de Waltham septem acras et dimidiam terre sue arabilis cum omnibus suis pertinentiis in parochia de Takeleia. quas uidelicet predicti abbas et conuentus Colecestrie habuerunt in dominio suo de terra quam tenuit aliquando Robertus Pinhnute. habendas

et tenendas ipsis ecclesie et canonicis inperpetuum libere quiete et pacifice de eis et successoribus suis. reddendo inde ecclesie sue de Colecestria et ipsi abbati et monachis per annum duodecim denarios. ad Pascha sex denarios. et ad festum Sancti Michaelis sex denarios pro omnibus consuetudinibus auxiliis halimotis et aliis exactionibus ad eos pertinentibus. Ipsi uero abbas et monachi et eorum successores prenominatam terram prefatis ecclesie et canonicis contra omnes homines semper warantizabunt. Et in testimonium cartam istam prenominatis ecclesie et canonicis fecerunt sigillo suo communi sigillatam.

Quoddam excambium inter ecclesias Sancti Johannis et Sancti Botulfi Colecestrie.

SCIANT tam presentes quam futuri quod uniuerse querele et controuersie que uersabantur inter ecelesiam Sancti Johannis Baptiste et ecclesiam Sancti Botulfi de Colecestria siue de molendinis siue de excambiis siue de uiis siue de ecclesiis ita terminate sunt et consopite per Gillebertum abbatem et Johannem priorem canonicorum. In primis de excambiis communi amicorum arbitrio decretum est ut stent et firmiter maneant. De ecclesiis ita pax prouisa est. ut ecclesia Sancti Botulfi liberam et absolutam suam quartam in ecclesia Sancti Petri recognoscat et remittat Sancto Johanni. De uiis quod una acra pro altera excambitur ut canonici liberius suum habeant caredium. De molendino Hethe prouisum est ut caderet. et in operis et inpensis prioris Sancti Botulfi transferretur ad quendam locum qui est in communi feudo predictarum ecclesiarum scilicet juxta Rutende Welle et ibi a priore re-edificaretur. Et de hoc molendino reddat ecclesia Sancti Botulfi ecclesie Sancti Johannis Baptiste singulis annis dimidiam marcam argenti. scilicet .XL. denarios ad Pascha et .XL. denarios ad festum Sancti Michaelis. Et quicquid de cetero de molendino contingat. siue stet siue non stet. reddat inperpetuum ecclesia Sancti Botulfi ecclesie beati Johannis de suo certo redditu predictam dimidiam marcam ad predictos terminos. Hec transactio communi consensu conuentuum utriusque ecclesie facta est. Hiis testibus ex parte

abbatis Radulfo Britone Cunestable. Roberto de Wiggeberia. Magistro Rennulfo de la Haie. Willelmo le Gros. Oseberno de Claketune. Turstano le portir. Ex parte autem prioris. Radulfo Britone. Adam presbitero. Galfrido filio Benedicti. Hugone filio Stephani. Giliberto filio Brun. Waltero de Belgrant. Johanne vicecomes Colecestrie.

Item aliud excambium de terris inter ecclesias predictas.

Sciant presentes et futuri quod Walterus abbas Colecestrie cum assensu conuentus sui donauit in excambio Johanni priori Sancti Botulfi. assentiente ei super hoc conuentu suo. tresdecim acras in Suuetingesfeld pro duodecim acris quas canonici habuerunt juxta curiam monachorum sub hac conditione. vt carta illa que facta fuit tempore abbatis Gilleberti inter ecclesiam Sancti Johannis et ecclesiam Sancti Botulfi amodo rata et inconcussa utrinque habeatur. excepto quod acra illa quam monachi debuerunt escambire canonicis ut per eam carredium suum facerent. libera et quieta remanet Sancto Johanni. Istoque escambio omnes lites et querele inter predictas ecclesias inperpetuum sunt consopite. Testes sunt Rodbertus decanus de Bercholta. qui eo tempore archidiaconi uices gerebat. Rodbertus presbiter de Wiggeberia. Thomas decanus Colecestrie. Thomas de Sancto Petro. Margariz. Adam. Petrus. Ailuuardus presbiteri Colecestrie. Osebernus de Claketune. Gillebertus filius Brun. et Nicholaus frater ejus. Galfridus filius Benedicti. Benedictus filius Willelmi. Magistro Reimundus. Hugo filius Stephani. Laurentius.

Item aliud excambium de quibusdam terris inter ecclesias predictas.

Notum sit omnibus qui has litteras uiderint uel audierint quod Adam abbas Colecestrie et ejusdem loci conuentus dederunt in escambium Henrico priori Sancti Botulfi et ejusdem loci conuentui octo acras terre que uocatur Bramlilond pro octo acris terre que uocatur Ældeneptune cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento. saluis decimis predictarum octo acrarum de Ældeneptune ecclesie Sancti Botulfi. et saluis

decimis octo acrarum de Bramblilonde ecclesie Sancti Petri de Colecestria. Et ut hoc escambium ratum et firmum inperpetuum permaneat sigillum ecclesie Sancti Botulfi. quod parti cyrographi Sancti Johannis dependet. et sigillum ecclesie Sancti Johannis. quod parti cyrographi Sancti Botulfi dependet. testificatur. Hiis testibus Osberto filio Heruei. Wimundo de Witenham. Johanne filio Radulfi. Symone filio Marciani. Reimundo filio Galfridi. Radulfo Janitore. Nicholao dispensatore. Thoma Marescallo. Symone clerico hominibus abbatis.

Item quedam conuentio inter ecclesias memoratas de boscis.

Ab incarnatione domini anno M°CC° sexto ita conuenit inter abbatem Adam et monachos Colecestrie ex una parte et Henricum priorem et canonicos Sancti Botulfi ex altera parte de mercis et diuisis et pasnagiis boscorum suorum et pasturarum suarum in Bircho et Estho. scilicet quod boscus quem abbas clausit ad Birchet cum pastura et toto pasnagio quieta remanebunt abbati et monachis a priore et canonicis et suis omnibus. sed et licebit predicto priori et canonicis claudere del Est illius bosci suam pasturam a quadam cornera sui tenentis nomine Picot usque ad murum clausi monachorum. ita tamen quod juxta illum murum possint abbas et sui ingredi juxta circuitum illum ad uidendum murum suum et emendandum. Et boscus prioris juxta murum monachorum del Est illius muri a clauso predicte cornere cum pastura et pessun: quietus erit priori et canonicis de abbate et suis omnibus. excepta illa via juxta murum ad Hech quam canonici facient et omnes pasture alie que abutant ad murum clausum abbatis del Est et de Suth erunt communes hominibus abbatis et prioris qui ibi juxta manserint. et quicunque ex illis monachis uel canonicis uoluerit et potuerit claudere ex illis suis pasturis claudat. Preterea sciendum est quod abbas et monachi dimiserunt priori et canonicis duodecim denariatos redditus quem Willelmus clericus de Legre illis monachis reddere solebat de terra sua in Legre cum ipso Willelmo et terra sua in escambium aliorum duodecim denariatorum redditus quos Symon filius Marciani pro pace illarum ecclesiarum dedit predictis monachis. Similiter

dimiserunt abbas et monachi priori et canonicis Leuegarum natiuum suum cum toto tenemento suo quod abutat super aquam descendentem a molendinis prioris et cum tota alia terra illius Leuegari. et reddent inde prior et canonici singulis annis abbati et monachis quatuor solidos et octo denarios ad duos terminos. medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Michaelis quamdiu tenementum illud tenere uoluerint. Ita tamen quod predictus prior uel successores sui nunquam facient aliquam instagnationem propinquiorem uiuario monachorum in Gresnesteda quam fuit in die hujus concordie et conuentionis sine licentia abbatis et monachorum. Placet etiam abbati quod tenementa predictorum Willelmi et Leuegari gaudeant libertatibus quas habere poterunt occasione libertatum abbatis quia sunt de feudo Sancti Johannis. Preterea sciendum est quod licebit priori et canonicis claudere boscum suum in Estho. saluis abbati et monachis uiis quas habere solent. ita quod si animalia abbatis uel suorum per debilitatem sepium suarum intrauerint non inparcabuntur. Et in tempore pessun per uisum legalium hominum illorum monachorum et canonicorum secundum portionem et quantitatem boscorum et pessun abbatis et canonicorum per estimationem fidelem de porcis illorum agistabitur uterque boscus de Estho. et secundum hoc utraque pars sibi debitum pasnagium percipiet. Et ut hec conuentio firma et stabilis perseueret presenti scripto cyrographato et monasteriorum suorum sigillis roboratur. Hiis testibus. Simone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Osberto Camerario. Ricardo filio Gileberti. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Galfridi. Reimundo filio Galfridi. Ricardo de Peltindone. Thoma de Estrate. Felicio fratre suo. Nicholao dispensatore. Willelmo marescallo. et multis aliis.

Inter ecclesiam Sancti Botulfi et Symonem filium Marciani de ecclesia Sancti Nicholai.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod Symon filius Marciani aduocatus ecclesie Sancti Nicholai de Colecestria assensum prestitit quod clericus quicunque fuerit ad ejusdem Symonis uel succes-

sorum suorum presentationem in eadem ecclesie Sancti Nicholai persona institutus. duodecim denarios nomine elemosine canonicis Sancti Botulfi de Colecestria annuatim persoluat sicut antiquitus percipere consueuerunt. Ita tamen quod canonici Sancti Botulfi nichil amplius poterunt sibi in eadem ecclesia uendicare. Et ut hoc stabile maneat et firmum tam prenominatus Symon quam prior et canonici Sancti Botulfi hoc cyrographum in tres partes diuidendum. in hujus rei testimonium sigillorum suorum appositione roborauerunt. Hiis testibus. Adam abbate Colecestrie. Magistro Johanne de Cantia. officiali domini Lundoniensis episcopi. Magistro G de Plaisseto. Magistro W de Risendune. Salomone capellano domini Lundoniensis. Thoma Brunone. Johanne. Jacobo. capellanis Colecestrie. Willelmo de Haia. Waltero de Haia. Ricardo filio Gilleberti. Osberto camerario. Nicholao filio Galfridi. Nicholao filio Walteri. Johanne filio Radulfi. Reimundo filio Galfridi. Ricardo filio Marciani. Alexandro fratre suo.

Inter nos et canonicos de ecclesia Sancti Petri Colecestrie.

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis cyrographum hoc inspicientibus et inspecturis innotescat abbatem Adam Sancti Johannis Colecestrie et conuentum suum ex una parte et Hasculfum priorem Sancti Botulfi Colecestrie et conuentum ejusdem loci ex altera super jure patronatus ecclesie Sancti Petri Colecestrie de quo non mediocris questio et controuersia inter eos uertebatur : in amicabilem compositionem transisse in hac forma. vt cum ecclesiam Sancti Petri Colecestrie vacare contigerit liberam habeant potestatem et facultatem Prior Sancti Botulfi et suus conuentus qualemcunque uoluerint personam inperpetuum presentandi ad ipsam. nulla obsistente reclamatione appellatione uel contradictione a parte prefati abbatis et sui conuentus. Salua tamen monasterio Sancti Johannis Colecestrie pensione annua et antiqua quinque solidorum et quatuor denariorum de predicta ecclesia per manum rectoris ejusdem abbati Sancti Johannis et monachis annuatim ad duos terminos ratione antiqui juris inferenda. scilicet dimidium infra octabas Pasche et aliud dimidium infra

octabas Sancti Michaelis. et ita singulis annis. Et ut ista compositio perpetuum robor obtineat illam mutuis sigillis capitulorum suorum roborare curauerunt.

De quinque solidatis et quatuor denariatis redditus.

SCIANT presentes et futuri quod ego Hasculfus dictus prior Sancti Botulfi et totus conuentus ecclesie nostre vnanimiter in hoc consentientes donauimus et concessimus Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie et abbati et conuentui ejusdem loci et successoribus eorum quinque solidatos redditus et quatuor denariatas inperpetuum hiis locis percipiendos. scilicet de terra que fuit Ranulfi Sparwe in Horshee juxta parcum de Lexedene quatuor solidos per manus Alicie et Matildis Sparwe mulierum et successorum illarum abbati et conuentui Sancti Johannis Baptiste Colecestrie ad duos terminos reddendos. videlicet dimidium infra octabas Pasche et aliud dimidium infra octabas Sancti Michaelis. De quibus quatuor solidis predicti abbas et conuentus reddent annuatim domino Alexandro de Brichlingeseya et heredibus suis quatuor denarios inperpetuum ad duos terminos. Et sexdecim denarios de uno mesuagio cum una acra terre sibi adjacente. quod mesuagium et que acra olim fuerunt Roberti Blake juxta Colecestriam in Hedstrate. per manum Johannis presbiteri qui illud tenet et successorum suorum annuatim reddendos predicti abbati et monachis ad dictos terminos. Hanc autem donationem et concessionem tam nos quam successores nostri prefatis abbati et conuentui contra omnes mortales warentizare tenemur. Et ut hec donatio et concessio perpetuum robur obtineat eam auctentico sigillo capituli nostri fecimus confirmari. Hiis testibus. Gileberto decano Colecestrie. Willelmo Britone. Alexandro de Brichigeseya. Ricardo Batale. Ricardo de Asketot. Ricardo de Perstude militibus. Nicholao dispensatore. Michaele mercatore. et Nicholao filio Thome tunc balliuis Colecestrie. Johanne Strut. Waltero urso. Roberto Ragod. Jordano et Willelmo clericis abbatis. Gregorio et Johanne de Sancto Botulfo. Godefrido de Hauekestune. et aliis.

Quedam compositio inter ecclesias Sancti Botulfi et de Hetha.

Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo uicesimo septimo conuenit inter Adam abbatem et conuentum Sancti Johannis de Colecestria ex una parte et Hasculfum priorem et conuentum Sancti Botulfi de Colecestria ex altera super causa que uertebatur inter predictos priorem et conuentum ex una parte coram judicibus a sede apostolica delegatis et Nicholaum capellanum uicarium ecclesie Sancti Leonardi de Colecestria ex altera. Que uidelicet ecclesia Sancti Leonardi spectat ad abbatem et conuentum memoratos: videlicet quod prior et conuentus Sancti Botulfi concesserunt ecclesie Sancti Leonardi predicte ut perpetuo precipiat decimas feni quatuor acrarum quas Ricardus filius Gilleberti et Euerardus molendinarius tenuerunt aliquando de feodo suo in prato salso apud Hetham. Prefati autem prior et conuentus percipient omnes decimas feni prouenientes de duabus acris adjacentibus que sunt de feodo Willelmi de Haia et de toto residuo prato adjacenti eisdem pertinenti ad ipsos et eorum tenentes sine omni contradictione inperpetuum. Et preterea omnes decimas illas prouenientes de Sokaham tam de pastura quam de terra arabili. que Soka se extendit ibidem a terra Walteri Vrsi per boscum qui uocatur Hedho ad molendinum eorum quod uocatur Newemelne. percipient predicti prior et conuentus Sancti Botulfi inperpetuum tamquam ad se spectantes. saluis ecclesie Sancti Leonardi minutis decimis prouenientibus de animalibus parochianorum suorum que sunt cumbantia et leuantia in parochia Sancti Leonardi. saluis etiam eidem ecclesie decimis garbarum de terris quas tenent Christiana Kiuich. Eadmundus Pullehare et ceteri manentes infra clausum illum uersus terram Walteri Ursi sicut terre ille fossatis domibus et magna strata circumcinguntur. Quas quidem decimas prefata ecclesia Sancti Leonardi percepit multis retro temporibus. Si uero contingat quod prelibata pastura que modo jacet inculta aliquo inposterum tempore redigatur in culturam : non obstante eo quod ecclesia Sancti Leonardi ad presens de animalibus parochianorum suorum decimas minutas percipit : ecclesia Sancti Botulfi omnes decimas exinde perpetuo

possidebit. Post decessum autem predicti Nicholai capellani dicti abbas et conuentus nullum consilium uel auxilium prestabunt uicariis qui pro tempore fuerint in ecclesia Sancti Leonardi quo minus hec compositio et conuentio robur optineant perpetue firmitatis. si forte contra eandem aliquo titulo temere uenire presumpserint. Et sic omnis controuersia inter dictas ecclesias mota mediante compositione ista est sopita. Renuntiatumque est ab utroque latere omnibus impetratis et impetrandis. priuilegio fori et omnibus per que ea que per presentem conuentionem acta sunt. possint in irritum deuocari. Et ut hec omnia sicut prescripta sunt firma permaneant. hac carta cirographata ex una parte sigillo capituli Sancti Johannis Colecestrie et ex altera parte sigillo capituli Sancti Botulfi confirmata et corroborata sunt. Hiis testibus. Domino Laurentio priore de Bernewelle. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Galfridi. Thoma de Estrate. Elya filio Turstani. Thoma filio Radulfi. Rogero Belet. Waltero Urso. Galfrido filio Reimundi. Johanne Strut. et aliis.

De tribus solidis in ecclesia de Thuritona.

Hec est conuentio que facta fuit inter Gilebertum abbatem Colecestrie et conuentum ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et Gaufridum Talebot et uxorem ejus Agnetem et filium eorundem Gaufridum Talebot. concedente Ricardo Lundoniensi episcopo. de ecclesia de Turrituna quam Gilebertus abbas et conuentus calumpniabat juste debere subici ecclesie de Brichtlingeseia. videlicet quod clericus qui tenebit uel tenet jure perpetuo ipsi abbati uel conuentui predicto dabit singulis annis .III. solidos uel in ipsa uigilia. uel in ipso die festo Sancti Johannis Baptiste. Preter hoc: Idem Gaufridus Talebot et uxor ejus Agnes et filius eorumdem concedunt predicte ecclesie Sancti Johannis duas acras et dimidiam in hundredo de Berdestapla : que jacent in quadam cultura quam idem Gaufridus prius eidem ecclesie Sancti Johannis Colecestrie dederat. et hoc fine et hac conuentione Gilebertus abbas et conuentus predictus clamant solam et quietam ecclesiam de Turitune de calumpnia quam prius habebant. Hujus conuentionis testes sunt Ricardus Lundoniensis episcopus. et ceteri.

Licentia habendi capellam in Chaluedone.

SCIANT presentes et futuri quod ego Walterus abbas et conuentus monachorum Colecestrie concessimus Ailwardo domini regis camerario ut habeat capellam in dominio suo in Chaluedone. salua indempnitate matris ecclesie de Picheseia. in cujus parrochia illud dominium esse dinoscitur. Cum uero Ailwardus uel uxor ejus ibi presens fuerit. per capellanum de Picheseia obuentiones ad commodum matris ecclesie suscipientem qualibet die diuina celebrentur. Cum uero absentes fuerint: qualibet septimana totius anni tribus diebus in predicta capella per eundem capellanum sacrosancta tractentur. excepto quod predictus Ailwardus cum familia sua in die natiuitatis Domini et in die Pasche matrem ecclesiam de Picheseia uisitet officium diuinum auditurus. et predictus Ailwardus decimam de Chaluedune quam ab antiquis temporibus habuimus carta sua confirmauit. Preterea nobis totam decimam suam excepta decima unius marisci plenarie concessit et confirmauit. Nos uero totam decimam de duobus mariscis Thome nepoti Ailwardi quoad uixerit caritatiue de nobis tenendam per annuam pensionem unius libre cere concessimus. Ne igitur hec concessio nostra et predicti Ailuuardi confirmatio in irritum possint reuocari: cirographo isto et sigillis tam abbatis et conuentus quam ipsius Ailuuardi appositis roborantur et certificantur.

De .xl. solidis pro decimis de Newsels.

VNIUERSIS sancte matris ecclesie filiis presentes litteras uisuris uel audituris Willelmo permissione diuina abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem in domino. Vniuersitati uestre notum facimus quod cum uiri religiosi abbas et conuentus monasterii Sancti Martini de Sagio nos super duabus partibus omnium decimarum tam majorum quam minorum de manerio quod uocatur Niweseles in parrochia de Berqueia Londoniensis diocesis prouenientium coram dominis decano et thesaurario Cicestrensibus principalibus judicibus auctoritate apostolica traxissent in

causam : iidem judices cognitis ipsius cause meritis ordine juris in omnibus obseruato: predictas duas partes omnium decimarum predictarum tam majorum quam minorum quocunque nomine censeantur de predicto manerio quod uocatur Niewesele prouenientium prefatis abbati et conuentui de Sagio utpote ad dictum monasterium eorum de jure pertinentes per sententiam diffinitam adjudicarunt. Nos uero predicte sententie parere uolentes eidem sponte adquiescimus. ac ut eadem sententia sine difficultate qualibet in auctoritatem rei judicate transeat. omnibus appellationibus tam ab eadem quam a grauaminibus quibuscumque interpositis et interponendis. necnon et omnibus litteris super hiis impetratis et impetrandis et omnibus processibus habitis. per easdem sponte renuntiamus. atque predictas duas partes omnium decimarum predictarum tam majorum quam minorum de dicto manerio quod uocatur Niwesele in parrochia de Berqueie prouenientium quocumque jure censeantur ad prefatum monasterium Sancti Martini Sagiense de jure pertinere recognoscimus et presentibus confitemur. Ad hec ad uniuersitatis uestre notitiam uolumus deuenire. nos omnes predictas decimas tam majores quam minores a prefatis abbate et conuentu de Sagio ad firmam perpetuam scientur recepisse pro .XL. solidis annuis bonorum et legalium sterlingorum ad duos terminos eisdem abbati et conuentui Sagiensibus uel eorum procuratori seu certo nuntio apud Colecestriam in ecclesia conuentuali Sancti Botulfi soluendis. videlicet in crastino Sancti Michaelis .xx. solidos et in crastino dominice qua cantatur Quasimodo geniti .xx. solidos. tali conditione adjecta quod si in solutione alicujus termini per culpam nostram cessauerimus: liceat prefatis abbati et conuentui Sagiensibus tanquam dominis rem propriam per se uel per procuratorem suum omnes predictas decimas propria auctoritate resumere et reuocare. ac de eisdem ex tunc perpetuo pro uoluntate sua disponere et ordinare. omni appellatione et contradictione cessantibus. nisi abbas et conuentus Colecestrie predicti infra .VIII. dies subsequentes satisfecerint de predicta firma. ad hoc interpellati per procuratorem dictorum abbatis et conuentus Sagiensium. et de expensis ob moram factis sacramento dicti procuratoris declarandis. Hoc insuper adjuncto quod si in solutione alicujus termini per culpam nostram

defecerimus nec permiserimus prelibatos abbatem et conuentum Sagienses uolentes predictas decimas reuocare de eisdem pro uoluntate sua disponere: promittimus et tenemur per stipulationem legitimam omnia dampna que dicti abbas et conuentus Sagienses propter hoc sustinuerint sibi resarcire. et omnes expensas quas fecerint pro dictis decimis reuocandis seu recuperandis reddere et persoluere. et nichilominus omnes predictas decimas restituere. Super quibus dampnis et expensis uolumus quod credatur juramento procuratoris dictorum abbatis et conuentus Sagiensium habentis speciale mandatum ad jurandum in animas eorundem. Pro quibus omnibus et singulis supradictis obseruandis et adimplendis: nos abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie predicti nos et monasterium nostrum cum omnibus bonis suis presentibus et futuris mobilibus et immobilibus prouentibus et redditibus tam ecclesiasticis quam mundanis prefatis abbati et conuentui Sagiensibus. et maxime usque ad satisfactionem omnium dampnorum si qua sustinuerint et solutionem omnium expensarum ut supradictum est probandarum si que fecerint ob culpam nostram: specialiter obligamus. Renuntiantes in his omnibus et singulis supradictis omni juris auxilio canonici et ciuilis. priuilegio clericatus et fori. omni consuetudini et statuto. et specialiter beneficio restitutionis in integrum et specialiter beneficio quo fungitur ecclesia uice minoris et omnibus litteris apostolicis et indulgentiis contra predicta modo quolibet a sede apostolica seu a sede Cantuarie uel ab aliis quibuscumque impetratis et impetrandis. cunctisque constitutionibus editis in concilio Lugdunensi et omni appellationi. et specialiter beneficio tuitionis cujuslibet a sede Cantuarie impetrande. exceptioni doli in factum et omni alii exceptioni reali et personali que possent obici contra istud factum uel hoc instrumentum. In cujus rei euidentiam pleniorem presens instrumentum sigillo auctentico capituli nostri et abbatis predicti roborauimus. Data in capitulo nostro aput Colecestriam presentibus fratribus die Lune proxima ante festum Sancti Martini hiemalis anno domini M°.CC.°X°L. nono.

De .xl. solidis soluendis abbati de Sagio.

Uniuersis Sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris hoc scriptum uisuris uel audituris: Johannes Dei gratia abbas monasterii Sancti Martini de Sagio et ejusdem loci conuentus eternam salutem in domino. Ad notitiam uestram uolumus peruenire nos ex communi totius capituli nostri consensu pro nobis et successoribus nostris concessisse dimisisse et presenti scripto confirmasse viris religiosis abbati et monachis Sancti Johannis Colecestrie et suis successoribus inperpetuum. duas partes omnium decimarum tam majorum quam minorum de dominico predecessorum Willelmi de Roffa militis de manerio quod uocatur Nieweseles infra limites parrochie de Berqueie quibuscumque modis creuerint prouenientium. et omnes decimas ad nos aliquo tempore infra limites dicte parrochie spectantes quocumque jure siue quocumque nomine censeantur: integraliter ad perpetuam firmam pro .xl. solidis annuis nobis soluendis in ecclesia Sancti Botulfi Colecestrie conuentuali uel certo nuntio litteras nostras patentes uel litteras procuratoris nostri in partibus Anglicanis constituti super receptione firme dicte deferenti ad duos anni terminos. scilicet in crastino Sancti Michaelis .xx. solidos et in crastino dominice qua cantatur. 'Quasi modo geniti.' .xx. solidos. Ita quod nos uel successores nostri in posterum aliquo casu in memoratis decimis seu in parte earundem nichil amplius quam .xl. solidos predictos terminis supra scriptis poterimus exigere extorquere uel uendicare dum tamen dicti abbas et monachi Colecestrie in dictis .xl. solidis annuis predictis terminis statutis ut supradictum est nobis satisfecerint uel infra octo dies subsequentes per procuratorem nostrum interpellati unacum expensis occasione dicte solutionis non facte suis terminis ob moram eorundem sacramento dicti procuratoris declarandis. Et si contingat quod aliquis predictos abbatem et monachos Colecestrie super decimis memoratis aut earundem aliqua parte inquietauerit uel eorum possessionem in eisdem perturbauerit: nos. cum per patentes litteras dictorum abbatis et conuentus Colecestrie legitime fuerimus interpellati: cum omni diligentia eos juuabimus ad predictas decimas contra quoscumque perturbatores et inquietatores

quatenus de jure tenemur et debemus eisdem optinendas. Ad hac uero exhibebimus eisdem omnia munimenta tam papalia quam regalia et episcopalia et patronorum dictas decimas aliquo tempore nobis conferentium super eisdem quotiens necesse fuerit. dummodo nobis caueatur de predictis instrumentis nobis infra certum tempus restituendis. Et si per culpam nostram negligentes inueniri possimus in aliquo articula suprascripto postquam per literas patentes dictorum abbatis et conuentus Colecestrie legitime fuerimus interpellati : liceat eisdem abbati et monachis Colecestrie per retentionem dicte firme annue et per perceptionem dictarum decimarum pacificam sibi subuenire. Ceterum si contingat nos aut successores nostros aut aliquem ex parte nostra alicujus temporis processu dictos abbatem et monachos Colecestrie seu eorum successores super decimis predictis aut earumdem aliqua parte inquietare presumere seu eorum pacificam possessionem injuste contra formam prescriptam perturbare seu huic scripto in aliqua sui parte contraire : omnia dampna que sustinuerint ob culpam nostram occasione dicte inquietationis seu perturbationis seu contrarietatis eis plene citra omnem actionem mouendam resarciemus et omnes expensas in lite fatiendas refundemus. juramento procuratoris eorumdem credendo habentis speciale mandatum ad jurandum in animas eorumdem. Obligamus etiam nos et omnes terras nostras et redditus nostros et omnia bona nostra mobilia et immobilia habita et habenda in partibus Anglicanis sita et inuenta mundana et ecclesiastica predictis abbati et monachis Colecestrie usque ad satisfactionem omnium dampnorum si qua sustinuerint ob culpam nostram. et ad solutionem omnium expensarum ut supradictum est probandarum si quas fecerint ob culpam nostram. et ad omnia prescripta et singula obseruanda et plene perimplenda : omnibus actionibus realibus et personalibus beneficio restitutionis in integrum et beneficio quo fungitur ecclesia uice minoris. et exceptioni doli in factum et omnibus aliis exceptionibus tam in jure quam in facto consistentibus. et omnibus appellationibus interpositis et interponendes et omnibus impetratis et impetrandis. et omni juris auxilio tam canonici quam ciuilis et omni priuilegio clericatus et fori et omnibus constitutionibus in consilio Lugdunensi seu alias editis. et omnibus litteris apostolicis et indulgentiis et

omnibus competentibus et competituris generalibus seu specialibus et tuitioni a sede Cantuarie. in omnibus et singulis per que seu per quod hec predicta concessio dimissio et confirmatio posset infirmari seu eorum pacifica possessio in omnibus decimis memoratis seu in parte aliqua earumdem perturbari seu istud scriptum in aliqua sui parte uitiari alicujus temporis processu uel contra presens scriptum posset obici : plene et penitus renuntiamus. Et ut omnia premissa et singula robur perpetue firmitatis sicut predictum est optineant ·: presenti scripto sigillum capituli nostri autenticum et abbatis predicti apposuimus. Hiis testibus. *et cetera.* Data in capitulo nostro aput Sagium presentibus fratribus die Lune proxima ante festum Sancti Martini hiemalis anno domini M°CC°.XL°. nono.

De uno canonico pro Symone de Neilondia.

UNIUERSIS Christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Johannes de Colum prior ecclesie Sancti Botulfi Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem in domino sempiternam. Ad uniuersitatis uestre notitiam uolumus peruenire nos unamini assensu totius capituli nostri concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse domino Symoni uicario ecclesie de Thorp ut habeat in ecclesia nostra memorata canonicum sacerdotem pro eo inperpetuum diuina celebrantem. Cujus canonici presentatione et assignatione dicti Symonis domino abbati Sancti Johannis Colecestrie qui modo preest et suis successoribus abbatibus ejusdem loci inperpetuum libere et licite concedimus et hac eadem carta confirmauimus. fideliter promittentes quod abbas Sancti Johannis Colecestrie ydoneum presentatum sine omni cauillatione et contradictione in canonicum et in fratrem quotiens casus obitus canonici sui contigerit recipiemus. Ita tamen quod dictus abbas consanguineos dicti Symonis in hujus modi presentatione preferat extraneos dum modo de sua consanguinitate aliquis super fuerit ydoneus. et sic per unum canonicum qui pro dicto Symone assignatur conuentus noster specialiter inperpetuum habeat augmentum. Idem uero canonicus ad totam uitam dicti Symonis singulis diebus missam communem pro defunctis celebrabit cum toto obsequio defunctorum. scilicet 'Dirige.' 'Placebo.'

'Comendatio.' nisi contingat dictum obsequium fieri in choro post obitum que illius pro anima sua specialiter cotidie celebrabit cum oratione 'Inclina domine.' exceptis diebus Sabbatis et festis prime et secunde dignitatis in quibus de Domina uel de festis quorum solempnitas agitur eidem missam cantare licebit. habita tamen de dicti Symonis anima in ipsa missa memoria speciali. Si uero abbate Sancti Johannis Colecestrie aliquem qui non fuerit sacerdos nobis presentare contigerit: nos quousque ille ad sacerdotium promotus fuerit alium ydoneum de fratribus nostris per ordinationem prioris et conuentus de consensu abbatis memorati ad dictum officium exequendum assignabimus. Similiter si ejusdem canonicus sacerdos prefatus corporis infirmitate seu aliqua alia causa fuerit prepeditus quo minus diuina sibi assignata celebranda noluerit siue non poterit celebrare. ne dictus Symon beneficio sibi concesso defraudetur. alius noster canonicus sacerdos defectus suos supplebit. Subicientes nos et successores nostros jurisdictioni cujusqumque judicis ordinarii seu delegati quem abbas Sancti Johannis Colecestrie quicumque pro tempore fuerit duxerit eligendum ad omnium premissorum per sententiam majoris excommunicationis sine strepitu judiciali obseruanciam. et expensas si quas idem abbas ratione hujus concessionis non obseruate fecerit eidem abbati persoluemus. super quibus uolumus quod credatur juramento procuratoris ejusdem abbatis ad hoc speciale mandatum habentis. Pro quibus omnibus et singulis supradictis obseruandis et adinplendis nos predicti prior et conuentus Sancti Botulfi nos et ecclesiam nostram cum omnibus bonis nobis et dicte ecclesie nostre spectantibus prefato domino abbati Sancti Johannis Colecestrie et suis successoribus usque premissorum satisfactionem specialiter obligamus. Renuntiantes in hiis omnibus singulis supradictis omni juris auxilio canonici et ciuilis omnibus litteris apostolicis et indulgentiis contra predictam modo quolibet a sede apostolica seu a sede Cantuarie uel a sede Londoniensi siue ab aliis quibuscumque inpetratis et inpetrandis et omni appellationi et specialiter beneficio tuitionis a sede Cantuarie inpetrande et omni alii exceptioni reali et personali que possint obici contra istud factum uel hoc instrumentum. ad canonici uero predicti perpetuam sustentationem dedit nobis memoratus Symon quadraginta marcas bonorum et legalium

sterlingorum quas in usus et utilitatem ecclesie nostre in uerbo ueritatis conuersas esse confitemur. Si uero contigerit in sequenti quod absit quod per defectum heredum uel per negligentiam aut dierum longitudinem siue hujus instrumenti amissionem seu aliquo alio modo obliuiscatur predicta presentatio uel omittatur : volumus et presenti scripto concedimus quod per prioris ordinationem in nostro prioratu tunc existentis loco fratris de medio sublati alius substituatur. Nos ergo hanc concessionem inperpetuum valituram obseruaturam unanimiter consensu in capitulo nostro constituti in uerbo ueritatis pro nobis et successoribus nostris bona fide promisimus candelis accensis publice excommunicantes omnes qui hanc concessionem in presenti uel in futuro in aliquo presumpserint perturbare aut eidem in aliquo contraire. Et renouabitur ac publicabitur hec sententia cum omni solempnitate in capitulo nostro singulis annis inperpetuum die solempnitatis reliquiarum nostrarum per priorem, suppriorem et sacristam ecclesie nostre in presentia dicti domini Symonis dum frater fuerit. et post obitum in presentia dicti domini abbatis uel alicujus de suis ad hoc specialiter destinati. Ut igitur hec premissa omnia et singula in se firmitatis perpetue robur obtineant. nos jam dicti prior et conuentus Sancti Botulphi Colecestrie presentem paginam sigilli nostri conuentualis inpressione duximus roborandam. Hiis testibus domino Jordano dicto Agnello rectore ecclesie beate Marie Colecestrie. Magistro Rogero Agnello rectore ecclesie beati Petri. domino Sagero ejusdem loci decano. Ricardo de Berholte. Magistro Willelmo Warin. Adriano clerico dicto pictore. Willelmo filio Roberti de la More de Reynes. Rogero dicto Buk de Cogeshale. Waltero sacero de Waletona. Waltero de Bohun. Ricardo Hereward. et aliis.

Inter nos et monachos de Tethforde de decimis de Boitune.

Sciant tam presentes quam futuri quod inter Adam abbatem Colecestrie et monachos ejusdem loci ex una parte et Vincentium priorem de Tethforde et ipsius loci monachos ex altera parte talis in perpetuum ualitura facta fuit conuentio. scilicet quod monachi prefati de Colecestria concesserunt et dimiserunt decimas suas de Boitune cum homagio et tenemento

quod tenet de eis Willelmus de Tenacra in eadem uilla. jam dictis monachis de Tethford sub annua pensione duarum marcarum ad duos terminos soluendarum. scilicet ad festum Sancti Michaelis marcam unam. et ad Pascha marcam unam apud Colecestriam. Et ad majorem securitatem et firmitatem hujus conuentionis. nominatim expresse sunt terre de quibus eedem decime percipiuntur. scilicet in Stockielond ducente et due acre. in Brodefelde sexaginta acre. in Waleswrde quadraginta et quinque acre. in Ruggeleie. viginti acre et una. in Tenacra quindecim acre et dimidia. in Damisele quinquaginta acre. in Leuingeslonde viginti acre in Throstlessete decem acre. que terre omnes sunt de antiquo dominio Willelmi de Reimes. et due partes decimarum de illis terris pertinent ad monasterium Sancti Johannis Colecestrie et tertia pars ad ecclesiam de Finchingefeld. Additum etiam fuit huic conuentioni quod si pensio predicta terminis prescriptis soluta non fuerit monachis Colecestrie : nec eis super infra terminum competentem satisfecerint. monachi de Teforde de hoc commoniti : liceat monachis Colecestrie ad decimas suas habere regressum et eas in manus suas accipere. Et ut hec conuentio firma maneret in posterum appositione sigillorum partis utriusque est roborata. Hiis testibus Rogero de Bosco. Gaufrido de Aula. Yuone portario. Nicholao dispensatore. Petro Pincerna. Radulfo Portario. et aliis.

Inter nos et ecclesias de Stanesgate et Bikenacre de decimis de Steple.

SCIANT presentes et futuri quod Adam permissione diuina abbas et conuentus Colecestrie concesserunt et dimiserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Gilberto priori et monachis de Stanesgate et Radulfo priori et canonicis de Bikenacre et utriusque loci successoribus omnes decimas ad eos pertinentes in parochia de Stepla tam majores quam minores prouenientes de dominico Luce de Brockesheued ad quoscumque conuersum sit nunc uel conuertendum fuerit uel pars dominici. habendas et inter se dimidiandas et tenendas de eisdem abbate et monachis Colecestrie et eorum successoribus ad firmam imperpetuum. reddendo inde prelibatis abbati et monachis Colecestrie annuatim ad duos terminos duas marcas et

dimidiam nomine firme de bonis et legalibus esterlingis apud aulam de Mundona per proprios nuntios utriusque prioris uel successorum suorum seruienti abbatis Colecestrie qui pro tempore fuerit ibidem liberandas. scilicet de priore et monachis de Stanesgate vigilia Sancti Thome apostoli octo solidos et quatuor denarios. et de priore et canonicis de Bikenacre ad eundem terminum octo solidos et quatuor denarios. uel de eorum successoribus. et de eisdem vigilia Sancti Johannis Baptiste tantumdem. Si uero predicti priores uel alter eorum uel successores eorum firmam jam dictam terminis statutis et loco non soluerint. liceat predictis abbati et monachis Colecestrie decimas predictas in manus suas appellatione et contradictione remotis capere et de eisdem ad libitum suum disponere. qualitercumque contigerit de vacatione uel mutatione prelatorum prioratuum illorum. Et si contingat quod occasione guerre dominicum jam dictum fuerit incultum. ita quod prenominati priores uel eorum successores absque grauamine debitam non possint soluere firmam : secundum estimationem duorum virorum bonorum a parte abbatis et conuentus Colecestrie electorum et aliorum duorum a parte priorum de Stannesgate et de Bikenacre uel eorum successorum ad hoc eligendorum. adhibito quinto de communi electione partium. de predicta firma eisdem relaxabunt. residuo firme termino statuto et loco predictis abbati et monachis illato. Et notandum est quod si prelibati priores uel eorum successores onere hujus firme se senserint pregauatos. liberum erit eisdem eandem firmam predictis abbati et monachis Colecestrie resignare. et in eadem resignatione instrumenta sua super illa dimissione confecta. hincinde restituere. prouentibus autumpni post resignationem suam proximi cum aliis utilitatibus excrescentibus predictis abbati et monachis Colecestrie reseruatis. hoc adhibito moderamine. ne ex tempore momentanee possessionis que tunc momentanea debet censeri predictorum priorum uel eorum successorum prescriptioni abbatis et monachorum Colecestrie prejudicium ullatenus generetur. Et quotienscumque abbas et conuentus Colecestrie uiderint expedire propter uetustatem signi uel pergameni uel obfuscationem littere priores de Stanegate et de Bikenacre uel eorum successores sigillis capitulorum suorum cartam istam cyrographatam sub eodem tenore. renouabunt.

sic abbas et conuentus Colecestrie eis facient. Et si casu fortuito grauamina aliqua per episcopum loci uel suos ministros prediƈtis decimis fuerint imponenda: illa prediƈti priores uel eorum successores debent sustinere. Abbas autem et conuentus Colecestrie jus percipiendi prediƈtas decimas. obseruata premissorum omnium continentia. debent prediƈtis prioribus et eorum successoribus warantizare. Quod ut firmum et stabile permaneat imperpetuum tam abbas et conuentus Colecestrie quam prediƈti priores presentes litteras sigillorum suorum capitulorum impressione: curauerunt roborare. Hiis testibus. Waltero decano de Daneseya. Johanne de Welles. Mansero de Mundona. Clemente de Lechendune. Johanne de Lallinges. Johanne de Stepla. Waltero de la Meilande cappellanis. Ricardo de Manestune. Vincentio. Ricardo clericis. Nigello de Hauekestune. Rogero Testard. Johanne Pincerna. et aliis.

Inter nos et monachos de Boxle de decimis de Hou.

Notum sit omnibus presens scriptum uisuris uel audituris quod Adam Dei gratia abbas et conuentus Sanƈti Johannis Colecestrie concesserunt et presenti scripto cyrographato confirmauerunt abbati et conuentui de Boxleia omnes decimas tam minutas quam majores in dominico suo in Hou quondam Willelmi de Ros. percipiendas et possidendas imperpetuum integre et plenarie et tenendas de eis libere et quiete. saluo jure ecclesie de Hou quod inde solebat precipere annuatim. Pro quibus reddent abbas et conuentus de Boxleia abbati et conuentui Sanƈti Johannis singulis annis triginta solidos sterlingorum infra Oƈtabas Sanƈti Michaelis in domo Sanƈti Johannis Colecestrie per proprium nuntium transmittendos. et sic omnibus annis. Quod si forte contigerit ut prediƈtus redditus triginta solidorum ad debitum terminum non persoluatur: liceat abbati et conuentui de Colecestria post secundam ammonitionem certam accipere prediƈtas decimas in manus suas et de cetero libere de eisdem pro sua uoluntate disponere. omni contradiƈtione et appellatione et excusatione remotis. Idem etiam abbas et conuentus Colecestria tenentur warantizare abbati et conuentu de Boxleia per prediƈtum redditum jus possessionis

predictarum decimarum si quis eis inde mouerit questionem. Hanc conuentionem firmam inuiolabilem et ratam obseruare perpetuo dicti abbates et uterque conuentus in uerbo ueritatis promiserunt. Et in hujus rei testimonium tam abbas Colecestrie et conuentus ex una parte quam abbas de Boxleia cum consensu sui conuentus suis sigillis confirmauerunt. Que si forte contigerit uetustate consumi. debent quotiens necesse fuerit renouari. Supplicat autem uterque partium domino Roffensi vt apposítione sui sigilli hanc conuentionem uelit confirmare. Hiis testibus domino Radulfo abbate Coggeshale. Henrico priore Sancti Botulfi. Willelmo priore Roffensi. Fulcone priore de Ledes. Willelmo de Ros tertio. Magistro Roberto uniuersali. Symone filio Marciani. Nicholao Grosso. et aliis.

Inter ecclesias Colecestrie et de Snapes de ecclesia de Aldeburch.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt priori et monachis de Snapes fratribus suis ecclesiam de Aldeburgo cum obuentionibus et pertinentiis. tenendam de eis ad firmam inperpetuum. reddendo inde eis annuatim decem marcas argenti ad quatuor terminos. scilicet ad Pascha duas marcas et dimidiam. et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste duas marcas et dimidiam. et ad festum Sancti Michaelis duas marcas et dimidiam. et ad Natale Domini duas marcas et dimidiam. salua predictis abbati et monachis Colecestrie dispositione uicarii per eos in eadem ecclesia ministraturi cum vicariam uacare contigerit. Qui uicarius ad sustentationem suam habebit totam dominicam terram ecclesie. exceptis tribus acris cum pertinentiis in Haselwde. Percipiet etiam idem uicarius omnes obuentiones altaris et decimationes. excepta tota decima frugum. et excepta medietate agnorum decimalium. et excepta medietate candele. quas decimas et medietates prior et monachi de Snapes debent habere. Idem etiam uicarius omnia honera episcopalia eidem ecclesie incumbentia in se suscepit sustinenda et soluet abbati predicto quolibet anno ad festum Sancti Michaelis duodecim denariorum

pensionem de predicta uicaria. et priori et monachis de Snapes quadraginta solidos annuos ad quatuor terminos. scilicet ad Pascha decem solidos. et ad natiuitatem Sancti Johannis Baptiste decem solidos. et ad festum Sancti Michaelis decem solidos et ad natale domini decem solidos. et eisdem de predictis ad terminos statutos reddendis et aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus plenam faciet fidelitatis securitatem. abbati etiam et monachis Colecestrie debitam faciet fidelitatem. Vt autem hec omnia futuris temporibus firma permaneant: presens scriptum cyrographatum tam predicti abbas et monachi Colecestrie quam prior et monachi de Snapes sigillorum suorum impressione curauerunt roborare. Hiis testibus Bricio decano Colecestrie. Ricardo decano de Bercholta. Guidone decano de Plumesgate. Johanne de Plaisseto. Reimundo capellano. Alexandro de Brithlingeseia. Nigello de Hauekestune. Radulfo. Alano clericis. Roberto Janitore. Johanne Pincerna. Ricardo Marescallo. Herberto paruo. et multis aliis.

Renuntiatio ecclesie de Aldeburh.

VNIUERSIS Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris uel audituris Thomas prior et monachi de Snapes Norwicensis diocesis fratres et subjecti monasterii Sancti Johannis Colecestrie Londoniensis diocesis salutem in domino sempiternam. Licet permissione diuina Adam quondam abbas monasterii predicti et suus conuentus nobis seu predecessoribus nostris bona ab ipsis discreta habentibus ecclesiam suam de Aldeburgo cum pertinentiis. salua eis dispositione vicarii in eadem. ad firmam concessissent et tradidissent: quia tamen euidenter conspicimus dicte ecclesie firmam ob annuum redditum nobis seu predecessoribus nostris inpositum pro ea exsoluenda. quod nimis graue et onerosum existit. minime nobis fore profuturum. et quod parum seu potius nichil nobis profuit temporibus retroactis. dictam ecclesiam ita integre sicut eam optinuimus dictis confratribus nostris de Colecestria duximus retradendam. et de assensu et auctoritate nunc abbatis nostri loci predicti retradimus. Scriptumque penes nos residens inde confectum dampnamus. et etiam omni juri nobis

competenti in ea seu ad eam vel competituro ex tam premissa pure sponte et absolute renuntiamus ex nunc per presentes. Quod vestre vniuersitati volumus intimari. In cujus rei testimonium sigillum domus nostre commune presentibus hiis apposuimus. Data apud Snapes predictam in capitulo nostro die Mercurii proxima post festum Sancti Mathie apostoli anno domini millesimo trescentesimo.

Inter nos et canonicos de Cruce Rois de quodam natiuo.

Sciant presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie remiserunt et quiete clamauerunt de se inperpetuum Alexandrum filium Walteri natiuum suum cum tota sequela sua G. priori et conuentui canonicorum de Cruce Rohais. In cujus rei testimonium tam abbas et conuentus monachorum Colecestrie quam prior et conuentus canonicorum de Cruce Rois presens scriptum cyrographatum sigillis suorum capitulorum roborare curauerunt. Hiis testibus.

De .xx. solidis percipiendis de abbate de Boxle.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Willelmus abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus totus eternam in domino salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod nos uendidimus inperpetuum sine aliquo retenemento domino abbati et conuentui de Boxle redditum .xx. solidorum quem habuimus de dono Mauricii de Haia et uxoris sue in parrochia Sancte Wereburge in Ho de tenemento quondam Asketini de Ros cum omni jure et clamio quod habuerimus uel habere potuerimus in dicto tenemento tam in sectis quam releuiis et homagiis et omnibus aliis prouentibus et seruitiis ad idem tenementum pertinentibus. de quibus inter nos et ipsos lis mota fuit in curia domini regis. dictum redditum cum omnibus pertinentiis prefatis abbati et conuentui habendum et possidendum pacifice quiete plenarie integre inperpetuum absque omni calumpnia et reclamatione a nobis uel successoribus nostris eisdem inferenda uel exigenda. Cujus tenementi tenentes sunt Herueus de

Dene et heredes J. de Dene. qui tenent unum jugum terre. reddendo inde annuatim .xv. solidos die ueneris proxima post festum Sancti Michaelis De residuo tenementi tenentes sunt Thomas Longus. Thomas Blundus. Stephanus Blundus et heredes Wlnod. qui reddunt .v. solidos ad terminum prefatum. Pro hac autem venditione concessione et hujus carte nostre confirmatione dederunt nobis sepedicti abbas et conuentus de Boxle pre manibus .xxx. marcas sterlingorum pro omnibus rebus. Itaque nec nos nec successores nostri de prefato tenemento seu pertinentiis aliquid inperpetuum uendicare ualebimus. Nos uero pretaxatis abbati et conuentui omnia instrumenta que de dicto tenemento siue redditu habuimus plenarie reddidimus in hujus carte confectione. Si uero post hoc aliquando a nobis uel successoribus nostris aliquod instrumentum de sepedicto tenemento cum pertinentiis contra sepedictos abbatem et conuentum alicubi ostensum fuerit. nec nobis conferet nec illis nocebit. In hujus rei testimonium presens scriptum in modum cirographi confectum mutuis sigillorum nostrorum impressionibus roborauimus. cujus unam partem sigillis nostris roboratam ipsis reddidimus alteram ipsorum sigillo munitam penes nos retinuimus. Testibus.

De ecclesia de Takele.

Notum sit omnibus presentem cartam cyrographatam inspecturis quod Johannes prior de Tremhalle et canonici ejusdem loci remiserunt et quiete clamauerunt pro se et successoribus suis inperpetuum abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie et eorum successoribus totum jus et clamium quod habuerunt uel habere potuerunt in aduocatione ecclesie de Takeleie. Et pro hac remissione et quieta clamatione debet abbas Colecestrie et conuentus satisfacere dicto priori de Tremhalle de quadraginta solidis in curia domini regis quando cyrographum ibi conficitur inter eosdem. In cujus rei testimonium parti cyrographi penes abbatem et conuentum Colecestrie deposite sigillum prioris de Tremhale dependet. et alteri parti penes priorem de Tremhale remanenti sigillum prioris Sancti Johannis Colecestrie. et uterque istorum priorum hanc conuentionem fideliter obser-

uandam affidauit. Hiis testibus. Willelmo Luuel. Phillippo de Codre. Johanne de Roinges. Willelmo de Takelee. Benedicto de Stanstede. Serlone clerico. et aliis.

Cyrographum de remissione predicti redditui abbati de Messendene.

NOTUM sit omnibus presentibus et futuris quod ego Hamo le Peiteuin de Hanningefeld assensu et consilio Willelmi filii mei et heredis presenti carta remisi et quietos clamaui a me et heredibus meis inperpetuum canonicis de Messendene decem solidos annuos. scilicet medietatem uiginti solidorum quos michi annuatim reddere consueuerunt de quadam terra in Messendene que Hyda appellatur sicut carta mea quam de me habent de eadem terra testatur. quos scilicet decem solidos in puram et perpetuam elemosinam monachis de Colecestria annuatim de prefatis canonicis percipiendos concessi. saluis michi et heredibus meis decem solidis residuis ad terminos antiquitus inter nos constitutos reddendis. scilicet quinque solidos ad Pascha Floridum et quinque solidos ad festum Sancti Michaelis. Et ego predictus Hamo et heredes mei predictam quietam clamationem et remissionem warantizabimus prefatis canonicis contra homines et feminas. Ut hoc autem firmum sit et stabile presens scriptum presenti sigillo meo secundo signaui cum aliud sigillum meum de quo predictam cartam signaui amiserim. Hiis testibus Radulfo de Weidena. Radulfo filio ejus. Willelmo de Blakewelle. Matheo Brond. Jacobo. Ricardo de Blundessale. Helia de la Dune. Sahero Bataille. Rogero de Henningefeld. Willelmo filio ejus. Johanne Peuerel. et pluribus aliis.

Inter nos et canonicos de x solidis de Snapes.

NOUERINT uniuersi qui has litteras et hoc cyrographum uiderint et audierint quod Martinus abbas de Messendene et conuentus ejusdem loci remiserunt et quiete clamauerunt abbati Ade de Colecestria et conuentui ejusdem loci decem solidos sterlingorum inperpetuum de illa summa quinquaginta duorum solidorum et octo denariorum quos predicti abbas et monachi Colecestrie illis antea reddere consueuerunt annuatim de quibus-

dam tenementis que prior et monachi de Snapes tenent de prefatis canonicis de Messendene in Snapes et in Aldeburch. in quibus tenementis abbas et monachi Colecestrie ad quatuor marcas octo denariis minus soluendas plenam justitiam et potestatem cohercendi habere dinoscuntur. Et est ista remissio concessa et facta predictis abbati et monachis Colecestrie de illis decem solidis inperpetuum. quia Hamo le Peiteuin de Henningefeld predictis abbati et canonicis de Messendene et eorum successoribus de se et heredibus suis finabiliter pro deuotione quam habuit erga monachos Colecestrie totidem scilicet decem solidos de suo redditu remisit. quem de ipsis canonicis de Messendene percipere annuatim consueuit. Et sciendum est quod predicti abbas et monachi Colecestrie ubi antea reddere solebant predictis canonicis de Messendene quinquaginta duos solidos et octo denarios per annum. de cetero reddent memoratis canonicis de Messendene uel eorum nuntiis tantummodo quadraginta duos solidos et octo denarios de predictis tenementis que de eis habet ecclesia de Snapes ad duos terminos. scilicet ad Pascha Floridum uiginti unum solidos et quatuor denarios. et die octaua ante festum Sancti Michaelis uiginti unum solidos et quatuor denarios. et sic singulis annis. Quod si forte predictus Hamo et heredes sui remissionem et quietam clamationem decem solidorum predictis canonicis warantizare non potuerint: tunc abbas et canonici de Messendene suos decem solidos monachis Colecestrie remissos. si tamen non de culpa canonicorum uel defectu hoc euenire contigerit. secundum ueteres cartas absque omni fraude recuperabunt. Et est notandum quod si monachi de Snapes defecerint in conuentione facta per priores cartas inter ecclesiam de Messendene et ecclesiam de Snapes confectas. abbas et conuentus Colecestrie faciant eam teneri. saluis monachis Colecestrie semper suis decem solidis a canonicis remissis. si remissio Hamonis et warantizatio sicut preordinatum est fideliter obseruetur. Si autem abbas et conuentus Colecestrie defecerint. quod non faciant eam conuentionem teneri. saluis suis decem solidis. et hoc fuerit rationabiliter comprobatum. tunc canonici recognoscant se in suo. Facta est autem hec conuentio inter abbatem et monachos Colecestrie et inter abbatem et canonicos de Messendene anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo nono decimo.

Confirmatio ejusdem conuentionis per Hamonem le Peiteuin.

Sciant presentes et futuri quod ego Hamo le Peiteuin de Haningefeld concessi et presenti carta confirmaui conuentionem factam inter dominum Adam abbatem Colecestrie et conuentum ejusdem loci et dominum Martinum abbatem de Messendene et suum conuentum. scilicet de quieta clamatione et remissione quam fecerunt abbas et conuentus de Messendene abbati et conuentui Colecestrie de .x. solidis per annum de illis quinquaginta duobus solidis et .viii. denariis quos de abbate et conuentu Colecestrie annuatim percipere consueuerunt pro remissione et quieta clamatione quam feci predictis abbati et conuentui de Messendene de .x. solidis de illis .xx. solidis. quas annuatim percipere consueui de jam dictis abbate et conuentu de Messendene de tenemento quod de me tenent in Messendene quod Hyda appellatur. Et sciendum est quod si ego uel heredes mei predictam remissionem et quietam clamationem abbati et conuentui de Messendene factam de predictis decem solidis warantizare non possimus, et ob hanc causam recuperarent canonici de Messendene suos decem solidos abbati et conuentui Colecestrie remissos secundum quod in cyrographo inter eos confecto continetur: ego Hamo et heredes mei escambium facere tenemur de tenementis meis in Fordham et in Haningefeld predictis abbati et conuentui Colecestrie ad valentiam decem solidorum ad suum grantum. Et hec carta facta fuit anno regni regis Henrici filii regis Johannis quarto infra Octabas Pasche. Hiis testibus. Galfrido de Sackeuile. Willelmo de Francheuilla tunc senescallo Warini de Munchenesy. Ricardo de Asketot. Alexandro de Brichlingeseia. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Michaele de Fordham. Radulfo de Frith. Nigello de Hauekestune. Willelmo de Asketot. Willelmo filio Hamonis et herede suo. Michaele de Infirmaria. Willelmo Hauekeseye coco. Roberto portario. et multis aliis.

Compositio de decimis de Geldham et de Topesfeld.

Hec est conuentio inter ecclesiam Sancti Johannis de Colecestria et ecclesias de Gelham et de Tepesfeld quod ecclesia de Gelham habebit singulis annis unam acram frumenti et unam acram auene de decimatione dominii domine Aubree. et ecclesia de Topesfeld dimidiam acram frumenti et dimidiam auene de decimatione dominii ejusdem Aubree. et ecclesia Sancti Johannis de Colecestria integre totum residuum ejusdem decimationis. Et si contingat quod terra domine Aubree inculta jacuerit recuperabunt predicte ecclesie de Gelham et de Topesfelde decimas suas super partem terre quam Rogerus de omnibus factis tenet de dominio predicto. Si uero tantum de terra domine Aubree cultum fuerit vnde predicte ecclesie de Geldham et de Topesfeld decimas suas habere possint. siue crescat siue non crescat. non recuperabunt super terram predicti Rogeri suas decimationes exceptis hominum decimis quas ecclesia de Topesfeld longo tempore possedit et possidet. Hec conuentio facta fuit coram archidiacono Gilberto de Middelsexa et coram omni capitulo apud Heingham et utrumque concessa.

Cirographum de .lx. solidis pro decimis de Ereswelle et Cukelesuurthe.

Nouerint uniuersi quod Adam abbas Colecestrie et conuentus ejusdem loci dimiserunt ad firmam Petro persone de Eresuuelle duas partes omnium decimarum tam minutarum quam majorum de dominicis Radulfi de Rofa in Eresuuelle et in Cukelesuurthe. et similiter totum seruitium Willelmi Buuetune quo tenebatur illis in parochia illa. tenendas de illis inperpetuum illi et successoribus suis. reddendo inde annuatim sexaginta solidos per proprium nuntium ipsius Petri et suorum successorum in abbatia Colecestrie inferendos. scilicet triginta solidos infra octabas Purificationis Beate Marie. et triginta solidos infra octabas Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste. et omnia honera episcopalia eisdem decimis incumbentia in se suscipient sustinenda. Si uero predictus Petrus uel successores sui

illos sexaginta solidos terminis statutis non soluerint. et secundo tertioue commoniti. de predictis non satisfecerint: liceat predictis abbati et conuentui appellatione et contradictione remotis. possessioni decimarum illarum incumbere donec de predictis decimis debitam predicte firme susceperint solutionem. De hiis omnibus fideliter obseruandis predictus Petrus in predictorum abbatis et monachorum capitulo corporale prestitit juramentum. et hoc idem successores sui facient. Quod si non fecerint pari pena punientur. Et ut hec dimissio stabilis et firma perseueret tam abbas et conuentus Colecestrie sigillo capituli sui quam predictus Petrus sigillo suo hoc scriptum cyrographatum roborare curauerunt. Hiis testibus Magistro Roberto de Gloucestria archidiacono de Subiria. Magistro Michaele de Clauilla. Magistro Herberto de Westune. Johanne persona de Hikelingeham. Willelmo de Rofa. Oliuero de Rofa. Galfrido de Lanualei. militibus. Baldewino de Bolonia. Hugone de Essexa. Gocelino de Eresuuelle. Radulfo filio Galfridi. Willelmo de Buuetune. Radulfo espurun. Ricardo filio Euerardi. Nigello de Hauestune. Ricardo de Mannestune. et multis aliis.

Cirographum inter nos et ecclesiam de Wudeham de quibusdam decimis in Mundona.

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie et Simon rector ecclesie de Wudeham salutem in uero salutari. Nouerit uniuersitas uestra quod cum inter nos aliquando questio mota fuisset coram judicibus a domino Papa delegatis super decimis dominici Ricardi Petitsire in Munduna. tandem adherentes sententie diffinitiue a predictis judicibus late in hanc formam perpetuo consensimus. videlicet ut saluis ecclesie de Mundune omnibus minutis decimis quas semper antea perceperat integre. in posterum ecclesia de Mundune et ecclesia de Wudeham omnes decimas garbarum de predicto feudo Ricardi Petitsire prouenientes inter se futuris temporibus perpetuo dimidient. et sic utraque ecclesia sua medietate contenta ut dictum est. pax firma super illis decimis inter eos perpetuis

temporibus obseruetur. Quod ut firmum et stabile perseueret presentem paginam modo cyrographi confectam sigillorum nostrorum impressione curauimus roborare. Hiis testibus domino abbate de Meldona. Magistro Willelmo de Purle. Magistro Willelmo de Lechefeld. Waltero persona ecclesie de Stowe. Johanne persona de Snorham. Nigello de Hauekestune. et aliis.

Carta canonicorum de Butteleya de .xxiiii. solidis pro decimis.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Gilebertus prior humilisque conuentus ecclesie Beate Marie de Butteleya salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos ab Osberno abbate et conuentu monachorum ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie duas partes decimarum de dominio de Fineberga in blado et in aliis rebus que decimari debent. et duas partes decime in blado de dominio Ricardi filii Rannulfi de Glamham ad eorum jus ab antiquis temporibus spectantes suscepisse. Has igitur decimas de predicto conuentu in perpetuum tenebimus sub annua pensione .xxiiii. solidorum. quorum medietatem reddemus ad Pascha infra octabas et alteram medietatem in festo Sancti Michaelis similiter infra octabas. Ne igitur inter predictas ecclesias successu temporis aliqua malignandi possit oriri occasio: scriptum illud sigillo nostro et sigillo ecclesie Sancte Osithe et sigillo ecclesie Sancti Botulfi Colecestrie roboratur. Testes sunt Osebertus senescallus. Benjamin clericus Walterus dispensator. Willelmus Marescallus. Stephanus frater Anselmi. homines abbatis. Rogerus capellanus Symon clericus. Willelmus clericus. Walterus clericus. Gillebertus de Capella. Hubertus Blome. Henricus Mascun. homines prioris. et multi alii.

Quedam compositio inter ecclesias Sancti Johannis et de Geldham de decimis.

Nouerint uniuersi quod cum inter abbatem et conuentum Colecestrie ex una parte et Robertum rectorem ecclesie Geldam ex altera super decimis quatuor acrarum campi qui uocatur Cufeld et super decimis sex

acrarum quas moniales de Heingford tenent que dicuntur assarta in parochia de Geldam questio uerteretur. auctoritate judicum a domino Papa delagatorum tandem inter partes ita conuenit. quod predictus Robertus pro se et successoribus suis quietas clamauit predicto abbati et conuentui decimas illas predictarum quatuor acrarum de Cufeld perpetuo et pacifice possidendas. et de hac quieta dimissione cartam suam faciet predictis abbati et conuentui predictorum judicum auctoritate confirmandam. Preterea utraque pars consensit in Magistrum Ricardum archidiaconum Ebroici et Ricardum decanum de Heingeford. vt auctoritate predictorum judicum examinent testes super decimis illarum sex acrarum quas moniales tenent et cui parti de jure competere debeant. assignent similiter possidendas. Super expensis uero in hujus litis prosecutione ex parte abbatis factis consensit procurator abbatis in arbitrio predictorum archidiaconi et decani deducendis. Quod ut firmum et stabile perseueret presenti scripto tam predictus Robertus rector ecclesie de Geldam quam procurator abbatis sigillorum suorum impressionem apponere curauerunt et tali conuentione est a lite recessum. Huic etiam conuentioni Magister Elyas de Louinton vicarius predicte ecclesie de Geldam consensit et signum suum apposuit.

Quieta clamatio persone et vicarii de Geldham.

NOUERINT uniuersi quod ego Robertus persona ecclesie de Geldham et ego Elyas de Louinton vicarius perpetuus ejusdem ecclesie quietas clamauimus ecclesie Sancti Johannis Colecestrie pro nobis et successoribus nostris decimas quatuor acrarum que pertinent ad ecclesiam de Gelham ex donatione Ricardi filii Swein in campo qui uocatur Cufeld in parochia de Gelham ut eas ecclesia Sancti Johannis quiete percipiat et inperpetuum possideat. quia tam ex testificatione uirorum fide dignorum quam exhibitione instrumentorum sufficientium nouimus predictam ecclesiam Sancti Johannis Colecestrie decimas predictarum quatuor acrarum antiquitus possedisse. antequam ille quatuor acre date essent ecclesie de Gelham. Ne igitur hec nostra quietaclamatio possit inposterum in dubium reuocari : presentem paginam sigillorum nostrorum inpressione curauimus roborare.

Hiis testibus. Magistro Willelmo officiali archidiaconi Middelsexe. Ricardo de Bello Campo. Decano de Heingeford. et aliis.

Item finalis concordia inter ecclesias predictas de decimis memoratis de Geldham.

Hec est finalis concordia facta inter ecclesiam Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et ecclesiam de Geldham quod cum controuersia orta esset inter ipsas ecclesias de minutis decimis domini Guncelini filii Ricardi. ecclesia Sancti Johannis Colecestrie ipsas minutas decimas plene et integre concessit ecclesie de Geldham inperpetuum habendas. idem decimas omnium que innouantur per annum. preter garbas. saluis etiam decimis de ueteri pomerio ipsius Guncelini. ecclesie de Geldham. Ecclesia uero de Geldham recognouit et restituit ecclesie Sancti Johannis decimas quatuor acrarum que pertinent ad ecclesiam de Geldham ex donatione Ricardi filii Sueyn. Recognitum est enim quod ecclesia Sancti Johannis Colecestrie decimas ipsarum quatuor acrarum possedit antiquitus antequam ille quatuor acre date essent ecclesie de Geldham. Et ne hec concordia inposterum possit reuocari inirritum: hac pagina cyrographata a cujus partibus sigillum abbatis Sancti Johannis Colecestrie et sigillum ipsius Johannis dependent: parte predicte ecclesie Sancti Johannis Colecestrie de assensu sepe dicti Johannis sigillum Magistri J. officialis Middlesexe ad ueritatem perpetuo protestandam signata roboratur.

Inter nos et ecclesiam de Blakemora de decimis.

Uniuersis Christi fidelibus hoc scriptum uisuris uel audituris prior et conuentus de Blakemora salutem in domino sempiternam. Nouerit uniuersitas uestra quod cum abbas et conuentus monasterii Sancti Johannis Colecestrie nos auctoritate litterarum domini Pape traxissent in causam coram de Eya. de Rumburgo. et de Waletona prioribus super quibusdam decimis prouenientibus de dominico Gilberti de Sanfordia militis in Nuthamstede. sito infra limites parochie sue de Bercweya. quasquidem docebant de jure communi spectare ad dictam ecclesiam suam de Bercweya:

nos speciali priuilegio non muniti. nec alio juris adminuculo sufficienti quibus dictorum abbatis et conuentus petitioni resistere de jure possemus. predictas decimas ad jus et proprietatem dictorum abbatis et conuentus nomine ecclesie sue de Bercweya predicte spectare concessimus. juri nostro siquid habuimus uel habere potuimus in eisdem tam in possessione quam proprietate omnino renuntiantes. Et ne inposterum contra hanc concessionem et renuntiationem nos aut successores nostri aliquo modo uenire possemus ad perpetuam rei memoriam hoc scriptum sigillo capituli nostri roborare curauimus. Acta anno regni Henrici regis filii regis Johannis .xx°. quarto.

[*The next eight documents have been added in later handwritings.*]

De perpetuo canonico apud Sanctum Botulphum pro Magistro Symone de Nelondia.

Presentium tenore pateat uniuersis quod nos frater Symon prior Sancti Botulphi Colecestrie et ejusdem loci conuentus uolentes dilectum clericum nostrum Magistrum Symonem de Eylondia fratrem capituli nostri qui caritatiue monasterium nostrum bonis pluribus ampliauit et pro statu nostro et monasterii nostri labores et sumptus diuersos sustinuit. beneficiorum que in monasterio nostro fient imposterum fore cum suis parentibus et specialibus participem. eidem Magistro Symoni unanimi uoluntate caritatiue concedimus pro nobis et successoribus nostris ut inperpetuum habeat in monasterio nostro Sancti Botulphi apud Colecestriam unum canonicum ordinis nostri pro anima sua et animabus Roberti et Cecilie parentum suorum omniumque benefactorum suorum et fidelium defunctorum in altari Beati Thome martiris officia diuina singulis diebus celebraturum cum toto seruitio mortuorum plenarie. quem idem Magister Symon et sui assignati ydoneum statu litteratura moribus et etate ad ordinis et habitus nostri susceptionem successiue vnum post alium ad hujus officii executionem a nobis et successoribus nostris sine difficultate qualibet et contradictione admittendum et ordinandum nobis presentabunt siue

nominabunt. Qui sic presentatus seu nominatus si tempore presentationis seu nominationis presbiter non fuerit uel postquam presbiter fuerit et professus ad aliud intabulari secundum obseruantias regulares infirmitate absentia obedientia uel alio modo impediri contigerit eundem quo minus officium predictum ibidem ut premittitur peragere et exequi poterit. nos et successores nostri officium perdictum per aliquem de nostris fratribus ad hoc idoneum et sufficientem in dies celebrari et officium quod incumbit fieri plenarie faciemus quousque idem presentatus et admissus fuerit in presbiterum ordinatus uel impedimentum quo fuerit impeditus cessauerit. Et si idem Magister Symon uel sui assignati post mortem unius sic ad hoc admissi ad presentandum seu nominandum nobis uel successoribus nostris aliquem idoneum ad celebranda diuina et officium ut premittitur faciendum per duos menses negligentes fuerint uel remissi. liceat nobis et successoribus nostris aliquem ad hoc idoneum ex tunc per uisum et assensum domini archidiaconi Colecestrie uel ejus officialis qui pro tempore fuerit ad hoc admittere et ordinare. prestito prius ab eodem juramento coram eodem domino archidiacono uel ejus officiali quod dictum officium ut predicitur fideliter et plenarie peraget et exequetur. Quod si infra mensem post lapsum dictorum duorum mensium a nobis uel successoribus nostris actum non fuerit. liceat ex tunc domino Londoniensi episcopo qui pro tempore fuerit uel etiam decano et capitulo Sancti Pauli Londonie. sede Londoniensi uacante. uel eorum uices gerentibus personam ydoneam ad hoc ut premittitur admittendam et exequendam nobis et successoribus nostris presentare siue nominare. quorum uidelicet domini episcopi decani et capituli et eorum uices gerentes qui pro tempore fuerint cohertioni et districtioni nos et successores nostros et omnia bona nostra habita et habenda sponte subicimus. concedentes ut per interdicti et excommunicationis sententias et etiam per sequestrationem bonorum nostrorum omnium nos et successores nostros ualeant de plano et sine omni strepitu judiciali quocumque modo uoluerint compellere et cohercere ad omnia et singula premissa fideliter et plenarie facienda et obseruanda si in aliquo premissorum nos uel successores nostros cessare contigerit uel deficere. In cujus rei testimonium presenti scripto cirograffato sigillum nostrum

commune apponi fecimus. Data et acta in capitulo nostro in crastino assentionis Domini anno gratie M°CC° octogesimo primo.

Confirmatio Londoniensis episcopi de eodem.

UNIUERSIS ad quos littere presentes peruenerint Ricardus Dei gratia Londoniensis episcopus salutem in salutis auctore. Litteras religiosorum uirorum prioris et conuentus Sancti Botulphi Colecestrie super quadam concessione facta ab eisdem Magistro Symoni de Eylondia clerico et quadam conuentione inter eos et eundem habita sigillo eorundem signatas inspeximus. Quarum tenor talis est. Presentium tenore pateat vniuersis quod nos frater Symon prior Sancti Botulphi Colecestrie et ejusdem loci conuentus uolentes dilectum clericum nostrum Magistrum Symonem de Eylondia fratrem capituli nostri qui caritatiue monasterum nostrum bonis pluribus ampliauit et pro statu et monasterii nostri labores et sumptus diuersos sustinuit. beneficiorum que in monasterio nostro fient inposterum fore cum suis parentibus et specialibus participem : eidem Magistro Symoni vnanimi uoluntate caritatiue concedimus pro nobis et successoribus nostris ut inperpetuum habeat in monasterio nostro Sancti Botulphi apud Colecestriam vnum canonicum ordinis nostri pro anima sua et animabus Roberti et Cecilie parentum suorum omniumque benefactorum suorum et fidelium defunctorum in altari beati Thome martiris officia diuina singulis diebus celebraturum cum toto seruitio mortuorum. quem idem Magister Symon et sui assignati ydoneum statu litteratura moribus et etate ad ordinis et habitus nostri susceptionem successiue vnum post alium ad hujus officii executionem a nobis et successoribus nostris sine difficultate qualibet et contradictione admittendum et ordinandum nobis presentabunt siue nominabunt. Qui sic presentatus seu nominatus si tempore presentationis seu nominationis presbiter non fuerit uel postquam presbiter fuerit et professus ad aliud intabulari secundum obseruantias regulares infirmitate absentia obedientia uel alio modo impediri contigerit eundem quominus officium predictum ibidem ut premittitur peragere et exequi poterit : nos et successores nostri officium predictum per aliquem de nostris

fratribus ad hoc ydoneum et sufficientem in dies celebrari et officium quod incumbit fieri plenarie faciemus quousque idem presentatus et admissus fuerit in presbiterum ordinatus: uel impedimentum quo fuerit impeditus cessauerit. Et si idem Magister Symon uel sui assignati post mortem unius sic ad hoc admissi ad presentandum seu nominandum nobis uel successoribus nostris aliquem ydoneum ad celebranda diuina et officium ut premittitur faciendum per duos menses negligentes fuerint uel remissi. liceat nobis et successoribus nostris aliquem ad hoc ydoneum ex tunc per uisum et assensum domini archidiaconi Colecestrie uel ejus officialis qui pro tempore fuerit ad hoc admittere et ordinare. prestito prius ab eodem juramento coram eodem domino archidiacono uel ejus officiali quod dictum officium ut predicitur fideliter et plenarie peraget et exequetur. Quod si infra mensem post lapsum dictorum duorum mensium a nobis uel successoribus nostris actum non fuerit. liceat ex tunc domino Londoniensi episcopo qui pro tempore fuerit uel etiam decano et capitulo Sancti Pauli Londonie sede Londoniensi uacante uel eorum uices gerentibus personam ydoneam ad hoc ut premittitur admittendam et exequendam nobis et successoribus nostris presentare siue nominare. quorum videlicet domini episcopi decani et capituli et eorum uices gerentes qui pro tempore fuerint cohercioni et districtioni nos et successoribus nostros et omnia bona nostra habita et habenda sponte subicimus. concedentes ut per interdicti et excommunicationis sententias et etiam per sequestrationem bonorum nostrorum nos et successores nostros ualeant de plano et sine omni strepitu judiciali quocumque modo uoluerint compellere et cohercere ad omnia et singula premissa fideliter et plenarie facienda et obseruanda si in aliquo premissorum nos uel successores nostros cessare contigerit uel deficere. In cujus rei testimonium presenti scripto cirograffato sigillum nostrum commune apponi fecimus. Data et acta in capitulo nostro in crastino Ascencionis domini M°CC° octogesimo primo. Nos uero dictam concessionem et conuentionem in omnibus et per omnia ratam habentes et acceptam ipsam auctoritate pontificali confirmamus. inhibentes priori et conuentui supradictis sub pena anathematis si contrauenire presumpserint incurrendi ne ipsi aut sui successores prescriptam couentionem et con-

cessionem suam de qua coram nobis plenius sunt confessi in quouis ipsius articulo vnquam audeant uiolare. Et ad majorem euidentiam premissorum tam dictorum religiosorum quam Magistri Symonis prefati instantia preuenti sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Data apud Crondenam in vigilia Sancte Trinitatis anno domini supradicto consecrationis nostre anno primo.

Confirmatio capituli Sancti Pauli de eodem.

Uniuersis Sancte matris ecclesie filiis ad quorum notitiam littere presentes peruenerint Thomas decanus et capitulum Sancti Pauli Londonie salutem in domino. Litteras tam confirmationis uenerabilis patris domini Ricardi Dei gratia Londoniensis episcopi quam etiam prioris et conuentus Sancti Botulphi Colecestrie super quadam conuentione habita inter ipsos priorem et conuentum et Magistrum Symonem de Eylondia sigillis utrorumque signatas inspeximus in hec uerba. uniuersis ad quos littere presentes peruenerint *et cetera.* sicut in precedenti carta continetur. Nos uero decanus et capitulum supra scripti dictam conuentionem concessionem et confirmationem in omnibus et per omnia ratam habentes et acceptam. eam quatenus in nobis est confirmamus et sigilli nostri appositione communimus. In testimonium premissorum. Data et acta Londonie in crastino beati Petri quod dicitur Aduincula anno domini supra dicto.

De diuersis redditibus assignatis pro eodem canonico.

Uniuersis ad quorum notitiam presens scriptum peruenerit prior et conuentus Sancti Botulphi Colecestrie salutem eternam in domino. Nouerit vniuersitas nostra quod cum Magister Symon de Eylondia clericus qui in domo nostra inperpetuum vnum habebit canonicum pro animabus parentum suorum et anima sua et animabus omnium benefactorum suorum in altari beati Thome martiris celebrantem post mortem fratris Rogeri de Ketellebye concanonici nostri ad ipsius nominationem seu presentationem a nobis admissi. Johannem filium Radulfi de Alneto

clericum ad nostri ordinis et habitus susceptionem nobis presentasset siue nominasset. quem Johannem ad ipsius nominationem admisimus. Idem Magister Symon in ipsius admissione quosdam redditus et tenementa subscripta nobis dedit et carta sua confirmauit. videlicet quatuor solidos et .VIII. denarios redditus et .IIII. gallinas annuatim percipiendos de terris et tenementis Ricardi Wade et heredum suorum in Ardleye de feodo Ragot. et duos solidos annui redditus de Alexandro molendinario Colecestrie percipiendos de mesuagio quod fuit quondam Thome Pycot sutoris. et tres solidos annui redditus percipiendos de Johanne Colyn cissore Colecestrie de schoppa ex opposito ecclesie Sancti Ruwoldi. et vnum stallum in uilla Colecestrie quem idem Magister Symon aliquando emit de Ricardo Hereward et .XVI. denarios annui redditus percipiendos annuatim de tenemento quod fuit Oseberti fabri extra portam australem Colecestrie. quem redditum emit de Johanna Marcyan quondam. et quoddam mesuagium quod nuper adquisiuit de Radulfo del Fen de Eylondia jacens in uico qui uocatur Northstrate in suburbio Colecestrie cum edificiis curtilagiis et omnibus suis pertinentiis. Quequidem redditus et tenementa super altare beati Thome martiris in corpore ecclesie nostre sito in capella sua ubi post mortem ipsius corpus suum ecclesiastice tradetur sepulture optulit. percipiendos per manus canonici sui. et de eisdem assignauit dimidiam marcam ad uesturam ejusdem canonici sui et tres solidos annuatim die anniuersarii patris sui dum uixerit. et post mortem suam die anniuersarii ejusdem Symonis ad pitantiam conuentus pro quorum animabus totus conuentus eodem die celebrabit. et duos solidos et sex denarios eodem die ad sustentationem triginta pauperum. videlicet ita quod quilibet eorum habeant ad uictum eodem die unum denarium uel ualorem unius denarii in pane ceruisia et companagio. et quod residuum dicti redditus ad sustentationem dicti altaris remaneat. ordinauit. Nos pio ejus proposito ordinationem annuentes pro nobis et successoribus nostris concedimus. nos et successores nostros obligamus omnia et singula premissa in forma ordinationis sue predicte facere et obseruare inperpetuum inspectis sacrosanctis promittimus. et omnes contrauenientes in aliquo dicte ordinationi anathematis uinculo innodamus.

In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum nostrum commune est appensum.

Quod presentatio dicti canonici spectat ad abbatem Colecestrie.

SCIANT presentes et futuri quod ego Symon de Eylondia clericus facio et assigno loco meo dominum Dei gratia nunc abbatem Sancti Johannis Colecestrie et quemlibet successorum ejus in dicto monasterio in statu quo ipse existit successiue. unum post alium eidem succedentem. assignatum et attornatum meum perpetuum ad presentandum siue nominandum uiris religiosis priori et conuentui Sancti Botulphi Colecestrie nomine meo clericum ydoneum ad ordinis et habitus susceptionem successiue vnum post alium inperpetuum ad celebrandum diuina et aliud officium quod incumbit peragendum pro animabus Roberti et Cecilie quondam parentum meorum anima mea animabus benefactorum meorum et omnium fidelium defunctorum in capella beati Thome martiris in corpore ecclesie eorumdem Sancti Botulphi Colecestrie ad hoc per me preparata prout ego hactenus clericum eisdem religiosis presentaui ac presentare seu nominare debui secundum formam vim et effectum in carta eorumdem prioris et conuentus inde michi facta contentis. et tenorem confirmationis uenerabilis patris domini Ricardi Dei gratia Londoniensis episcopi ac decani et capituli Sancti Pauli Londonie super hoc subsequenter facte. Volens et concedens tam inter uiuos quam nomine ultime uoluntatis et testamenti mei in hac parte dispono quod idem dominus abbas et quilibet successorum ejusdem tempore oportuno faciat et exequatur in premissis et circa premissa omnia et singula que facere possem et deberem si presens et superstes essem. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Willelmo Gernun. Ranulpho de Arderne. *et cetera.* Data Colecestrie die Sancti Botulphi abbatis anno domini M°CC° nonagesimo sexto.

Hic presentat abbas vnum canonicum post alium.

PATEAT uniuersis nos R. priorem Sancti Botulphi Colecestrie et ejusdem loci conuentum ad presentationem domini Roberti Dei gratia abbatis Sancti Johannis Colecestrie perpetui assignati seu attornati Magistri Symonis de Eylondia clerici ad presentandum seu nominandum nobis clericum inperpetuum successiue vnum post alium ad nostri ordinis et habitus susceptionem ad celebrandum diuina pro animabus Roberti et Cecilie parentum suorum et anima ipsius Symonis et omnium benefactorum suorum in altari beati Thome martiris post mortem fratris Johannis de Elondia concanonici nostri defuncti prius ad illud officium exequendum ad presentationem seu nominationem predicti Magistri Symonis admissi et assignati. Thomam de Brome clericum ad ordinis et habitus nostri susceptionem admississe et diem certum sui ingressus et susceptionem habitus nostri ad petitionem ejusdem assignasse eidem. ita quod postquam fuerit in presbiterum ordinatus pro animabus predictis diuina celebret loco assignato et aliud officium quod incumbit exequatur. Et nos interim per aliquem de nostris fratribus ad hoc premissa fieri faciemus secundum formam instrumentorum inter nos et predictum Magistrum Symonem super hoc confectorum. et confirmationis venerabilis patris domini Londoniensis episcopi ac decani et capituli Sancti Pauli Londonie super premissis facte. In cujus rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Data in capitulo nostro quintodecimo Kalendas Octobris anno domino M° CC° nonagesemo sexto.

[*The remainder of this column, some* 17 *lines, and p.* 280 *are blank.*]

Remissio .xl. solidorum per abbatem de Sees in Berquey.

NOUERINT uniuersi presentes et futuri quod nos Dei gratia abbas monasterii de Sagio et ejusdem loci conuentus dedimus concessimus et omnino remisimus pro nobis et successoribus nostris simpliciter et inper-

petuum religiosis uiris abbati et conuentui Sanĉti Johannis Colecestrie et successoribus suis Londoniensis dyocesis quadraginta solidos annuos quos percipere consueuimus ab eisdem nomine cujusdam prestationis pensionis seu firme annue olim nobis debite a religiosis prediĉtis produabus partibus decimarum majorum et minorum de dominico predecessorum Willelmi de Roffa militis de manerio de Noueseles infra limites parochie de Berquey prouenientium et ad monasterium nostrum aliquo tempore speĉtantium. pro triginta quatuor marcis sterlingorum quos a prediĉtis abbate et conuentu Colecestrie premanibus recepimus. et in euidentem monasterii nostri utilitatem videlicet pro majoris rei adquisitione perpetua conuertimus. Ita quod nos uel successores nostri a prediĉtis religiosis Colecestrie eorum uel successoribus cui prestatione pensione seu firma prediĉtis vel earum occasione nichil omnino juris tituli uel possessionis exaĉtionis uel demande petere exigere seu uendicare possimus uel possint inperpetuum. Renuntiantes in hac parte pro nobis et successoribus nostris omnibus juribus petitionibus aĉtionibus realibus et personalibus in integrum restitutionis cujuslibet beneficio. necnon exceptionibus defensionibus juribus constitutionibus statutis et consuetudinibus generalibus et spiritualibus. alienationes rerum paĉta. transaĉtiones super eisdem direĉte uel indireĉte taĉte uel expresse simpliciter uel sub modo fieri prohibentibus seu non permittentibus. sententiis pronunciationibus latis et ferendis faĉtis et faciendis. et insuper appellationibus in judicio uel extra interpositis et interponendis. indulgenciis gratiis et preuilegiis personis uel rebus concessis et concedendis inpetratis et impretandis in Curia Romana uel alia quacumque ecclesia vel seculari in regno Anglie uel extra justitiam simplicem gratiam uel fauorem continentibus. aliisque remediis et auxiliis omnibus faĉti et juris canonici et ciuilis competentibus et competituris. per que prediĉtarum concessionis remissionis et renuntiationis effeĉtus quibuscumque modo uel forma possint seu debeat inpediri aut quomodolibet inmutari seu etiam eisdem concessioni. remissioni et renuntiationi quo ad aliqua despeĉticatis superius. uel que sub ipsis uel eorum aliquo contineri debeant uel includi etiam non expressa aliqualiter ualeat contradici. Et ut successores nostri quorum utilitas euidens in hoc faĉto uersatur. et quiuis

alii nostro uel ipsorum nomine si contra predicta uel eorum aliqua quicquam procurare facere uel attemptare presumserint inposterum aneantur. nos et monasterium nostrum cum omnibus bonis ejusdem mobilibus et inmobilibus habitis et habendis infra regnum Anglie subicimus et obligamus tenore presentium districtioni et censure cujusque judicis ecclesiastici uel temporalis quem abbas et conuentus Colecestrie qui pro tempore fuerint duxerint eligendum. ut uirtute presentis obligatorii conpellantur contrauenientes inposterum firmam fidem in premissis omnibus obseruare. et facta procurata seu acceptata contra predicta uel eorum aliqua satisfactione celeri prout procurator dictorum abbatis et conuentus Colecestrie sub juramento ueritatis asserere uoluerit per omnia reformare. In quorum omnium fidem et testimonium nos abbas predictus et noster conuentus unanimi consilio totius capituli nostri sigilla nostra apposuimus. Data die ueneris proxima post festum Sancti Andree apostoli anno domini M°CCC°.V^{to}.

Agreement between the Abbot of St. John's Colchester and the Abbot of Oseney respecting the tithes of Bertona Sandford and Lendwell.

HEC indentura facta inter venerabiles viros dominum Galfridum abbatem monasterii Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentum ex una parte. et dominum Johannem abbatem monasterii beate Marie de Osneya et ejusdem loci conuentum ex altera. testatur quod cum abbas Colecestrie predecessor predicti nunc abbatis et ejus conuentus concesserunt et tradiderunt abbati de Osneya predecessori predicti nunc abbatis et ejus conuentui omnes decimas tam majores quam minores eos contingentes in parrochiis ecclesiarum in Bertona et Saunfordia et in Lendwelle et in graua de terra Johannis de Sancto Johanne cum duabus acris terre quas habuerunt in Bertona pro manso. et pro uno manso quod habuerunt apud Saunfordiam cum una acra terre ibidem que Johannes de Sancto Johanne clericus tenuit in eisdem. habendas et tenendas dictis abbati et conuentui de Oseneyo et successoribus suis de dictis abbate predecessore et conuentu de Colcestria et successoribus suis nomine perpetue firme. reddendo eis

annuatim sexaginta solidos sterlingorum apud Colecestriam predictam infra octo dies proximos precedentes festum Natuutatis Sancti Johannis Baptiste. Concesseruntque predicti abbas predecessor et conuentus de Oseneya pro se et suis successoribus suis. si ipsi ad terminum statutum prefatum redditum loco predicto non soluerint. quod darent dictis abbati predecessori et conuentui de Colcestria quotiens hoc eueniret decem marcas nomine pene ad monitionem abbatis Colcestrie qui pro tempore foret certo die a se dato sibi inferendas. Et si necessitas vocaret abbatem Colcestrie in partes Oxonie deberetur eidem abbati et hominibus suis et octo equitaturis in predicta domo de Oseneya procuratio competens per tres dies si idem abbas Colcestrie tantum uelit ibidem morari. Mutato etiam prelato predicte ecclesie de Oseneya qui tunc fuit omnes sibi succedentes prelati per se vel procuratorem suum in capitulo Sancti Johannis Colecestrie predicti infra quadraginta dies a sua intronizatione venire deberent fidelitatem super premissis prestiturum ac vnum bisancium auri ibidem in manum presidentis oblaturum eisdem abbati et conuentui et successoribus suis de Oseneya qui pro tempore forent prelibata pena plectenda. si et hoc non fuerit obseruatum. Idemque abbas de Oseneya predecessor et conuentus et successores sui onera dictis decimis terris et tenementis incidentia semper sustinerent prout in quibusdam scriptis indentatis inter predictos abbates predecessores et eorum conuentus de dimissione et conuentionibus predictis satis plenius continetur. Et etiam in eisdem scriptis indentatis concessa fuerit per predictos abbates predecessores et eorum conuentus ut nulla vetustate dimissio et conuentiones predicte a memoria hominum sicut scriptum est auocerentur. quod quotiens visus foret abbati et conuentui Colecestrie qui pro tempore essent expedire deberet scriptura in dictis scriptis indentatis contenta noua signatione sigilli capituli de Oseneya renouare. Ac modo inter predictos abbates et conuentus qui nunc sunt super loco solutionis predictorum sexaginta solidorum. eo quod predictus Johannes abbas de Oseneya et ejusdem loci conuentus predictum redditum apud Oseneyam et non apud Colecestriam predictam soluere debere et ipsos ac predecessores suos longo tempore ibidem et non alibi soluere usos fuisse pretendant. in contrarium affirmationis predictorum abbatis et conuentus Colecestrie et contra tenorem

et effectum conuentionum predictarum in dictis scriptis indentatis contentarum. predicti nunc abbates et eorum conuentus vnanimi assensu et voluntate concordati sunt et concesserunt per presentes quod predictus dominus Johannes abbas de Oseneya et successores sui soluent uel solui facient predictum redditum sexaginta solidorum prefato domino Galfrido abbati Colecestrie et successoribus suis apud Londoniam in parochia Sancti Dunstani juxta Turrim Londonie in hospitio dictorum abbatis et conuentus Colecestrie in vico vocato Menchenelane annuatim ad festum Sancti Johannis Baptiste predictum vel infra octo dies tunc proximos sequentes vel alicui eorum abbatis et conuentus de Colecestria vel successorum suorum nomine litteram acquietancie sigillo abbatis Colecestrie qui pro tempore fuerit consignatam. de termino hujus solutionis deferenti et illam dictis abbati et conuentui de Oseneya et successoribus suis vel eorum nuntio ibidem liberanti. Concesseruntque idem abbas et conuentus de Oseneya et se obligant per presentes quod si ipsi vel successores sui de solutione predicti redditus Londonie in hospitio predicto ad aliquem terminum in posterum in parte vel in toto defecerint: quod ipsi decem marcas nomine pene dictis abbati et conuentui de Colecestria et successoribus suis soluent et soluere teneantur. et sic totiens quotiens ipsos abbatem et conuentum de Oseneya vel successores suos de solutione predicti redditus ad aliquem terminum solutionis in parte vel in toto deficere contingat in futurum ad monitionem abbatis Colecestrie qui pro tempore erit certo die a se dando vt supradictum est sibi apud Colecestriam inferendum. Et predictus Galfridus abbas Colecestrie et ejus conuentus concesserunt quod predicti abbas et conuentus de Oseneya et successores sui de veniendo post quamlibet nouam creationem seu intronizationem alicujus abbatis de Oseneya per se vel procuratorem suum in capitulo Sancti Johannis Colecestrie predicte sic de fidelitate eis facienda omnino quieti sunt et exonerati imperpetuum. Saluo semper eidem abbati Colecestrie et successoribus suis predicto bizancio auri. videlicet pretii duorum solidorum vel pretium predictum Londonie in hospitio predicto et non alibi infra quadraginta dies predictos eis soluendo per sufficientem acquietanciam ex parte abbatis Colecestrie qui pro tempore fuerit abbati de Oseneya qui pro tempore fuerit

vel ejus nuntio in hac parte liberandam. Omnesque alias conuentiones et concordias in dictis scriptis indentatis contentas predicti nunc abbates et conuentus vnanimi assensu concesserunt ratificauerunt et confirmauerunt per presentes. In cujus rei testimonium parti indenture penes religiosos viros abbatem et conuentum monasterii Sancti Johannis predicti remanenti sigillum commune predictorum religiosorum virorum abbatis et conuentus de Oseneya est appensum. alteri parti indenture penes religiosos viros abbatem et conuentum monasterii de Oseneya predicti remanenti sigillum commune predictorum religiosorum virorum abbatis et conuentus monasterii Sancti Johannis Colecestrie predicte est appensum. Data vicesimo octavo die mensis Octobris anno domini millesimo ccc^mo^ octogesimo quarto.

[*After this document the MS. continues in the handwriting of the original scribe.*]

Cirographum de quadam terra in Londiniis in parrochia Sancti Dunstani dimissa Hugoni capellano.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dimiserunt et concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Hugoni capellano Sancti Dunstani in Lundoniis terram quam tenent de hospitali Sancti Jacobi in parochia Sancti Dunstani que jacet inter terram ipsorum abbatis et monachorum uersus austrum et vicum regium aquilonalem secus cimiterium Sancti Dunstani. habendam et tenendam de eis eidem Hugoni et cuicumque de suis illam dare uel dimittere uel assignare uoluerit et heredibus eorum in feodo et hereditate libere et quiete finabiliter cum pertinentiis. reddendo inde annuatim prefatis abbati et monachis et successoribus suis decem solidos sterlingorum ad duos terminos. scilicet infra Octabas Pasche quinque solidos et infra octo dies Sancti Michaelis quinque solidos pro omni seruitio et exactione ad eos pertinente. Et si prefati abbas et monachi in transitu suo uelint ibidem hospitari predictus Hugo et successores sui ipsos sumptibus eorum in hospitio benigne suscipient. Si uero predictus Hugo uel sui successores predictum redditum decem solidorum ad terminos statutos non reddiderint. licebit seruienti abbatis predictum tenementum sine contradictione et resistentia modo debito namiare. et ut melius poterit ad solutionem debitam cohercere. Et si contigerit predictum tenementum edificio uacare aut quod absit incendio consumi. nichilominus prefati Hugo et successores sui prenominatum redditum ad predictos terminos integre persoluent. Et si infra annum prefatus Hugo redditum predictum non persoluerit. licebit prefatis abbati et monachis tenementum illud in manus suas capere et de eo ad libitum disponere. Et

est sciendum quod prefatus Hugo uel successores sui nunquam tenementum prefatum dimittent alicui domui religiose nisi prefatis abbati et monachis Colecestria si uoluerint. nec Judeo. nec alicui potenti per quem prefati abbas et monachi a prefato redditu aut conuentionibus in hoc scripto contentis possint defraudari. Si tamen predictus Hugo uel sui successores terram illam uendere uoluerint : prefati abbas et monachi erunt in omnibus aliis propinquiores ad eam emendam de uno bisantio. expresso tamen de ipsis tenentibus juramento quantam summam pecunie ab aliis possint habere. Hanc uero terram cum pertinentiis prefati abbas et monachi debent warantizare predicto Hugoni et successoribus suis contra omnes homines. salua tamen exactione domini Regis uel justiciariorum ejus. et aduersus capitales dominos ipsos tenentur acquietare. Et nisi fecerint prefatus Hugo et successores sui post quadraginta dies per conscientiam et assensum abbatis et monachorum de proximiori redditu futuro eam acquietabunt per manum seruientis abbatis. Hanc conuentionem fideliter et sine malo ingenio tenendam prefatus Hugo inspectis sacrosanctis in ipsorum abbatis et monachorum capitulo jurauit et successores sui cum succedunt eandem tenentur facere securitatem. Quod ut firmum maneat et stabile presens scriptum cyrographatum tam prefati abbas et monachi sigillo capituli sui quam prefatus Hugo sigillo suo curauerunt roborare. Pro hac autem dimissione concessione et confirmatione dedit predictus Hugo sepedictis abbati et monachis unam libram piperis in gersumam. Hiis testibus Rogero filio Alani maiore Lundonie. Magistro Helia de Suthwurc. Radulfo Alderman. Johanne Spirling Alderman. Elia filio Elye. Galfrido fratre suo. Johanne domesoste. Rogero de Blonkesapeltun. Radulfo filio suo. Roberto fratre suo. Ailwardo Bule. Johanne filio suo. Roberto fratre suo. Gileberto Feuterer. Petro filio suo. Ex parte abbatis. Ricardo filio Pagani. Nigello de Hauekestune. Ricardo Mareschallo. Raimundo de Lundoniis seruientibus abbatis. et multis aliis.

Cirographum Rogeri fabri de terra et prato de Strafford juxta Londonias.

Notum sit presentibus et futuris quod Adam Dei gratia abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie concesserunt et dimiserunt et hac carta cyrographata confirmauerunt Rogero filio Rogeri fabri de Straford totam terram cum prato et aliis suis pertinentiis que fuit Symonis Ruffi in Brembelee cum Alicia filia et herede ipsius Symonis. habendam et tenendam de eis sibi et heredibus ex ipso Rogero et ipsa Alicia provenientibus. reddendo inde annuatim prenominatis abbati et conuentui Colecestrie nouem solidos esterlingorum ad quatuor terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis duos solidos et tres denarios. ad Natale domini duos solidos et tres denarios. ad Pascha duos solidos et tres denarios. ad Natiuitatem beati Johannis Baptiste duos solidos et tres denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus que ad predictos abbatem et conuentum pertinent. Et est sciendum quod non licebit predicto Rogero uel alicui heredi suo hanc cartam alicui inuadiare. uel in manu Judeorum ponere. uel tenementum prenominatum alicui domui religiose conferre. Et ut hec concessio et dimissio futuris temporibus firma et stabilis permaneat. hanc cartam cyrographatam tam abbas et conuentus Colecestrie quam idem Rogerus sigillis suis confirmare curauerunt. Hiis testibus domino Benedicto abbate de Coggeshale. Rogero de Ver. Magistro Petro de Wirlingewrthe. Willelmo de Pumfrat. Rogero Huscarl. Willelmo de Piro. Nigello de Hauekestune. Waltero de Bokkinges. Ricardo de Manestune. Osberto marescallo. Roberto Janitore. et multis aliis.

Cirographum de quadam terra juxta Walebroc in Londoniis.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria concessimus et presenti carta confirmauimus Gaufrido de Baudoc terram nostram de Walebroc in Londoniis que fuit Magistri Eraclii filii Baldewini. tenendam illi et heredibus suis de nobis inperpetuum. reddendo inde nobis et mittendo annuatim octo solidos de seruitio. scilicet quatuor solidos ad Pascha et quatuor solidos ad festum

Sancti Michaelis. Pro hac autem concessione et confirmatione dedit nobis prenominatus Gaufridus quatuor solidos de gersuma. Et hoc seruitio statutis terminis faciendo et mittendo. et de fidelitate nobis in omnibus conseruanda. in pleno capitulo nostro tactis sacrosanctis juramentum prestitit. Et ut hec concessio firma et stabilis perseueret eam hac carta cyrographata roborare curauimus. Hiis testibus Osberto seneschallo. Benjamin. Symone. clericis. Radulfo Portario. Hamone. Radulfo. Briano hominibus abbatis. Johanne de Nortfolchia. Godefrido de Baudoc. Daniele fratre suo. Waltero de Sancto Eadmundo. Gileberto le Taillur. Andrea le Gorgerier. Willelmo filio Walteri rufi. Osberto fratre Johannis. et multis aliis.

Cirographum de quadam terra in parochia Sancti Dunstani Londoniis.

Sciant presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dimiserunt et concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Magistro Gregorio rectori ecclesie Omnium Sanctorum de Ginges terram cum edificiis quam tenent de hospitali Sancti Jacobi in Londoniis in parochia Sancti Dunstani. que jacet inter terram ipsorum monachorum que est uersus austrum et uicum regium aquilonalem secus cimiterium Sancti Dunstani. Quam terram cum edificiis Hugo capellanus Sancti Dunstani aliquando de eis tenuit. vt predictus Gregorius habeat et teneat de eis jam dictam terram cum pertinentiis sibi et cuicumque de suis illam terram dare uel dimittere uel assignare uoluerit et heredibus eorum in feodo et hereditate libere et quiete et finabiliter. reddendo inde annuatim prefatis abbati et monachis decem solidos sterlingorum ad duos terminos. scilicet infra octabas Pasche quinque solidos et infra Octabas Sancti Michaelis quinque solidos pro omni seruitio et exactione ad eos pertinente. Et si prefati abbas et monachi in transitu suo uelint ibidem hospitari: predictus Gregorius et successores sui ipsos sumptibus eorum in hospitio benigne suscipient. Si uero predictus Gregorius uel successores sui predictum redditum decem solidorum ad terminos statutos non reddiderint. licebit seruienti abbatis predictum tenementum sine contradictione et resistentia modo debito namiare et ut melius potuerit ad solutionem

debitam cohercere. Et si contigerit predictum tenementum edificio uacare aut quod absit incendio consumi. nichilominus predictus Gregorius prenominatum redditum ad predictos terminos integre persoluet. et infra biennium a consumptione talia edificia in eodem tenemento eriget de quibus redditus predictus plene poterit prouenire. Similiter et sui successores facient. Et si infra annum prefatus Gregorius uel successores sui redditum predictum non persoluerint: licebit abbati et monachis tenementum illud in manus suas capere et de eo ad libitum disponere. Et est sciendum quod prefatus Gregorius uel successores sui nunquam tenementum prefatum dimittent uel obligabunt alicui domui religiose nisi prefatis abbati et monachis Colecestrie si uoluerint. nec Judeo. nec alicui potenti per quem prefati abbas et monachi a prefato redditu aut conuentionibus in hoc scripto contentis possint defraudari. Verumtamen si predictus Gregorius uel successores sui terram illam uendere uoluerint: prefati abbas et monachi erunt omnibus aliis propinquiores ad eam emendam de uno bisantio. expresso tamen de ipsis tenentibus juramento quantam summam pecunie ab aliis possint habere. Hanc itaque terram cum pertinentiis prefati abbas et monachi debent warantizare predicto Gregorio et successoribus suis contra omnes homines. salua tamen exactione domini regis uel justiciariorum ejus. et aduersus capitales dominos ipsos tenentur adquietare. et nisi fecerint prefatus Gregorius et successores sui post quadraginta dies per conscientiam et assensum abbatis et monachorum de proximiori redditu futuro. eam adquietabunt per manum seruientis abbatis. Hanc conuentionem fideliter et sine malo ingenio tenendam predictus Gregorius tactis sacrosanctis in ipsorum abbatis et monachorum capitulo jurauit et successores sui cum succedunt antequam illius tenementi possessionem ingrediantur similem tenentur facere securitatem. Quod ut firmum et stabile perseueret tam prefati abbas et monachi sigillo capituli sui quam prefatus Gregorius sigillo suo curauerunt roborare. Hiis testibus Radulfo Steppereng Roberto de Turri. Petro Albo. Waltero de Baldoc. Alano draper. Adriano draper. Radulfo speciario. Gocio speciario. Thoma Bursario. Johanne clerico. Johanne Janitore. Waltero pictore. et multis aliis.

De quadam terra in Londoniis dimissa Ledulfo Teutonico.

Sciant presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas Sancti Johannis Colecestrie et conuentus ejusdem loci communi assensu et uoluntate capituli sui totius concesserunt et dimiserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Ledulfo Teutonico totam terram quam habuerunt in parochia Sancti Dunstani Londoniis tam de feodo Eudonis senescalli quam de aliis terris adjacentibus. Terram scilicet que jacet inter terras Gregorii Medici et Petri filtrarii uersus aquilonem et terras que fuerunt Ricardi de Chelmeresford et Johannis Hanyn et Roberti Bat uersus austrum. Que etiam terra extenditur a uiculo regio orientali protendente a cimiterio dicte ecclesie Sancti Dunstani usque ad uenellam et fontem qui uocatur Arunewelle uersus occidentem. scilicet quicquid in dicta terra tempore hujus dimissionis habuerunt in longitudine et in latitudine in lignis et lapidibus in rebus cunctis cum omnibus pertinentiis suis integre. vt predictus Ledulfus habeat et teneat de eis jam dictam terram cum pertinentiis sibi et heredibus suis uel cuicumque illam dare uel dimittere uel assignare uoluerit et heredibus eorum in feodo et hereditate libere et quiete bene et in pace finabiliter. reddendo inde annuatim prefatis abbati et monachis uiginti solidos esterlingorum ad duos terminos. scilicet infra octabas Pasche decem solidos et infra octabas Sancti Michaelis decem solidos pro omni seruitio et exactione ad eos pertinente. Si uero predictus Ledulfus uel ejus assignati uel heredes sui predictum redditum uiginti solidorum ad terminos statutos non reddiderint. licebit dictis abbati et monachis uel eorum seruienti predictum tenementum sine contradictione et resistentia modo debito namiare. et ut melius potuerint ad solutionem debitam cohercere. Et si contigerit predictum tenementum edificio uacare aut quod absit incendio consumi. nichilominus predictus Ledulfus prenominatum redditum ad predictos terminos integre persoluet. et infra biennium a consumptione talia edificia in eodem tenemento eriget de quibus predictus redditus plene poterit prouenire. Similiter et ejus assignati uel heredes sui facient. Et si infra biennium prefatus Ledulfus uel ejus

assignati uel heredes sui in Anglia existentes predictum redditum non persoluerint. licebit predictis abbati et monachis tenementum illud in manus suas capere et de eo ad libitum disponere. Et est sciendum quod prefatus Ledulfus uel ejus assignati uel heredes sui nunquam prefatum tenementum uel presens instrumentum dimittent uel obligabunt alicui domui religiose nisi prefatis abbati et monachis Colecestrie si uoluerint. nec Judeis. nec alicui potenti per quem prefati abbas et monachi a prefato redditu aut conuentionibus in hoc scripto contentis possint defraudari. Verumtamen si predictus Ledulfus uel ejus assignati uel heredes sui dictam terram uendere uoluerint. prefati abbas et monachi erunt omnibus aliis propinquiores ad eam emendam de uno bisantio. expresso tamen de ipsis tenentibus juramento quantam summam pecunie ab aliis possint habere. Hanc itaque terram cum omnibus pertinentiis suis prefati abbas et monachi Colecestrie debent warantizare predicto Ledulfo uel ejus assignatis et heredibus suis contra omnes homines et feminas. salua tamen exactione domini regis uel justiciariorum ejus quam dictus Ledulfus et ejus assignati et heredes sui sustinebunt. Et uersus capitales dominos dicti abbas et monachi dictum Ledulfus uel ejus assignatos et heredes suos tenentur ad quietare. et nisi fecerint: post quadraginta dies per conscientiam abbatis et monachorum de proximiori redditu futuro eam acquietabunt per manum seruientis abbatis. Hanc conuentionem fideliter et sine malo ingenio tenendam predictus Ledulfus tactis sacrosanctis in ipsorum abbatis et monachorum capitulo jurauit et heredes sui uel ejus assignati cum succedunt antequam illius tenementi possessionem ingrediantur similem tenentur facere securitatem. Quod ut firmum et stabile perseueret: tam prefatus abbas et monachi sigillo capituli sui quam prefatus Ledulfus sigillo suo presentem cartam cyrographatam mutuo roborauerunt. Hiis testibus Andrea Bukerel tunc maiore Londoniarum. Henrico de Edelmestune tunc vicecomite Londoniarum. Ricardo Reynger. Petro Blundo tunc alderman. Waltero de Baldac. Magistro Gregorio. Ricardo de Chelmereford. Michaele clerico. Johanne Garlonde. Hugone Flemeng. Andrea Egrich. Waltero de Foleham. Edwardo de Foleham. Roberto de Foleham. Johanne Hanyn. Jordano et Alexandro clericis abbatis. Godefrido de

Hauekestune. Reymundo de Selford. Ricardo de Mannestune. Willelmo de Helteney. Willelmo Hauekeseye. Willelmo Modi. Philippo de Dunilonde. Galfrido de Sartrino. Roberto de Celario. Petro Janitore. et aliis.

De quadam particula terre in Londoniis dimissa Roberto de Turri.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis de Colecestria concesserunt et dimiserunt Roberto de Turri filio Radulfi quandam particulam terre de feodo R. Mantelli in Londoniis. Que particula juncta est feodo predicti Roberti de Turri. habendam et tenendam eidem Roberto et heredibus suis pro seruitio duodecim denariorum per annum ad festum Sancti Michaelis. Et est sciendum quod illa particula terre que a monachis predictis dimittitur continet in latitudine sex ulnas tempore Henrici Regis Anglie usitatas et uiginti quatuor in longitudine de eisdem ulnis. Hoc addito quod pro reragiis licebit eis per se uel per nuntios suos in predicta particula namiare. Nec poterunt dictam particulam in aliam personam transferre: nisi prius dictis monachis de redditu suo securis effectis. Hanc autem particulam terre tenentur dicti monachi eidem Roberto et heredibus suis per predictum seruitium contra omnes homines et feminas warantizare. Sigillum autem ab hoc cyrografo dependens nunquam in manus Judei uel Judeorum permittent transferri. Hiis testibus Petro Blundo tunc aldermanno. Roberto de Walflete. Johanne Wedercok. Ricardo filio Petri aldermanni. Bruningo lanario. Willelmo. Samuel. Michaele clerico. Johanne de Sancto Dunstano. Et aliis.

De predicta terra in parochia Sancti Dunstani Londoniis dimissa Gunnore de Colecestria.

SCIANT presentes et futuri quod Willelmus Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dimiserunt et concesserunt et presenti carta Cyrographata confirmauerunt Gunnore de Colecestria et Godefrido filio suo terram cum edificiis quam tenent de Hospitali Sancti Jacobi in

Londoniis in parochia Sancti Dunstani. que jacet inter terram ipsorum monachorum qui est uersus austrum et vicum regium aquilonalem secus cimiterium Sancti Dunstani. Quam terram cum edificiis Hugo capellanus aliquando de eis tenuit et post eum Magister Gregorius rector ecclesie Omnium Sanctorum de Ginges. habendam et tenendam de eis dictam terram cum pertinentiis predicte Gunnore et predicto Godefrido post ipsam et cuicumque de suis illam dare dimittere uel assignare uoluerint et eorum heredibus in feodo et hereditate libere quiete et finabiliter. Reddendo inde annuatim abbati et monachis Colecestrie decem solidos esterlingorum ad duos terminos. scilicet infra octabas Pasche quinque solidos et infra octabas Sancti Michaelis quinque solidos pro omni seruitio et exactione ad eos pertinente. Et si abbas et monachi Colecestrie in transitu suo uelint ibidem hospitari : predicti Gunnora et Godefridus et eorum successores ipsos sumptibus eorum in hospitio benigne suscipient. Si uero predicti Gunnora uel Godefridus uel eorum successores predictum redditum decem solidorum terminis statutis non reddiderint : licebit seruienti abbatis predictum tenementum sine omni contradictione et resistentia modo debito namiare et ut melius potuerit ad solutionem debitam cohercere. et si contigerit predictum tenementum edificio uacare aut quod absit incendio consumi : nichilominus predicti Gunnora et Godefridus prenominatum redditum terminis predictis integre persoluent. et infra biennium a consumptione talia edificia in eodem tenemento erigent de quibus redditus predictus plene poterit prouenire. Similiter et successores sui facient et si infra annum prefatus redditus non fuerit persolutus. licebit abbati et monachis tenementum illud in manus suas capere et de eo ad libitum disponere. Et est sciendum quod prefati Gunnora uel Godefridus uel eorum successores nunquam tenementum illud dimittent uel obligabunt alicui domui religiose nisi abbati et monachis Colecestrie si uoluerint. nec Judeo. nec alicui potenti per quem abbas et monachi a prefato redditu aut conuentionibus in hoc scripto contentis : possint defraudari. Verumtamen si ipsi uel eorum successores terram illam uendere uoluerint. abbas et monachi Colecestrie erunt omnibus aliis propinquiores de uno bisantio. expresso tamen de ipsis tenentibus juramento quantam summam pecunie ab aliis possint habere.

Hanc itaque terram cum pertinentiis abbas et monachi Colecestrie debent warantizare predictis Gunnore et Godefrido. et eorum successoribus contra omnes homines. salua tamen exactione domini Regis et justiciariorum ejus et aduersus capitales dominos ipsos tenentur aquietare. et nisi fecerint prefati tenentes et eorum successores post quadraginta dies per conscientiam et assensum abbatis et monachorum de proximiori redditu futuro eam aquietabunt per manum seruientis abbatis. Hanc conuentionem fideliter et sine malo ingenio tenendam pretaxati Gunnora et Godefridus inspectis sacrosanctis in ipsorum abbatis et monachorum capitulo corporale prestiterunt sacramentum. Similiter et omnes eorum successores cum succedunt sepedictum tenementum ingressuri. antequam ejusdem possessionem ingrediantur. consimilem tenentur facere securitatem. Vt autem prescripta omnia firmitatis et stabilitatis robur perpetuum optineant tam prefati abbas et monachi quam predicti Gunnora et Godefridus presens scriptum cyrographatum mutuis sigillis suis hinc inde ei appositis roborare curarunt. Hiis testibus. Petro Blundo tunc aldermanno. Ricardo filio ejusdem. Galfrido capellano Sancti Dunstani. Radulfo Spiciario. Johanne de Arcubus. Johanne Sperling. Petro aurifabro. Ledulfo Teutonico. Magistro Willelmo de Turri. Johanne de Sancto Dunstano. Roberto Longo. Symone Melksop. Adriano Pictore. et aliis.

De mesuagio Ricardi le Tanur de feodo Boneuie.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas monachorum Colecestrie et conuentus ejusdem loci dimiserunt et concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Ricardo le Tanur mesuagium de feodo Boneuie. quod Ailwardus presbiter de eis aliquando tenuit extra uillam Colecestrie proximum del Est venelle que descendit a domo Fullonis. habendum et tenendum de eis sibi et heredibus suis inperpetuum. reddendo eisdem abbati et monachis annuatim octo denarios ad duos terminos. scilicet ad Pascha quatuor denarios et ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios pro omni seruitio et exactione. Idem vero Ricardus in eorum capitulo jurauit se fidelitatem eis in omnibus obseruaturum et quod cartam

suam nunquam in manus Judeorum inuadiabit. Hiis testibus Alexandro filio Osberti. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Reimundo filio Gaufrido. Thomas de Estrate. Ricardo filio Radulfi. Radulfo. Nigello hominibus abbatis.

Item de mesuagio Ailuuardi presbiteri in Colecestria.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Ricardo filio Radulfi illud mesuagium in suburbio Colecestrie quod Ailwardus presbiter aliquando tenuit. Quod mesuagium jacet inter pomerium prediƈtorum monachorum et mesuagium quod Willelmus Man olim tenuit. habendum et tenendum eidem Ricardo et heredibus suis cum omnibus pertinentiis ejusdem mesuagii. reddendo inde per annum duos solidos. medietatem scilicet ad festum Michaelis et medietatem ad Pascha. Prediƈtus igitur Ricardus et heredes sui uel per eos prediƈtum mesuagium tenentes claudere tenentur sepem penes se que est inter prediƈtum mesuagium et pomerium prediƈtorum monachorum ita quod per sepem illam dampnum non incurrant prefati abbas et monachi. et de fidelitate prefatis abbati et monachis in omnibus seruanda. et de prediƈto seruitio statutis terminis soluendo. et quod cartam quam de prefato tenemento habet nunquam in manus Judeorum ponet sepediƈtus Ricardus in prefatorum abbatis et monachorum capitulo prestitit juramentum. et heredes sui cum succedunt. antequam illius tenementi possessionem ingrediantur eandem tenentur facere securitatem. Hoc hac carta cyrographata a cujus altera parte sigillum conuentus et a cujus altera parte sigillum ipsius Ricardi dependet: roboratur. Hiis testibus Alexandro de Brichlingeseya. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Gaufredi. Ricardo. Ricardo filio Marciani. Nigello de Hauekestune. Johanne Pincerna. Ricardo Mareschallo. Ricardo de Mannestune. Rogero Coco. et aliis.

De eodem mesuagio dimisso Gileberto clerico.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Gileberto clerico illud mesuagium in suburbio Colecestrie quod Ailwardus presbiter aliquando tenuit. quod mesuagium jacet inter pomerium predictorum monachorum et mesuagium quod Willelmus Man olim tenuit. habendum et tenendum eidem Gileberto et heredibus suis hereditabiliter cum omnibus pertinentiis ejusdem mesagii. reddendo inde per annum prefatis abbati et monachis quatuor solidos. medietatem scilicet ad festum Sancti Michaelis et medietatem ad Pascha. Predictus igitur Gilebertus et ejus successores uel per eos predictum mesagium tenentes claudere tenentur sepem penes se que est inter predictum mesagium et pomerium predictorum monachorum. ita quod per sepem illam dampnum non incurrant prefati abbas et monachi. Et si in processu temporis uelit predictus Gilebertus uel successores sui predictum mesagium monachis prefatis relinquere: tenentur prouidere ut edificia ejusdem mesagii ualeant uiginti solidos sicut fuerunt appretiata quando idem Gilebertus ipsa recepit. Nec licebit ipsi Gileberto uel successoribus suis mesagium illud dimittere alicui potenti uel curiali per quem prefati abbas et monachi seruitium suum suprascriptum amittant. Et de fidelitate prefatis abbi et monachis in omnibus seruanda. et de predicto seruitio statutis terminis soluendo. et de tenore carte sue fideliter obseruando. et quod cartam quam de prefato tenemento habet nunquam in manus Judeorum ponet: sepedictus Gilebertus in prefatorum abbatis et monachorum capitulo prestitit juramentum. et successores sui ad illius tenementi ingressum eandem tenentur facere securitatem. Hoc hac carta cyrographata a cujus altera parte sigillum conuentus et a cujus altera parte sigillum ipsius Gileberti dependet: roboratur. Hiis testibus. Michaele persona de Brich'. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Gaufridi. Ricardo filio Marciani. Ricardo filio Pagani. Nigello de Hauekestune. Johanne Pincerna. Ricardo Mareschallo.

Ricardo de Manestune. Rogero coco. Johanne de Diham. clerico. Symone de Andeuilla. Ricardo et Radulfo de Coggeshale. et aliis.

De quibusdam tenementis confirmatis Nicholao filio Walteri.

ADAM Dei gratia abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus omnibus qui has litteras uiderint uel audierint salutem. Sciatis nos communi consensu et assensu totius capituli nostri concessisse et hac carta nostra confirmasse Nicholao filio Walteri de Colecestria et ejus heredibus tenementa subscripta que pater ipsius Nicholai tenuit. scilicet dimidium mesagii quod fuit Wlwardi filii Ailwardi. et dimidium Linlande et dimidium mesagii uersus Suth quod fuit Hugonis Quareme. et dimidietatem illarum uiginti acrarum de Cloddestegele quas Willelmus filius Brun dedit ecclesie nostre pro se et Johanne filio suo. Hec predicta tenementa tenebit ipse et heredes sui de Sancto Johanne libere et quiete per redditum quatuor solidorum in anno pro omni seruitio. et illos quatuor solidos reddet ad duos terminos in anno. medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis. Sed si Danegeldum aduenerit. ipse acquietabit. Et nos debemus illi et heredibus suis predicta tenementa warantizare. Pro hac autem concessione et confirmatione dedit nobis predictus Nicholaus duas marcas argenti de Gersuma et de predictis tenementis et eorum seruitiis fidelitatem nobis fecit. Hoc carta nostra cyrographata a cujus altera parte sigillum capituli nostri dependet et a cujus altera parte sigillum ipsius Nicholai dependet: testificamur. Hiis testibus. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Petro decano. Thoma decano. Brunone presbitero Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Reimundo filio Gaufridi. Petro filio Radulfi. Thoma filio Radulfi. Petro filio Hugonis. Symone filio Rogeri. et multis aliis.

De mesuagio Edgari Treisolz et Ricardi de Peltindune.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Ricardo de Peltindune et Aelicie filie Gilberti mesuagium quod

fuit Adgari Treissolz cum pertinentiis suis. habendum et tenendum sibi et heredibus suis per seruitium uiginti septem denariorum per annum. reddendo tresdecim denarios et obulum ad festum Sancti Michaelis. et totidem ad Pascha pro omni seruitio. et hoc tenementum predictis Ricardo et Aalicie et heredibus suis warantizabunt per predictum seruitium. Sciendum quoque quod non licebit predictis Ricardo nec Aelicie nec heredibus suis nec alicui cui forte tenementum illud dimiserint. dimittere illud uel conferre uel assignare aliquibus relegiosis personis nisi per concessionem predicti conuentus. Pro hac dimissione et confirmatione dederunt predicti Ricardus et Aalicia abbati et monachis viginti libras de Gersuma. Hiis testibus. Ricardo filio Gileberti. Johanne filio Radulfi. Symone filio Marciani. Osberto camerario. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Gaufridi Reimundo filio Gaufridi. Thoma de Estrate. Felicio fratre suo. Ricardo filio Marciani. Alexandro fratre suo. Radulfo Janitore. Nicholao dispensatore. Ricardo filio Radulfi. Radulfo. Adam. Pagano. hominibus abbatis. et aliis.

De .i. acra Helie fabri pro ferramento caruce.

Sciant presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas Çolecestrie et conuentus ejusdem loci concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Elye fabro acram illam cum procinctu quam Adam faber tenuit in Grenstede. tenendam sibi et heredibus suis pro operatione ferramenti unius caruce de aula de Grenstede de materia ferri abbatis. Et est sciendum quod idem Elyas tenetur facere sectam generalis halimoti de Grenstede bis in anno sine causatione: et quando homines ejusdem uille communiter auxiliantur abbati. prefatus Elyas et heredes sui dabunt pro auxilio quatuor ferra equi cum clauis et erunt quieti. Quod ut firmum permaneat et stabile presenti scripto cyrographato roboratur. Hiis testibus. Willelmo Bataille. Radulfo Picot. Ricardo filio Pagani. Symone filio Marciani. Ricardo filio Gileberti. Nigello de Haukestune. Ricardo de Mannestune. Symone fabro. Symone de Andeuilla. Adam Suift. Nicholao filio Symonis. et multis aliis.

Excambium factum Johanni filio Radulfi de .i. acra pro quodam prato.

HEC est conuentio facta inter abbatem et conuentum monachorum de Colecestria et Johannem filium Radulfi de Colecestria. scilicet quod predicti abbas et conuentus dederunt predicto Johanni filio Radulfi pratum quod jacet inter gardinum de Balkne et moram. sicut fossa ipsum pratum procingit. quod Robertus de Gardino de ipsis abbate et conuentu tenuit in excambium propter unam acram terre que jacet juxta Landstanesweie. quam Gilebertus de Broke tenuit de Willelmo filio Benedicti. Et predicti abbas et conuentus warantizabunt predictum pratum sepedicto Johanni et heredibus suis contra omnes homines tam masculos quam feminas. Et Johannes et heredes sui warantizabunt predictam acram abbati et conuentui contra omnes homines tam masculos quam feminas. Et ut hoc excambium ratum et stabile permaneat sigillum capituli Sancti Johannis quod a parte cyrographi Johannis dependet. et sigillum Johannis quod a parte cyrographi abbatis et conuentus dependet. testificantur. Hiis testibus. Symone filio Marciani. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Reimundo filio Galfridi. Willelmo filio Johannis. Wimundo. Nicholao de Northstrate. Thoma de Northstrate.

De quodam mesagio Roberti pistoris juxta capellam Sancti Thome.

OMNIBUS presens scriptum uisuris Adam Dei gratia abbas Colecestrie et conuentus ejusdem loci eternam in domino salutem. Sciatis nos dimisisse et concessisse et presenti carta cyrographata confirmasse Roberto pistori mesagium cum pertinentiis quod fuit olim Roberti Braciatoris in suburbio Colecestrie juxta capellam Sancti Thome. habendum et tenendum de nobis sibi et heredibus suis libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde nobis singulis annis quinque solidos et duos denarios ad tres terminos. scilicet ad Pascha decem denarios et ad festum Sancti Michaelis decem denarios ad communem receptam. et quadraginta duos denarios infirmario ejusdem abbatie nostre in uigilia Sancti Jacobi ad emendandum in eodem festo re-

fectorium pro omni seruitio. Et sciendum quod non licebit predicto Roberto nec heredibus suis inuadiare uel uendere uel aliquo modo dimittere predictum tenementum alicui Judeo uel domui religiose uel alii prepotenti quo jus nostrum aut redditus suprascriptus possit periclitari aut nobis subtrahi. Hiis testibus. Johanne filio Radulfi. Symone filio Marciani. Ricardo filio Gileberti. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Galfridi. Thoma de Estrate. Felicie fratre suo. Nigello de Hauekestune. Alano dispensatore. Johanne pincerna. Roberto janitore. Willelmo pistore. Roberto de Stanuuelle. et multis aliis.

De quodam mesagio ultra Estpontem de quadam terra et prato.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concessimus Waltero filio Eduini clerico mesagium quod Eadmundus filius Alrici de nobis tenuit ultra Estpontem uersus aulam de Grenestede cum terra wainnabili quam idem Edmundus simul de nobis tenuit cum prato suo. habendam et tenendam de nobis sibi et heredibus suis. reddendo inde nobis annuatim quatuor solidos. scilicet duos solidos ad festum Sancti Michaelis et duos solidos ad Pascha pro omnibus seruitiis. Pro hac concessione dedit nobis prefatus Walterus uiginti solidos de Gersuma et de fidelitate nobis in omnibus seruanda in capitulo nostro prestitit juramentum. Hec presenti carta cyrographata testificamur. In cujus altera parte dependet sigillum ecclesie nostre. alteri uero parti quia idem Walterus sigillum non habuit. clauem suam loco sigilli inpressit. Hiis testibus Petro decano. Thoma decano. Brunone presbitero. Wymundo de Witenham. Symone filio Marciani. Nicholao dispensatore. Symone clerico. Johanne Pincerna. Thoma Tux. et multis aliis.

De dimidia acra terre et mesagio quodam in Hethstrate.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dimiserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Roberto de Well' unam dimidiam acram terre

cum mesuagio et aliis suis pertinentiis in Hethstrate quam Boidinus fossator aliquando tenuit de ipsis abbate et monachis. habendam et tenendam de ipsis abbate et monachis et eorum successoribus ipsi Roberto et heredibus suis libere et quiete hereditarie inperpetuum. reddendo inde annuatim quatuor denarios ad duos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis duos denarios et ad Pascha duos denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. Et ut hec concessio et dimisio firma et stabilis permaneat imperpetuum: tam abbas et conuentus quam idem Robertus presentem cartam cyrographatam sigillis suis roborare curauerunt. Hiis testibus Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Marciani. Nicholao filio Galfridi. Elya filio Turstani. Rogero Balat. Nigello de Hauekestune. Johanne Pincerna. Ricardo de Mannestune. Petro de Bunstede. et aliis.

De .v. solidatis redditus de Northmelne datis Johanni de Burgo.

OMNIBUS sancte matris ecclesie filiis presens scriptum cyrographatum inspecturis uel audituris Adam abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie salutem in domino. Sciatis nos concessisse et quietum clamasse pro nobis et successoribus nostris Johanni de Burgo et Hawisie uxori sue et eorum heredibus inperpetuum totum jus et clamium quod habuimus uel habere potuimus in quinque solidatis redditus quem percipere consueueramus de molendino quod uocatur Northmelne. Et ne hoc inirritum possit deuenire huic scripto cyrographato sigillum capituli nostri apponi fecimus. Hiis testibus Gileberto de Wautone. Martino Gulafre. Roberto Houel. Alexandro de Brithlingeseya. militibus. Johanne de Marines. Gileberto de Bamburgo. Jordano clerico. Thoma de Elsenham. et aliis.

De molendino de Stokesmelne et redditu inde prouueniente.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et hoc presenti cyrographo confirmauerunt Nicholao filio Galfridi dispensatoris molendinum suum quod dicitur Stokesmelne cum omnibus pertinentiis suis que ad eorum jus pertinent.

habendum et tenendum de illis in feodo et hereditate illi et heredibus suis finabiliter. reddendo inde illis annuatim decem solidos esterlingorum et quatuor denarios pro omni seruitio et exactione ad quatuor terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis triginta denarios ad Natale domini triginta denarios ad Pascha. triginta denarios ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste .xxx. et .IIII. denarios. Et de hoc tenemento et seruitio sicut dictum est faciendo tactis sacrosanctis fidelitatem prestitit et suam Gersumam. scilicet dimidiam marcam illis dedit. Ne igitur hec dimissio et concessio umquam irritetur : memorati abbas et conuentus eam sigilli sui appositione roborare curarunt. Hiis testibus Symone filio Marciani. Ricardo fratre suo. Nigello de Hauekestune. Radulfo persona Sancti Petri Colecestrie. Jordano clerico. Hereberto paruo. Waltero filio Nicholai Grossi. Oliuero filio Radulfi. Helya filio Turstani. Galfrido filio Reimundi. et multis aliis.

De terra et graua et mesagio Thome de Nortstrate in Milanda.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concessimus et presenti carta cyrographata confirmauimus Thome filio Radulfi de Northstrate mesagium quod Osbertus Potarius de nobis tenuit in Milanda. et totam terram de Milande quam Ricardus Sturwde de nobis tenuit cum quadam graua. et predicto Thome dimisit. et in curia nostra nobis quietam de se et heredibus suis resignauit. vt predictus Thomas habeat et teneat de nobis predicta tenementa sibi et heredibus suis per seruitium quatuor solidorum ad duos terminos annuatim reddendorum. medietatem scilicet ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio ad nos pertinente. Pro hac concessione et confirmatione dedit nobis prefatus Thomas duos solidos de gersuma et de fidelitate nobis in omnibus obseruanda prestitit juramentum. Hiis testibus Willelmo de Haia. Alexandro filio Osberti. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Symone filio Marciani. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Galfridi. Petro filio Radulfi. Reimundo filio Gaufridi. Ricardo. Alexandro. Waltero fratribus Symonis. et multis aliis.

De eisdem rebus et prato et terra Blauberme.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographa confirmauerunt Johanni filio Thome de Northstrate totam terram quam Thomas pater suus de eis tenuit in Milandia cum grauis pasturis exitibus et omnibus aliis ad predictam terram pertinentibus. Et totum pratum quod jacet inter gardinum de Balkerne et moram. sicut fossa ipsum pratum procingit cum suis pertinentiis. habendum et tenendum de eis et successoribus eorum predicto Johanni et assignatis suis et eorum heredibus. preterquam uiris religiosis et Judeis. ita libere plene et quiete sicut umquam Thomas pater suus liberius plenius et quietius totam predictam terram et pratum predictum tenuit. reddendo inde annuatim eis et successoribus eorum quatuor solidos ad duos terminos. scilicet medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis ad eos pertinentibus. Similiter concesserunt et confirmauerunt predicto Johanni totam terram cum omnibus pertinentiis suis de feodo eorum quam Ricardus Blauberme eidem Johanni dedit et in curia eorum quieteclamauit de se et heredibus suis. habendam et tenendam eidem Johanni et assignatis suis et eorum heredibus inperpetuum de eis et successoribus eorum per seruitium decem denariorum et unius obuli annuatim. scilicet ad Pascha quinque denarios et ad festum Sancti Michaelis quinque denarios et obulum pro omnibus seruitiis et demandis ad eos pertinentibus. Et ut ista concessio et confirmatio rata et stabilis perseueret. huic parti carte cyrographate penes Johannem residenti sigillum capituli eorum apposuerunt. et Johannes sigillum suum parti penes eorum residenti apposuit. Hiis testibus. Nicholao filio Galfridi. Elya filio Turstani. Ricardo filio Marciani. Baldewino de Stokes Ricardo filio Thome. Alexandro filio Thome. Radulfo filio Petri. Radulfo filio Johannis. Nicholao filio Thome de Estrate. Waltero Hanig. Segero Hanige. Galfrido filio Nicholai. Roberto Ragod. Nigello de Hauekestune. Godefrido de Hauekestune. Jordano et Ricardo de Mannestune tunc temporis clericis domini abbatis. et aliis.

De terra Symonis filii Normanni in Milanda.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas Colecestrie et conuentus monachorum ejusdem loci concessimus et presenti carta confirmauimus Normanno Foristario et heredibus suis terram quam Willelmus Franceis de nobis tenuit ad Milandam. habendam et tenendam de nobis hereditabiliter libere et quiete et honorifice. reddendo nobis per annum duos solidos pro omni seruitio. scilicet duodecim denarios ad Pascha et .XII. denarios ad festum Sancti Michaelis. Hanc concessionem et confirmationem fecimus predicto Normanno ad petitionem Willelmi Franceis qui terram illam tenuit et nobis illam in curia nostra quietam de se et heredibus suis resignauit. Et ut hec nostra concessio et confirmatio stabilis perseueret: eam hac carta cyrographata testificamur. Hiis testibus Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Thoma Mareschallo. Nicholao dispensatore. Johanne Pincerna. Adam. Gileberto. Pagano hominibus abbatis. et aliis.

Item de eadem terra et boscis et aliis pertinentiis.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Symoni foristario filio Normanni et heredibus suis terram quam Willelmus Franceis de eis tenuit ad Milande. scilicet tresdecim acras terre cum mansione ejusdem Symonis et quemdam boscum de quatuor acris que jacent inter domum Swein et uiam que tendit ad Neuwenhey uersus West. Item quatuor acras terre que dicitur Walfeld. et quatuor acras bosci que jacent inter terram Willelmi Keinht et feodum Reginaldi filius Brun. Item alias quatuor acras que jacent inter domum Hamonis et domum Sweyni uersus Est. Item unam acram cum uenella que jacet inter feodum Ricardi filii Gileberti et feodum Willelmi de Lannualei. habendas et tenendas hereditabiliter libere et quiete et honorifice. reddendo inde eisdem abbati et monachis per annum uiginti sex denarios pro omni

seruitio. medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Ut autem hec concessio et confirmatio firma et stabilis permaneat hanc cartam cyrographatam tam dicti abbas et monachi quam predictus Symon mutuis sigillis suis roborare curauerunt. Hiis testibus Symone filio Marciani. Ricardo fratre suo. Nicholao filio Galfridi. Elya filio Turstein. Thoma de Estrate. Waltero Urso. Johanne Strut. Waltero Hanig. Thoma de Nortstrate. Radulfo Bateman. Galfrido filio Nicholai. et aliis.

De quodam redditu relaxato Simoni filio Normanni.

OMNIBUS Christi fidelibus Willelmus Dei abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod nos relaxauimus et quiete clamauimus pro nobis et successoribus nostris imperpetuum Symoni filio Normanni redditum uiginti sex denariorum quem nobis reddere consueuit de tenementis cum suis pertinentiis que continetur in carta de feffemento quam habet de domo nostra sub nomine pie memorie Ade quondam abbatis nostri et conuentus. et octo denariatas redditus quas percipere solebamus de terra quondam Ranulfi le Blanch cum suis pertinentiis sicut dicta terra clauditur sepibus et fossatis. Ita tamen quod predictus Symon et heredes sui de omnibus predictis tenementis nobis annuatim reddant unum denarium ad festum Sancti Johannis Baptiste. Pro hac uero relaxatione et quieta clamatione dedit nobis predictus Symon duas solidatas redditus de terra que uocatur Winescroft cum omnibus suis pertinentiis et quicquid in predicta terra habuit uel habere potuit. et nouem denariatas redditus de terra que uocatur Whatecroft. sicut carta quam nobis de eisdem tenementis fecit testatur. Nos autem et successores nostri warantizabimus predicto Symoni et suis heredibus omnia predicta tenementa que de nobis tenet per scriptum memoratum Ade quondam abbatis et conuentus per predictum seruitium contra omnes. In horum omnium testimonium presens scriptum cyrographatum tam nos quam predictus Symon signis nostris hinc inde eidem appositis roborare curauimus. Hiis testibus Widone Basset. Radulfo filio Petri tunc bailliuis

Colecestrie. Radulfo filio Thome. Galfrido filio Nicholai. Petro Makerel. Symone le eskermissur. Jordano et Roberto clericis abbatis. Roberto de Cellario. Nicholao Perdriz. Ricardo de Hauilla. et aliis.

Item de eodem eidem.

Omnibus Christi fidelibus Willelmus Dei gratia abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra quod nos relaxauimus et quieteclamauimus pro nobis et successoribus nostris imperpetuum Symoni filio Normanni redditum uiginti sex denariorum quem nobis reddere consueuit de tenementis cum suis pertinentiis que continentur in carta de feffemento quam habet de domo nostra sub nomine pie memorie Ade quondam abbatis nostri et conuentus. et octo denariatas redditus quem percipere solebamus de terra quondam Ranulfi le Blanch cum suis pertinentiis sicut dicta terra clauditur sepibus et fossatis. Ita tamen quod predictus Symon et heredes sui de omnibus predictis tenementis nobis annuatim reddant unum denarium ad festum Sancti Johannis Baptiste. Nos autem et successores nostri warantizabimus predicto Symoni et suis heredibus omnia predicta tenementa per predictum seruitium contra omnes. In horum omnium testimonium presens scriptum cyrographatum tam nos quam predictus Symon signis nostris hinc inde eidem appositis roborare curauimus. Hiis testibus Widone Basset. Radulfo filio Petri tunc bailliuis Colecestrie. Radulfo filio Thome. Galfrido filio Nicholai. Petro Makerel. Symone le esker messur. Jordano et Roberto clericis abbatis. Roberto de Cellario. Nicholao Perdriz. Ricardo de Hauuilla. et aliis.

De quadam terra juxta Burne dimissa Ricardo de Langeho.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie concessimus dedimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Ricardo de Langenho filio Walteri de Langenho totam illam cruftam sicut includitur fossatis que jacet juxta uiam que ducit ad molendinum de la Burne et abutat super uiam que jacet juxta aquam

habendam et tenendam totam predictam cruftam cum pertinentiis suis de nobis et successoribus nostris predicto Ricardo et heredibus suis siue sit sanus siue infirmus. libere quiete et hereditarie. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duos solidos sterlingorum ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios et ad Pascha duodecim denarios pro omni seruitio seculari et exactione et demanda. Est autem exceptum quod non licebit ei construere molendinum super predictam terram. Pro hac autem concessione donatione et presentis carte nostre confirmatione dedit nobis predictus Ricardus viginti solidos sterlingorum in gersumam. Nos autem et successores nostri warantizabimus predicto Ricardo et heredibus suis totam predictam terram cum pertinentiis contra omnes inperpetuum. Ut autem predicta omnia robur firmitatis imperpetuum optineant : presentem cartam cyrographatam tam nos quam predictus Ricardus sigillis nostris hincinde ei appositis roborauimus. Hiis testibus. domino Alexandro de Brichlingeseia. Osberto filio suo. Willelmo Hauekeseye. Hamone de Campo. Galfrido filio Nicholai. Radulpho filio Petri. Nicholao de Estrate. Guidone Basset. Radulfo filio Thome. Johanne fratre suo. Symone filio Norman. Nicholao filio suo. Petro Makerel. et Nicholao constabulario tunc bailliuis Colecestrie et aliis.

Cirographum Alexandri Dribel de quadam terra in Westdunilanda.

SCIANT presentes et futuri quod Willelmus abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Alexandro filio Mauricii le Dribel de Colecestria totam terram cum suis pertinentiis quam predictus Mauricius pater ejusdem Alexandri tenuit quondam de eis in Westdunilanda in parochia Sancti Egidii Colecestrie sine aliquo retenemento. habendam et tenendam eidem Alexandro et heredibus suis de eisdem abbate et monachis et eorum successoribus inperpetuum libere quiete integre et pacifice in feodo et jure et hereditario. reddendo inde annuatim predictis abbati et monachis et eorum successoribus sex solidos sterlingorum ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti

Michaelis tres solidos et ad Pascha tres solidos. et in autumpno duas precarias ad cibum abbatis pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. Pro hac autem concessione et confirmatione dedit predictus Alexander predictis abbati et monachis decem solidos sterlingorum in gersumam. In hujus rei testimonium predicti abbas et conuentus ex una parte et predictus Alexander ex altera huic carte cyrographate signa sua apponere curauerunt. Hiis testibus Widone Basset. Roberto Ragod. Waltero Haning. Sagero et Waltero filiis suis. Galfrido filio Rogeri. Alexandro filio Godye. et multis aliis.

De terra Galfridi carectarii in Grenstede.

Nouerint uniuersi hoc scriptum uisuri uel audituri quod Willelmus abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus dederunt concesserunt et presenti carta sua confirmauerunt Galfrido caretario de Colecestria pro homagio et seruitio suo totam illam croftam terre sue que jacet inter terram que fuit quondam Elye fabri et terram Oseberti le Taselere in uilla de Grenstede. habendam et tenendam totam predictam cruftam cum suis pertinentiis de predictis abbate et conuentu et eorum successoribus predicto Galfrido et heredibus suis libere quiete hereditarie bene et in pace. reddendo inde annuatim dictis abbati et conuentui et suis successoribus duos solidos sterlingorum ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios et ad Pascha duodecim denarios pro omnibus seruitiis exactionibus et secularibus demandis. Pro hac autem donatione concessione et presentis carte confirmatione dedit predictus Galfridus dictis abbati et conuentui quatuor marcas sterlingorum in gersumam. Et iidem abbas et conuentus et eorum successores warantizabunt predicto Galfrido et heredibus suis totam predictam croftam cum suis pertinentiis per predictum seruitium contra omnes homines et feminas imperpetuum. Et ut hec donatio concessio et presentis carte confirmatio rata et stabilis inperpetuum permaneat mutuis sigillis suis hoc scriptum hinc inde coroborauerunt. Hiis testibus Radulfo filio Petri. Nicholao de Estrate. Guidone Basset. Galfrido filio Nicholai. Radulfo filio Thome. Saero Haning. Waltero

urso. Thoma filio ejus. Daniele Flandrensi. Nicholao constabulario Symone clerico. et aliis.

De .ii. acris in Grenstede excambiatis pro Rustesgraue.

OMNIBUS Christi fidelibus presens scriptum cyrographatum uisuris uel audituris Willelmus Dei gratia abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos dedisse concessisse et presenti carta nostra cyrographata confirmasse in escambium Waltero et Abel fabris de Colecestrie duas acras terre cum pertinentiis que abutant uersus Wodleghe in Grenestede. et jacent inter terram nostram ex una parte et terram Rogeri Gigo ex altera: pro quadam terra quam nobis dederunt et concesserunt que appellatur Graua rust. de feodo Sancti Botulfi in eadem uilla. habendas et tenendas predictis Waltero et Abel et heredibus eorum et eorumdem assignatis et eorum heredibus libere quiete et in pace. reddendo inde nobis per annum duos ferros ad palefridum abbatis ad Natale Domini pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus et demandis et rebus cunctis. Et nos et successores nostri warantizabimus et defendemus dictas duas acras terre cum pertinentiis prefatis Waltero et Abel et heredibus eorum et assignatis et assignatorum heredibus per predictum seruitium contra omnes homines et feminas inperpetuum. Dicti autem Walterus et Abel de fidelitate nobis et ecclesie nostre seruanda. et predicto redditu suo termino fideliter soluendo: in nostro capitulo corporale prestiterunt sacramentum. In horum omnium testimonium tam nos quam predicti Walterus et Abel presentem scripturam cyrographatam sigillis nostris hinc inde ei appositis roborare curauimus. Hiis testibus Guidone Basset. et Radulfo filio Petri tunc balliuis Colecestrie. Symone le Skermissur. Sahero Haneg. Willelmo Hauekeseye. Ricardo de Langenho. Henrico Walensi. et aliis. Acta anno regni regis Henrici filii regis Johannis vicesimo septimo. In capitulo Sancti Johannis Colecestrie.

De quadam terra in Londoniis data Nicholao de Wilega.

SCIANT presentes et futuri quod Willelmus Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dimiserunt Nicholao filio Willelmi de Wileia quandam particulam terre sue in Londoniis de feodo Mantelli in parochia Sancti Dunstani. que quidem jacet in longitudine juxta domum Normanni pistoris et terram quam Robertus de Turri tenuit de eisdem. extendens se a chemino in longum totius terre eorum ex illa parte. continens in latitudine triginta pedes. vt habeat et teneat sibi et heredibus qui de se exierint predictam terram cum pertinentiis de ecclesia Sancti Johannis libere et quiete et hereditarie. reddendo inde abbati et monachis annuatim duodecim denarios. scilicet ad Pascha sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios pro omnibus seruitiis et consuestudinibus. Hoc addito quod licebit eis per se uel per suos predictum tenementum cum necesse fuerit modo debito namiare. Preterea sciendum est quod si predictus Nicholaus sine herede de se decesserit: libera et absoluta reuertatur predicta terra cum pertinentiis ecclesie Sancti Johannis et abbati et monachis. Quod si forte uxorem habuerit et ante illam sine liberis obierit: tenebit relicta sepedictam terram cum pertinentiis modo supradicto ad totam uitam suam. post cujus decessum: ut dictum est reuertetur. Adjectum quoque est quod non licebit ei prenominatam terram inuadiare. seu uendere. uel quolibet modo dimittere. sed nec super illam aliquod seruitium ponere uel accrescere: nisi tantum predictis ecclesie et monachis. Ad omnia premissa fideliter obseruanda et de fidelitate in omnibus ecclesie Sancti Johannis et monachis conseruanda. quod etiam cartam istam in manus uel potestatem Judei nunquam permittet transferri in eorum capitulo corporale prestibit sacramentum. In horum testimonium tam dicti abbas et monachi quam dictus Nicholaus huic carte cyrographate signa sua hinc inde apposuerunt. Hiis testibus Michaele Toui tunc aldermano. Ledulfo Teutonico. Galfrido de Sancto Saluatore. Thoma de Aula. Willelmo Hauekeseye. Ricardo de Manestune. Ricardo de Hauilla. Nicholao Perdriz. Symone Portario. et aliis.

De quodam mesagio in Estrate que reddit .iiii. solidos.

UNIUERSIS Christi fidelibus Willelmus Dei gratia abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu et uoluntate concessisse dedisse et hac presenti carta cyrographata confirmasse domino Eudoni capellano de Colecestria et Sare matri sue unum mesuagium cum pertinentiis in suburbio Colecestrie in Estrate. quod jacet in cornera uici ex parte del Estgardin ex opposito mesagii Willelmi Chalters. et abutat super terram nostram que se extendit ad Estgardin. habendum et tenendum predictis Eudoni et Sare si filio suo superuixerit et eorum heredibus et assignatis inperpetuum de nobis et nostris successoribus libere quiete et pacifice reddendo inde singulis annis quatuor solidos ad duos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis duos solidos et ad Pascha duos solidos pro omnibus rebus. hoc adjecto quod omnes eorum heredes sui uel assignati cum succedunt priusquam illius mesuagii possessionem ingrediantur fidelitatem facient ecclesie Sancti Johannis et monachis. et tunc pro recognitione dabunt uinum toti conuentui ad pietanciam juxta consuetudinem domus quam habet de uino habendo ad pietancias. preter ipsam Saram. que sola si filio superuixerit: erit a prestatione hujus pitancie inmunis. Idem autem Eudo de fidelitate nobis et ecclesie nostre in omnibus seruanda et predicto redditu suis terminis fideliter soluendo. quod etiam cartam istam cum signo ei appenso suo tempore saluo custodiet. nec in manus Judei unquam proposse suo permittet transferri in nostro capitulo coram conuentu corporali se obligauit sacramento. Similiter et singuli ejus successores modo supradicto idem facere tenentur. Est quoque sciendum et sub sacramento eorum comprehensum quod non licebit ei uel suis successoribus predictum tenementum uiris religiosis aliis quam nobis quolibet modo dimittere. sed nec alicui alteri. unde nos possemus nostro jure priuari uel redditu. In horum testimonium tam nos quam dictus Eudo presentem scripturam sigillis nostris roborare curauimus. Hiis testibus Radulfo filio Petri. Nicholao de Estrate. Radulfo filio presbiteri. Willelmo Hauekeseye.

Ricardo de Langeho. Henrico Haucepe. Ricardo de Manestune. et aliis. Acta anno regni regis Henrici filii regis Johannis vicesimo octauo in capitulo nostro.

[*The six following documents are entered in later handwritings.*]

Grant by the Abbot of St. John's Colchester to Walter son of Edwin of a house in Grenestede.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concessimus Waltero filio Edwini clerico mesuagium quod Edmundus filius Alrici tenuit de nobis ultra Estpontem uersus aulam de Grenestede cum terra wainiabili quam idem Edmundus simul de nobis tenuit cum prato suo. habendam et tenendam de nobis sibi et heredibus suis. reddendo inde nobis annuatim quatuor solidos. scilicet duos solidos ad festum Sancti Michaelis et duos ad Pascha pro omnibus seruitiis. Pro hac concessione dedit nobis prefatus Willelmus viginti solidos de gersuma. Et de fidelitate nobis in omnibus seruanda in capitulo nostro prestitit juramentum. Hec presenti carta cyrographata testificamur. In cujus rei testimonium altera parte dependet sigillum ecclesie nostre alteri uero parti quia non habuit idem Willelmus sigillum clauem suam loco sigilli impressit. Hiis testibus. *et cetera.*

Grant by Robert de Leycestre to Richard le Tundur of a house beyond Eastbridge Colchester.

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus de Leycestre burgensis Colecestrie concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Ricardo le Tundur ejusdem ville et Emme vxori sue totum illud mesuagium cum suis pertinentiis quod quondam fuit Galfridi tannatoris in suburbio Colecestrie ultra pontem orientalem quod est inter mesuagium quondam Roberti le Baw uersus orientem et quandam parcellam prati quod vocatur Chalfpitel uersus occidentem. habendum et tenendum totum predictum

mesuagium cum suis pertinentiis de me et heredibus meis et assignatis meis predictis Ricardo et Emme et heredibus suis et cuicumque et quibuscumque et quandocumque illud mesuagium cum suis pertinentiis dare inuadiare vendere legare uel assignare uoluerint libere quiete bene et in pace imperpetuum. reddendo inde annuatim abbathie Sancti Johannis Colecestrie viginti denarios argenti ad duos terminos anni. scilicet decem denarios ad Pascha et decem denarios ad festum Sancti Michaelis. et michi et heredibus meis vel assignatis meis unam radicem sinsiberis semper ad Natale Domini pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus et demandis secularibus. Pro hac concessione autem donatione et presentis carte mee confirmatione dederunt michi predicti Ricardus et Emma viginti solidos sterlingorum in gersumam. Et ego predictus Robertus et heredes mei et assignati mei aquietabimus defendemus et warantizabimus totum predictum mesuagium cum suis pertinentiis predictis Ricardo et Emma et heredibus suis et assignatis in omnibus per predictum seruitium contra omnes gentes tam Christianos quam Judeos imperpetuum. In cujus rei testimonium hinc presenti carte sigillum apposui meum. Hiis testibus. *et cetera.*

Grant by the Abbot of S. John's Colchester to William Smith of Hogate of land near Eastbridge.

Omnibus Christi fidelibus Willelmus dei gratia abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis Colecestrie salutem. Noueritis nos concessisse dedisse et hac carta nostra confirmasse pro nobis et successoribus nostris Waltero fabro del Hogate totam cruftam terre que quondam fuit Godwini fabri que uocatur Homfeld. et quandam peciam pasture que uocatur Chalfpitel cum omnibus earum pertinentiis. quam terram et pasturam tenuit Nicholaus Gogel usque ad obitum suum. Jacet autem terra predicta inter mesuagium Roberti Bau quod est de eodem feodo usque Estpontem et terram Willelmi le Niker de feodo Sancti Botulphi uersus aulam de Grenestede. pastura uero jacet inter mesuagium Galfridi tannatoris et ripam uersus mesuagium Roberti le Bau quod fuit quondam

Salote Tur. Saluis nobis et successoribus nostris tenuris et seruitiis Roberti le Bau Galfridi tannatoris et Elye fabri. et saluis nobis libera chacia et cariatione ultra dictam pasturam cum uoluerimus sine contradictione. Saluo nobis etiam pratello quod jacet juxta dictam terram sub haia uersus Suth. sub qua haia dictus Willelmus et heredes sui leuabunt et sustinebunt fossatum de latitudine et profunditate quinque pedum ex parte prati. habendum et tenendum dictam terram et pasturam cum pertinentiis omnibus ut dictum est de nobis et successoribus nostris sibi et heredibus suis et cui aut quibuscumque dare uendere legare uel assignare uoluerit exceptis religiosis uiris aliis quam ecclesie nostre libere et quiete integre et in pace. reddendo inde nobis et successoribus nostris annuatim sex solidos. scilicet ad festum Sancti Michaelis tres solidos et ad Pascha tres solidos pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus. Et nos et successores nostri warantizabimus ipsi Waltero et heredibus suis et assignatis suis predictam terram et pasturam cum omnibus pertinentiis per predictum seruitium contra omnes inperpetuum. In cujus rei testimonium tam idem Walterus quam nos presenti scripto cirographato sigilla nostra hinc inde fecimus apponi. Hiis testibus *et cetera.*

[*The leaf, paged* 295 *and* 296, *is missing.*]

Agreement between the Abbot of S. John's Colchester and Richard Norreys of Colchester for a lease of a piece of land at Grenestede.

Inter religiosos uiros abbatem et conuentum Sancti Johannis Colecestrie ex parte una et Ricardum Noreys de Colecestria ex altera conuenit die Sabbati proxima ante festum Sancti Gregorii Pape anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi septimo. videlicet quod predicti religiosi pro se et successoribus suis concesserunt et dimiserunt predicto Ricardo unam placiam de communa eorundem religiosorum apud Grenestede juxta Crokylforthe ubi tenentes ipsorum religiosorum de Grenestede communam suam habent. quam quidem placeam predictus Ricardus contra uoluntatem eorundem religiosorum quodam fossato prius incluserat.

habendam et tenendam predictam placeam cum fossato predicto Ricardo heredibus et assignatis suis de predictis religiosis et eorum successoribus libere quiete bene et in pace inperpetuum. reddendo inde annuatim idem Ricardus heredes et assignati sui predictis religiosis et eorum successoribus unum denarium semper ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis et secularibus demandis. Conceditque predictus Ricardus pro se et heredibus suis et assignatis quod si in solutione dicti redditus aliquo termino uel anno defecerit quod absit. quod dicti religiosi et eorum successores in predicta placea terre et in terris dicti Ricardi uicinis distringere possint pro redditu predicto et suis arreragiis et districtiones retinere quousque predictis religiosis et eorum successoribus inde fuerit satisfactum. Et si inposterum contingat quod predictum fossatum per presentationem in proximo itinere justiciariorum prostratum fuerit et predicta placea ad communam tenentium dictorum religiosorum de Grenestede remaneat prout prius remanere consueuit. ex tunc dicti religiosi concedunt pro se et successoribus suis quod dictus Ricardus heredes et assignati sui ad solutionem dicti redditus minime teneantur. Et pro hac concessione dictus Ricardus remisit et quietum clamauit eisdem religiosis et eorum successoribus omnimodam actionem et demandam quam habuit uel habere potuit contra eosdem religiosos occasione cujusdam fossati facti inter pratum eorumdem religiosorum uocatum Senclersmad et pratum dicti Ricardi uocatum Nikersmadwe plus in latitudine super pratum dicti Ricardi quam esse solebat prout Ricardus aseruit. Quare dictus Ricardus vult et concedit per presentes quod dictum fossatum de tali latitudine et profunditate quo nunc est uersus terram suam remaneat inperpetuum sine contradictione uel calumpnia sui heredum uel assignatorum suorum. In cujus rei testimonium tam sigillum dictorum religiosorum quam sigillum dicti Ricardi huic scripto indentato sunt apposita. Data apud Colecestriam die et anno supradictis.

Agreement between the same parties for the lease of another piece of land.

INTER religiosos uiros abbatem et conuentum Sancti Johannis Colecestrie ex una parte et Ricardum Noreys de Colecestria ex altera conuenit die Jouis proxima ante festum Sancti Gregorii Pape anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi septimo. videlicet quod predicti religiosi concesserunt ac dederunt eidem Ricardo in feodi firma unam placeam prati jacentis in prato dictorum religiosorum uocato Shonkysaker juxta domum et gardinum dicti Ricardi. et continet in longitudine tres particatas et in latitudine quatuor particatas et dimidiam sicut per metas et bundas diuiditur et mensuratur. habendum et tenendum eidem Ricardo et heredibus suis uel assignatis dictam placeam prati cum pertinentiis suis supradictis in feodi firma ut predictum est de predictis religiosis et eorum successoribus imperpetuum. reddendo inde annuatim de predicta feodi firma idem Ricardus heredes et assignati sui predictis religiosis et eorum successores sex denarios redditus ad festa Pasche et Sancti Michaelis per equales portiones. ita scilicet quod si predictus redditus aliquo termino uel anno aretro existat eisdem religiosis non solutus. tunc uult et concedit predictus Ricardus pro se et successoribus suis imperpetuum quod predicti religiosi et eorum successores tam in mesuagio dicti Ricardi quod inhabitat in suburbio Colecestrie quam in placea predicta distringere possint per omnia aueria et catalla mortua et uiua in eisdem inuenta et districtionem retinere quousque de dicto redditu et ipsius arreragiis plenarie fuerit satisfactum absque contradictione alicujus. dictique religiosi et eorum successores predictam placeam prati cum pertinentiis suis predicto Ricardo heredibus et assignatis suis warantizabunt imperpetuum. Et pro hac concessione idem Ricardus concedit pro se heredibus et assignatis teneri et obligari ad construendum et reparandum quoddam cheminum per quod dicti religiosi cariant et cariare debent fenum suum extra pratum vocatum Popelermadwe et Shonkesaker usque ad Estpontem per medium prati ipsius Ricardi uocati Chalfpytel sub mesuagio suo ex parte ripe ubi cariare solebant iidem religiosi de jure et consuetudine ab antiquo. et illud ita sufficienter reparare

quod iidem religiosi et successores sui per idem cheminum fenum suum cariare ualeant absque omni dampno dictorum religiosorum pro ipsorum libito voluntatis. Concesserunt etiam dicti religiosi quod dictus Ricardus heredes et assignati sui licite possint cariare fenum suum cujusdam prati quondam Matilde le Baw de Colecestria per medium prati dictorum religiosorum uocati Shonkessaker usque ad pratum dicti Ricardi uocatum Chalfpitel juxta Estpontem sub mesuagio ejusdem sine contradictione uel impedimento alicujus temporibus debitis et oportunis. Ita tamen quod nec predictus Ricardus nec heredes vel sui assignati in pratum dictorum religiosorum animalia sua fugare possint absque licentia petita et obtenta. In cujus rei testimonium tam sigillum dictorum religiosorum quam sigillum dicti Ricardi huic scripto indentato alternatim sunt appensa. Hiis testibus. *et cetera.*

Grant by Thomas Hereward to Martino le Taillour of a house in East Street Colchester.

Sciant presentes et futuri quod nos Thomas Hereward faber de Colcestria et Matilda uxor mea unanimi assensu et uoluntate dedimus concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Martino le Tayllour de Colcestria et Salote uxori sue pro quadam summa pecunie quam nobis soluerunt premanibus totum mesuagium nostrum cum edificiis curtilagiis et cum omnibus suis pertinentiis situatum in villa Colcestrie in vico vocato Estrate in parochia ecclesie Omnium Sanctorum inter tenementum Roberti Testepyn ex parte occidentali et tenementum quod nunc tenet Johanna Buckes ex parte orrientali et extendens se a curtilagio Johannis le Porthierde uersus aquilonem usque ad iter regale de Estrate uersus australem. quod quidem mesuagium quondam fuit Rogeri de Camera de Colecestria. habendum et tenendum totum predictum mesuagium cum edificiis curtilagiis et cum omnibus suis pertinentiis predictis Martino et Salote heredibus et assignatis suis de capitalibus dominis feodi per seruitia que ad predictum mesuagium de jure pertinent imperpetuum. reddendo annuatim abbatie Sancti Johannis Colcestrie tres solidos argenti ad duos

terminos anni. videlicet ad festa Sancti Michaelis et Pasche per equales portiones pro omnibus seruitiis. Et nos predicti Thomas et Matilda et heredes nostri totum predictum mesuagium cum edificiis curtilagiis et cum omnibus suis pertinentiis ut predictum est eisdem Martino et Salote heredibus et assignatis suis in omnibus contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic carte sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus Radulfo Knyt. Edmundo le Chaloner. tunc balliuis Colcestrie. Warino filio Willelmi. Radulfo Ode. Ricardo Noreis. Thoma Fraunceis. Johanne de Ratlesdena. Johanne Dauy. Roberto le clerk et aliis. Data apud Colcestriam die Lune in festo Sancti Marci ewangeliste. anno regni regis Edwardi tertii a conquestu secundo.

[*The rest of this column, 29 lines, is blank. After this the MS. continues in the handwriting of the original scribe.*]

Cirographa de terris dimissis in maneriis. Est autem primum de quadam terra in Wicham dimissa Reginaldo de Grene.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie donamus et concedimus Reginado de Grene filio Hugonis de Grene de Wicham in Suthfolchia totam terram quam idem Reginaldus de nobis ante tenuit per seruitium triginta denariorum. tenendam illi et heredibus suis libere et quiete et hereditario jure. reddendo inde annuatim quinque solidos et sex denarios ad quatuor terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis sexdecim denarios et obulum. ad Natale sexdecim denarios et obulum. ad Pascha sexdecim denarios et obulum. ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste sexdecim denarios et obulum. et sic singulis annis pro omnibus seruitiis et auxiliis et consuetudinibus. saluis seruitiis domini Regis. Pro hac donatione et concessione dedit nobis prefatus Reginaldus viginti solidos de gersuma et in pleno capitulo nostro juramentum prestitit de fidelitate nobis in omnibus perpetuo seruanda. Ne igitur hec nostra concessio ulla temporis diuturnitate inirritum ualeat reuocari: eam hac carta cyrographata et sigillo

capituli nostri roborare curauimus. Hiis testibus Osberto senescallo Wimundo de Purlai. Hamone grosso. Ricardo filio Radulfi. Radulfo Janitore. Nicholao dispensatore. Johanne Pincerna. Symone clerico. Rogero de Cottune. Johanne de Medlesham. Willelmo Gernun. Waltero Morekoc. Odone filio Walteri. Willelmo de Gerarduilla. Roberto fratre ejus. Reginaldo Turpin. Teobaldo fratre suo. et multis aliis.

De tenementis Eadmundi de Skei concessis Briciano filio Thome.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concessimus et presenti carta confirmauimus Briano filio Thome pro homagio et seruitio suo terram quam Eadmundus de Schei tenuit in Wicham. scilicet in Newecroft nouem acras et tres acras de terra Primechun. et unam acram in Vchtinaresfeld. et unam acram sub graua que fuit ejusdem Eadmundi. et eandem grauam totam. et tres acras in quibus mesagium ipsius Briani stat. scilicet a diuisa Hugonis usque ad liberam terram ecclesie. et octo particas prati quod jacet apud Wlueueholm. et particam unam et dimidiam prati. et medietatem de Wiggepictel cum juncheio quantum est de feudo nostro. Et preterea concessimus eidem Briano quatuor acras terre in Brachelanda sub Aselhage in escambium quinque acrarum quas Wisman tenuit. vt habeat et teneat idem Brianus predictam terram sibi et heredibus suis. reddendo inde nobis annuatim quatuor solidos et octo denarios ad quatuor terminos. scilicet ad festum Sancti Andree quatuordecim denarios et ad Pascha quatuordecim denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis quatuordecim denarios et ad festum Sancti Michaelis quatuordecim denarios. Et preter hec arabit ad tres terminos anni ad liberas precarias carucarum ad cibum abbatis cum quot animalibus ipse jungit. scilicet ad frumenta semel. et ad auenas semel. et ad ordea semel. et in autumpno ad liberas precarias secature. et ad cibum abbatis mittet ad quamlibet precariam unum hominem pro omnibus seruitiis. Pro hac concessione et confirmatione dedit nobis predictus Brianus unam marcam argenti de gersuma et nobis fidelitatem in omnibus seruandam in pleno capitulo jurauit. Et ut hec concessio

firma et stabilis perseueret: eam hac carta cyrographata et sigillo ecclesie nostre roborare curauimus. Hiis testibus Symone filio Marciani. Reimundo filio Galfridi. Waltero filio Turstani. Wimundo de Witeham. Johanne filio Manasseri. Willelmo Gernun. Radulfo Gernun. Thoma Gernun. Odone Morecoc. Rogero de Cottune. Radulfo filio Radulfi. Nicholao dispensatore. Thoma Marescallo. Reginaldo de Grene. Hugone filio Alfeld'. Radulfo filio Walteri. Roberto Gernum. Radulfo de Hauekestune. Roberto de Beseuille. Reginaldo Turpin. Theobaldo fratre suo. Willelmo filio Reginaldi. et multis aliis.

De .v. acris terre in mesagiis concessis Johanni aurifabro.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concessimus et presenti carta confirmauimus Johanni aurifabro filio Ricardi Porteioie de Wicham illas quinque acras terre cum mesagio et pertinentiis quas prediĉtus Ricardus pater ejus olim tenuit in Wicham ad carucam aule. habendas et tenendas liberas inperpetuum pro seruitio quinque solidorum per annum ad quatuor terminos. scilicet ad Natale domini .xv. denarios et ad Pascha .xv. denarios et ad Natiuitatem Sanĉti Johannis quindecim denarios et ad festum Sanĉti Michaelis quindecim denarios pro omni seruitio. excepto quod alia libera seruitia et consuetudines faciet quas alii censarii abbatis in eadem villa faciunt. Pro hac concessione et confirmatione dedit nobis prefatus Johannes unam marcam argenti de gersuma. Hoc carta nostra cyrographata testificamur. in cujus partibus sigilla nostra dependent. Hiis testibus Symone clerico. Hamone grosso. Waltero de Camera. Roberto Ruffo. Ricardo filio Radulfi. hominibus abbatis. Roberto de Beseuilla. Rogero de Cottune. Joce pistore. Ricardo filio suo. Johanne de Mendlesham. Willelmo Gernun. Thoma filio suo. Radulfo Gernun. Rogero Grangiario Waltero filio suo. Briano filio Thome. Symone filio Reginaldi. Rogero aurifabro. Gilberto Palmario. Hugone filio Alfladi. Nicholao filio suo. et multis aliis.

De quibusdam tenementis Thome Gernun in Wicham.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dimiserunt et reddiderunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Thome Gernun nepoti et heredi Radulfi Gernun clerici terras cum pertinentiis quas idem Radulfus auunculus ipsius Thome tenuit in Wicham. scilicet terram illam quam Osbertus et Wictmerus olim tenuerunt. et terram Offe. et terram Godwini Hathewlf. et illam acram et dimidiam quam Alricus olim tenuit. habendas et tenendas sibi et heredibus suis cum omnibus pertinentiis suis in feudo et hereditate. reddendo inde prefatis abbati et monachis annuatim nouem solidos ad quatuor terminos. scilicet duos solidos et tres denarios ad Pascha. duos solidos et tres denarios ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste. et duos solidos et tres denarios ad festum Sancti Michaelis. et duos solidos et tres denarios ad festum Sancti Andree. et faciendo quatuor precarias arature in hyeme. et quatuor precarias secature in autumpno ad cibum abbatis. et auxiliando abbati quando capit de hominibus suis auxilia ad uiginti solidos duodecim denarios. et ad plus plus et ad minus minus. pro omni seruitio. Idem uero Thomas de seruitio suprascripto fideliter faciendo et de fidelitate prefatis abbati et monachis in omnibus seruanda in ipsorum abbatis et monachorum capitulo prestitit juramentum : et heredes sui cum succedunt eodem juramento se tenentur obligare. Quod ut firmum et stabile perseueret presens scriptum cyrographatum prefati abbas et monachi ex una parte et predictus Thomas ex altera sigillis suis roborare curauerunt. Hiis testibus. Ricardo de Gosfeld. Alexandro de Brichlingeseya. Rogero de Cottune. Willelmo de Geraruilla. Symone filio Marciani. Johanne vicecomite. Ricardo filio Marciani. Ricardo filio Gileberti. Willemo Picot. Rogero de Bumstede. Rogero filio Manasseri. Johanne de Cottune. Thoma filio capellani de Wicham. et multis aliis.

De tenemento Tyel in Wicham data Matilde filie Willelmi Prede.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis Colecestrie unanimi et pari uoluntate concesserunt et dimiserunt Matilde filie Willelmi Prede de Cottune et proli ab ipsa Matilda et Odone filio Osberti de Colecestria procreate uel procreande totam terram cum mesuagio quam Tyel carucarius olim tenuit de abbate in uilla de Wicham que dudum fuerat seruilis. scilicet tres rodas super Klynt unam rodam super Sandlond. tres rodas super pratum Willelmi Lathe juxta Asenhage. dimidiam acram apud Banecroft. duas acras et dimidiam juxta boscum Marie de Skeith. unam rodam super Piriland. unam acram et tres rodas apud domum Tiel. duas acras preter mesuagium aput Costi. dimidiam acram et duas particulas prati in Holemede. vt habeant et teneant predicta Matildis et de prole predicta unus post unum secundum ordinem sequentis etatis prefatam terram libere quiete pacifice et honorifice et hereditarie inperpetuum. reddendo inde annuatim duos solidos ad quatuor terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis sex denarios. ad festum Sancti Andree sex denarios. ad Pascha sex denarios. et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste sex denarios et ad unam liberam precariam in Augusto unum hominem ad secandum. Hanc autem concessionem et dimissionem fecerunt abbas et monachi ad petitionem et requisitionem dicti Odonis pro centum solidis sterlingorum quos predictus Odo prenominatis abbati et monachis donauit in gersumam. et hanc terram et dimissionem debent predicti abbas et monachi predicte Matild et proli sue sicut dictum est contra omnes homines et feminas warantizare per predictum seruitium. Hiis testibus. domino Willelmo de Cottune. milite. Roberto filio Johannis de Mendlesham. Willelmo Gernun. Johanne Gernun. Odone Morecok. Rogero Hose. Waltero Manser. et multis aliis. Astringitur autem juramento quod cartam istam in manus Judei nunquam permittet transferri.

/

De quodam tenemento in Brocford empto de Johanne Cordebof.

NOUERINT omnes hanc cartam cyrographatam uisuri uel audituri quod Willelmus abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta confirmauerunt Roberto Fitulf totam terram quam ipse tenuit de domino Johanne Cordebof in uilla de Brocford. tenendam et habendam de eisdem abbate et monachis et eorum successoribus illi et heredibus suis libere quiete et hereditarie. reddendo inde annuatim predictis abbati et monachis tres solidos ad quatuor terminos anni. scilicet ad festum Sancti Johannis Baptiste nouem denarios. et ad festum Sancti Michaelis nouem denarios. et ad festum Sancti Andree nouem denarios. et ad Pascha nouem denarios pro omnibus seruitiis et demandis et consuetudinibus. saluo seruitio domini regis. scilicet quando citabit exercitum suum per terras suas tunc dabit ipse et heredes sui post eum dictis abbati et monachis et eorum successoribus duodecim denarios. et quando transfretabit cum exercitu suo duos solidos. et quando Justiciarii domini regis itinerantes uenient in partes Suffolkie unum denarium. Ut autem predicta concessio et confirmatio rata et stabilis permaneat tam predicti abbas et conuentus quam prefatus Robertus presenti carte cyrographate hincinde signa sua apposuerunt. Hiis testibus. Domino Johanne Cordebof. Hugone de Mendlesham. Bartholomeo de Colnesho. Johanne filio Nicholai. Roberto de Mendlesham. Ricardo pictore. Willelmo Gernun. Johanne Gernun et aliis.

De quodam tenemento in Wicham empto ab eodem.

SCIANT presentes et futuri quod Willelmus abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Roberto Bun filio Lemmari de Asfeld totam terram quam tenuit de Johanne Cordebof in uilla de Wicham cum omnibus suis pertinentiis. habendam et tenendam de eisdem abbate et monachis et eorum successoribus illi et heredibus suis libere quiete et hereditarie. reddendo inde per annum eisdem abbati et monachis sexdecim denarios

ad quatuor terminos anni. scilicet ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste quatuor denarios. et ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios. ad festum Sancti Andree quatuor denarios. et ad Pascha quatuor denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et exactionibus. saluo seruitio domini regis quantum pertinet ad tantam terram ejusdem feudi in uilla de Wicham. Ut autem predicta concessio et confirmatio firma et stabilis permaneat tam memorati abbas et conuentus quam predictus Robertus huic carte cyrographate singna sua hinc inde apposuerunt. Hiis testibus Domino Johanne Cordebof. domino Willelmo de Cottune. militibus. Hugone de Mendlesham. Bartholomeo de Colnesho. Johanne filio Nicholai. Roberto de Mendlesham. Willelmo Gernun. et aliis.

De terra que uocatur Susannelond in Mundona.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie pari consensu et voluntate concesserunt et dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Nigello de Hauekestune pro homagio et seruitio suo totum tenementum in uilla de Mundune quod uocatur Susanneland cum omnibus pertinentiis preter mariscum. habendum et tenendum sibi et heredibus suis libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde eis annuatim quadraginta denarios medietatem. scilicet ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. Hiis testibus Symone filio Marciani. Alexandro filio Osberti de Brichlingeseye. Ricardo filio Pagani. Johanne Pincerna. Ricardo Petit. Johanne de Asketot. Rogero de Bumstede. Ricardo marescallo. Ricardo de Manestune. et aliis.

De tenemento Nigelli de Hauekestune in Mundona.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie pari consensu et voluntate concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Nigello de Haukestune nepoti et heredi Radulfi de Haukestune totum tenementum quod predictus

Radulfus de eis tenuit in uilla de Mundona cum omnibus pertinentiis suis. habendum et tenendum sibi et heredibus suis integre et plene libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde annuatim predictis abbati et monachis duodecim solidos. scilicet sex solidos ad Pascha et sex solidos ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis. Quod scilicet tenementum prius reddidit illis sex solidos per annum. saluo seruitio domini regis. Idem uero Nigellus de predicto seruitio statutis terminis soluendo et de fidelitate prefatis abbati et monachis in omnibus seruanda: in ipsorum capitulo prestitit juramentum. Hiis testibus Symone filio Marciani. Alexandro filio Osberti. Ricardo filio Pagani. Johanne Pincerna. Ricardo Petit. Waltero Picot. Johanne de Asketot. Rogero de Bumstede. Ricardo Marescallo. Ricardo de Manestune. et aliis.

Cirographum Warneri Petisire de quadam uia in Mundona.

Omnibus Christi fidelibus presentem cartam inspecturis Warnerus filius Ricardi Petitsire salutem. Sciatis me concessisse inperpetuum de me et heredibus meis abbati Colecestrie et successoribus et hominibus suis de Hailisdune et aliis hominibus ad ipsum pertinentibus liberum ire et uenire et liberam caciam et cariationem et alia aisiamenta conuenientia hominibus et animalibus in strata illa que extenditur del West uersus Est usque ad terram Godefridi de Hauekestune a transuersu illius uie que uenit de Wiggebruge uersus Meldonam sine fossatione tamen. et depastatione illius strate ad wardam factam. Ego uero et heredes mei super hoc contra tenorem hujus carte injuste eos numquam molestabimus. In cujus rei testimonium presentem cartam cyrographatam tam abbas quam ego sigillorum nostrorum impressione fecimus roborare. Hiis testibus. Thome filio Rogeri. Sigero Bataille. Rogero de Wytenham. Roberto Peuerel tunc bailliuo hundredi. Rogero filio Nicholai. Roberto de Holeham. Alano de Campes. Gileberto de Helteney. Godefrido de Haukestune. Roberto Huthden. Ricardo Marescallo. Henrico Picot. Jordano clerico. Willelmo de Helteney. et aliis.

De tenemento Radulfi filii Alani in Insula in Mundona.

NOUERINT omnes qui hanc cartam cyrographatam uiderint uel audierint quod Willelmus abbas monasterii Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus dederunt concesserunt et presenti carta sua confirmauerunt Radulfo filio Alani de Mundona pro homagio et seruitio suo totam terram quam Alanus pater ejus tenuit de eisdem abbate et conuentu in uilla de Mundona die quo obiit. scilicet triginta acras terre cum omnibus suis pertinentiis. habendam et tenendam de eisdem abbate et conuentu et successoribus suis sibi et heredibus suis libere quiete et hereditarie. reddendo inde annuatim dictis abbati et conuentui viginti quatuor solidos ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis duodecim solidos et ad Pascha duodecim solidos pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis ad illos pertinentibus. saluo seruitio domini regis cum euenerit quantum pertinet ad tantam terram cum suis pertinentiis de eodem tenemento in eadem uilla. Et dicti abbas et conuentus et eorum successores warantizabunt predictam terram cum omnibus suis pertinentiis predicto Radulfo et heredibus suis per predictum seruitium contra omnes gentes inperpetuum. Et ut hec donatio concessio warantizatio et presentis carte sue confirmatio perpetue firmitatis robur optineat presenti scripto cyrographato hinc inde sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus. Thoma de Duna. Roberto de Vleham. Johanne de Waleflet. Gilberto de Elteney. Serlone de Hauekestune. Jordano et Roberto clericis abbatis Colecestrie. Johanne de Herlestune. Roberto de Winterflod. Rogero de Ponte. Andrea. Snarri. et aliis.

De dimidia acra terre Alicie Crane in Picheseya.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas Colecestrie et ejusdem loci conuentus dederunt et concesserunt Alicie Crane et heredibus suis dimidiam acram terre que fuit Willelmi Crane. que scilicet terra extenditur juxta stratam que uenit de Pycheseya uersus Bures. habendam

et tenendam sibi et heredibus suis per seruitium duorum denariorum per annum. reddendum idem seruitium die Sancti Johannis Baptiste predictis abbati et conuentui Colecestrie apud Aulam de Picheseya. uel assignandam cuicumque uoluerit preter Judeos et uiros religiosos alienos ab abbatia Sancti Johannis Colecestrie. Hanc autem donationem prenominate terre debent predicti abbas et conuentus Colecestrie warantizare prenominate Alicie uel suis assignatis sicut supradictum est contra omnes homines et feminas. Et est sciendum quod hanc cartam nec in manum Judei nec in alterius manum umquam inuadiabit. Et ut hec donatio firma et stabilis perseueret: tam abbas et monachi Colecestrie quam predicta Alicia hoc scriptum cyrographatum sigillis suis mutuo roborarunt. Hiis testibus Roberto de Sudtune. Roberto de Bures. Pentecoste de Habendune. Galfrido persona de Hockele. Radulfo filio Andree. Thoma de Bemflet. Ricardo de Feinge. Roberto le Turc. Willelmo Crane. Adam de Trindheia. Nicholao de Bagereh'. Roberto de la Le. Roberto Bruno. et multis aliis.

De .ii. acris terre Rogeri capellani in Picheseya.

Sciant presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas Colecestrie et conuentus ejusdem loci dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Rogero capellano duas acras terre in Pycheseia que abutant super pratum uersus Suth. quas Willelmus Aldeman aliquando tenuit. vt eas habeat et teneat libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde predictis abbati et conuentui annuatim tres solidos. scilicet medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio. Et si decesserit uel uitam suam mutauerit licebit ei predictas acras dare uel assignare cui uoluerit. exceptis domibus religiosis et uiris prepotentibus. saluo predictis abbati et conuentui redditu memorato. Idem uero Rogerus de predicto redditu terminis statutis soluendo et de fidelitate in omnibus jam dictis abbati et conuentui seruanda in capitulo monachorum corporale prestitit juramentum. Hiis testibus. Roberto de Suttune. Ricardo de Berdestapel. Roberto filio Hugonis. Radulfo filio Andree. Radulfo Gamen.

Roberto le Turc. Nigello de Hauekestune. Ricardo de Manestune. Jordano clerico. Willelmo de Hening. Osberto marescallo. et multis aliis.

De .xl. acris Willelmi filii Radulfi in Brichlingeseye.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam Dei gratia abbas Colecestrie et ejusdem loci conuentus concessimus et presenti carta confirmauimus Willelmo filio Radulfi quadraginta acras cum pertinentiis in Brichlingeseia. scilicet totam terram cum pertinentiis quam Albricus del Est et Radulfus del Est post illum de domo nostra tenuerunt. tenendas sibi et heredibus suis de nobis inperpetuum libere et quiete et honorifice. reddendo inde nobis singulis annis sexdecim solidos ad quatuor terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis quatuor solidos et ad Natale quatuor solidos et ad Pascha quatuor solidos et ad Natiuitatem Sancti Johannis quatuor solidos. et faciendo inde alia seruitia que predicta terra de jure debet. Hanc autem concessionem fecimus predicto Willelmo et heredibus suis ad petitionem Ricardi capellani filii predicti Albrici. Si autem contigerit quod aliquis heres predicti Albrici clamium suum super predictam terram posuerit et nos prefatam terram non tenebimur eidem Willelmo uel heredibus suis warantizare. Pro hac autem concessione et carte nostre confirmatione dedit nobis predictus Willelmus quadraginta solidos. Et ut hec nostra concessio rata maneat et firma. presenti scripto cyrographato sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus Alexandro filio Osberti. Magistro Johanne fratre suo. Petro clerico. Petro filio Gaufridi. Stephano filio Petri. Adam filio Petri. Willelmo filio Radulfi. Alexandro filio Petri. Radulfo de Hauekestune. Thoma marescallo. Rogero de Bumstede. Nicholao dispensatore. Radulfo Janitore. et aliis.

De terra que uocatur la Brache in Brichlingeseia.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas Sancti Johannis Colecestrie et conuentus ejusdem loci dederunt et concesserunt et presenti carta cirographata confirmauerunt Stephano filio Willelmi quandam terram

in uilla de Brichtlingeseia que uocatur la Brache quam Hamo le Bel tenuit. et Alfwinus le Gal et Edricus del Est et Baldewinus Laggemain cum mariscis et dollis et omnibus pertinentiis suis. habendam et tenendam hereditabiliter illi et heredibus suis libere et quiete et honorifice. reddendo inde tres solidos et unum denarium per annum ad quatuor terminos. scilicet ad Natale nouem denarios et unum quadrantem et ad Pascha nouem denarios et unum quadrantem et ad Natiuitatem Sancti Johannis nouem denarios et unum quadrantem et ad festum Sancti Michaelis nouen denarios et unum quadrantem. vnde nunquam solebant recipere nisi tres solidos et tres quadrantes pro omnibus seruitiis. excepto quod abbas retinet sibi de illa terra auxilia sua et liberas precarias. Pro hac donatione et confirmatione dedit predictus Stephanus abbati uiginti solidos in gersumam. et pietanciam conuentui. Hiis testibus. Magistro Martino de Berqueie. Johanne capellano. Alexandro filio Osberti. Henrico de Wileia. Ricardo filio Radulfi. Radulfo et Nigello de Hauekestune. Willelmo filio Radulfi. Petro filio Gaufridi. Stephano filio Gaufridi. Adam filio Petri. Osberto filio Alexandri. Nicholao dispensatore. et multis aliis.

De terra Durant in Brichlingeseia.

Sciant presentes et futuri qd ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concedimus et presenti carta confirmauimus Petro filio Gaufridi de Britlingeseia terram quam Paganus Durant tenuit in Brichlingeseia. que cum esset ad firmam reddebat quatuor solidos. vt habeat illam et teneat. reddendo quinque solidos de seruitio per annum. faciendo domino auxilium de duobus solidis quolibet tertio anno quando alii liberi homines de Brichlingeseia domino dant auxilium et liberas precarias domini ad cibum domini sicut alii libere tenentes ejusdem uille faciunt. Pro hac concessione et confirmatione dedit nobis prenominatus Petrus unam marcam de gersuma. Quare uolumus quod ipse Petrus et heredes sui habeant et teneant predictum tenementum hereditabiliter et libere per predictum seruitium. Hoc presenti carta cyrographata testificamur. Hiis testibus. Alexandro filio Osberti. Magistro Johanne fratre suo. Alelmo

fratre suo. Radulfo del Est. Petro clerico. Willelmo filio Radulfi. Stephano filio Petri. Thoma mareschallo. Radulfo de Hauekestune. Rogero de Bumstede. Radulfo Janitore. Nicholao dispensatore. Ricardo filio Radulfi. Godefrido filio Gaufridi. et multis aliis.

De tenemento Henrici de Steuintune in Wilega.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dederunt Ricardo filio Radulfi pro homagio et seruitio suo totum tenementum illud in uilla de Wilega quod Henricus de Steuintune aliquando tenuit de predictis Adam abbate et conuentu. habendum et tenendum eidem Ricardo et heredibus suis de predictis abbate et conuentu in terris in mesagiis in pratis in pascuis in uiis in semitis in exitibus in bosco et plano et cum omnibus ad predictum tenementum pertinentibus libere et quiete. reddendo inde annuatim septem solidos. scilicet tres solidos et sex denarios ad festum Sancti Michaelis. tres solidos et sex denarios ad Pascha pro omni seruitio et exactione. Idem uero Ricardus de fidelitate prefatis abbati et monachis in omnibus seruanda et de predicto seruitio statutis terminis soluendo et quod cartam quam de predicto tenemento habet nunquam in manus Judeorum ponet in ipsorum abbatis et monachorum capitulo prestitit juramentum. et heredes ipsius Ricardi cum succedunt eandem tenentur facere securitatem. Predicti uero abbas et monachi et eorum successores warantizabunt predicto Ricardo predictum tenementum cum omnibus pertinentiis suis contra omnes homines et feminas. Hoc autem hac carta cyrographata a cujus altera parte sigillum conuentus et a cujus altera parte sigillum predicti Ricardi dependent. roboratur. Hiis testibus. Alexandro de Brithlingeseia. Symone filio Marciani. Henrico de Pande. Thoma de Torp. Gerardo de Bedingfeld. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Gaufridi. Ricardo filio Marciani. Ricardo marescallo. Johanne Pincerna. Ricardo de Manestune. Nigello de Hauekestune. et aliis.

De terra Tyel dimissa Hamoni grosso in Wileia.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie pari consensu et una uoluntate dedimus et concessimus et hac presenti carta confirmauimus Hamoni grosso filio Willelmi grossi pro homagio et seruitio suo totam terram illam quam olim tenuit Tiel in Wyleia sicut membrum ejusdem uille cum omnibus pertinentiis terre illius. habendam et tenendam sibi et heredibus suis liberam et quietam ab omni seculari seruitio et exactione. reddendo inde per annum octo solidos pro omni seruitio. dimidietatem ad Pascha et dimidietatem ad festum Sancti Michaelis. saluo tamen regali seruitio. Et ipse Hamo de isto tenemento et seruitio nobis humagium et fidelitatem fecit. Et hoc sigillo nostro et carta cyrographata a cujus altera parte sigillum ipsius Hamonis dependet testificamur. Hiis testibus. Osberto dapifero nostro. Alexandro filio ejus. Henrico fratre abbatis. Willelmo Marescallo. Symone clerico et multis aliis.

Item de eadem terra dimissa Michaeli grosso.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie pari consensu et una uoluntate dedimus et concessimus et presenti carta confirmauimus Michaeli filio Hamonis Grossi pro homagio et seruitio suo totam terram illam quam predictus Hamo olim tenuit in Wyleia sicut membrum ejusdem uille cum omnibus pertinentiis terre illius. habendam et tenendam sibi et heredibus suis uel cui uoluerit eam assignare preter religionem et Judeos. salua nobis primitus et ecclesie nostre fidelitate de homagio et seruitio suo. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris octo solidos pro omni seruitio et exactione. saluo tamen seruitio domini regis. dimidietatem uidelicet ad Pascha et dimidietatem ad festum Sancti Michaelis. Et ipse Michael de isto tenemento et seruitio nobis homagium et fidelitatem fecit. Et hoc sigillo nostro et carta cyrographata a cujus altera parte sigillum ipsius Michaelis dependet testificamur. Hiis testibus. Nicholao persona de Wyleya. Nigello de

Hauekestune. Jordano clerico. Ricardo de Manestune. Willelmo Haukeseye. Willelmo Modi. Petro de Bumstede. Oliuero de Wileya. Herberto paruo. et aliis.

De quibusdam tenementis Roberti Moine in Berqueia.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam Dei gratia abbas Colecestrie et conuentus ejusdem loci concessimus et presenti carta cyrographata confirmauimus Roberto le Moine filio Walteri de Berqueia tenementum quod prius tenuit in feudum de ecclesia ipsius uille. scilicet unum mesagium cum una acra terre et dimidiam juxta fontem qui uocatur Bedewelle. et aliud mesagium quod Johannes de Fonte tenuit cum dimidia acra. et tres acras cum prato ejusdem latitudinis extra forum de Berqueia. et unam acram et dimidiam penes Bruneslawe. et duas acras et dimidiam juxta Suineslauue. et septem acras in Hocfeld. et unam acram et dimidiam in campo de Ried. et unam acram juxta Tieuesstrate. et octo acras que adjacent ad Tieuesstrate. et unam acram et dimidiam super Malmhelle. et tres acras que extendunt super Holeuueie. et quinque acras in campo de Ried que extendunt super Holeweie. habenda et tenenda sibi et heredibus suis de nobis inperpetuum faciendo inde hoc seruitium. scilicet quod singulis noctis in hyeme inueniri faciet luminare de sepe per totam noctem in ecclesia Sancte Marie Magdalene de Berqueia. in estate uero siue de sepe siue oleo in eadem ecclesia per totam noctem. Concessimus insuper et presenti carta confirmauimus eidem Roberto et heredibus suis unum mesagium quod Sexi tenuit cum una acra terre adjacente eidem mesagio. reddendo inde annuatim rectori ejusdem ecclesie de Berqueia duodecim denarios pro omni seruitio. scilicet sex denarios ad Pascha et sex denarios ad festum Sancti Michaelis. Hiis testibus. Petro decano Colecestrie. Wimundo de Witenham. Symone filio Marciani. Ricardo. Alexandro. Waltero fratribus suis Thoma marescallo. Symone clerico. Herueo capellano de Boclond. Johanne filio Heruei. Ricardo filio Euerardi. Thoma Chaperun et fratribus suis Willelmo de Bendeuilla. et multis aliis.

De mesagio et terra Roberti Richeman in Berle.

Nouerint uniuersi presentem cartam cyrographatam uisuri uel audituri quod Willelmus Dei gratia abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis Colecestrie dederunt concesserunt et presenti carta sua confirmauerunt Roberto Richeman de Berle pro homagio et seruitio suo et pro nouem marcis et dimidia quas eis dedit in gersumam illud mesuagium et totam illam terram cum pertinentiis quam Thomas Purthe tenuit de eis in uilnagium in uilla de Berle. habendam et tenendam de eisdem abbate et conuentu et suis successoribus sibi et heredibus suis libere quiete et hereditarie. reddendo inde annuatim dictis abbati et conuentui quatuor solidos ad duos terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis duos solidos et ad Pascha duos solidos pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. saluo seruitio domini regis quantum pertinet ad tantam terram cum suis pertinentiis de eodem tenemento in eadem uilla. Et dicti abbas et conuentus et eorum successores warantizabunt predictam terram cum omnibus suis pertinentiis predicto Roberto et heredibus suis per predictum seruitium contra omnes inperpetuum. In hujus rei testimonium presenti scripto cirographata tam dicti abbas et conuentus quam idem Robertus signa sua hincinde apposuerunt. Hiis testibus. Petro Cardun. Thoma Gerard. Theobaldo filio Alani. Radulfo de Bendene. Galfrido de Codderei. Radulfo de Pekeham. Rogero filio Cecilie. Radulfo filio Thome Germano filio Radulfi. Pollard. Johanne Barun de Chishelle. et multis aliis.

De tenemento Pagani Casse in Takele.

Sciant presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dimiserunt et hac presenti carta cyrographata confirmauerunt Ranulfo filio Petri Labbe mesuagium quod fuit Pagani Casse in Takeleya cum pertinentiis infra mesuagium habitis et unam acram et dimidiam terre in crofta que fuit ejusdem Pagani propinquiores predicto mesuagio. habendas et tenendas de eisdem abbate et monachis

eidem Rannulfo et heredibus suis libere quiete et honorifice. reddendo inde annuatim predictis abbati et monachis .xvi. denarios quatuor terminos. scilicet ad Pascha quatuor denarios et ad festum Sancti Johannis Baptiste quatuor denarios et ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios et ad Natale domini quatuor denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. saluo seruitio domini regis cum euenerit. Pro hac autem concessione et hujus carte confirmatione remisit predictus Rannulfus et quiete clamauit de se et heredibus suis inperpetuum predictis abbati et monachis duas acras terre in campo que nominatur la Leye quas Petrus pater ipsius Rannulfi aliquando tenuit. Et ut hec concessio et hujus carte confirmatio et istarum duarum acrarum quietaclamatio stabilis et firma permaneat tam abbas et conuentus Colecestrie sigillo capituli sui quam prenominatus Rannulfus sigillo suo presens scriptum roborare curauerunt. Hiis testibus. Roberto de Welles. Roberto Leydeth. Willelmo de Takeleya. Thoma de Elsenham Roberto filio Ricardi. Nigello de Hauekestune. Jordano clerico. Johanne Pincerna. Herberto paruo. et aliis.

De capella Galfridi de Hauuilla in Takele.

Nouerint uniuersi qui hoc scriptum cyrographatum uiderint uel audierint ita conuenisse inter abbatem Colecestrie patronos ecclesie de Takeleya ex una parte et Galfridum de Hauuilla filio Willelmi de Hauuille ex altera parte quod cum constaret memoratis abbati et monachis ex rerum euidentia de difficultate uiarum interjacentium inter memoratam ecclesiam et mansionem predicti Galfridi ob ejusdem Galfridi amoris gratiam illud dispendium redimere curauerunt. Hoc modo uidelicet ut quantum in ipsis est liceat prefato Galfrido in curia sua capellam construere apud Takele et de oblationibus libere familie sue et hospitum suorum ibidem factis ad libitum suum disponere. Et in recompensationem dictarum oblationum dedit dictus Galfridus Deo et ecclesie Sancte Marie de Takele dimidiam acram terre arabilis que jacet juxta curiam persone ecclesie de Takele cum uestura. habendam et tenendam in liberam et perpetuam elemosinam sicut decet elemosinam teneri quietam ab omni seculari seruitio et exactione.

Capellanus uero quicumque eidem capelle deputabitur celebraturus fidelitatem prestabit persone de Takele uel ejus assignato quod preter dicta nichil faciet secrete uel palam quod redundet in dampnum matris ecclesie. Idem etiam Galfridus et ejus familia omnia principalia sacramenta accipiet de matrici ecclesia preter missam et panem benedictum et aquam benedictam. Et ut hec concessio et mutua obligatio rata et inconcussa permaneat tam abbas et monachi quam predictus Galfridus hoc scriptum cyrographatum mutuis sigillis suis roborauerunt. Hiis testibus. Magistro Willelmo de Hamoz vicario perpetuo ecclesie de Takele. Waltero de Capella. Philippo de Hamaz. Willelmo de Takele. Thoma de Elsenham. Willelmo de Rependune. Roberto de Standune. Jordano clerico. Ricardo de Manestune. Godefrido de Hauekestune. Odone de Colecestria. Willelmo de Helteney. Roberto de Celario. et aliis.

Item de eadem capella uerius.

NOUERINT uniuersi qui hoc scriptum cyrographatum uiderint et audierint ita conuenisse inter abbatem et conuentum Colecestrie patronos ecclesie de Takele ex una parte et Galfridum de Hauuilla filium Willelmi de Hauuille ex altera quod cum constaret memoratis abbati et monachis ex rerum euidentia de difficultate uiarum interjacentium inter memoratam ecclesiam et mansionem predicti Galfridi ob ejusdem Galfridi amoris gratiam illud dispendium redimere curauerunt. Hoc modo uidelicet ut quantum in ipsis est liceat prefato Galfrido in curia sua capellam construere apud Takele. saluo jure persone ecclesie predicte. et diuina in eadem facere celebrari. hiis tamen sequentibus fideliter et sine dolo obseruandis. videlicet quod idem Galfridus et quilibet dominus eidem Galfrido succedens infra quindecim dies a prima successione sua presente persona ecclesie parochialis uel alio ad hoc assignato jurabit quod capella illa non erit dampnosa in aliquo matrici ecclesie. Et capellanus quicumque eidem capelle deputabitur celebraturus in ea jurabit quod omnes prouentus et utilitates quocumque casu poterunt per cantariam suam prouenire de eadem capella: persone matricis ecclesie uel ejus assignato fideliter et

integre infra triduum erit illaturus. Et quod nec aliquid secreto uel palam suscipiet faciendum quo matrix ecclesia patiatur lesionem. Omnia autem sacramenta ecclesiastica tam dominus Galfridus quam uxor ejus et familia de capellano matricis ecclesie erunt suscepturi preter panem benedictum et aquam benedictam. Et est sciendum quod dominus loci illius cum uxore sua et familia et ejus successores festis sollempnibus ad ecclesiam parochialem sese debent presentare debitas ibidem facturi oblationes cum in eadem uilla moram fecerint nisi justa necessitas uel licentia capellani matricis ecclesie hoc pro casibus fortuitis permiserit inmutari. festiuitates autem sunt hee. scilicet dies Natalis Domini ad magnam missam. Dies Purificationis beate Marie. Palmarum. Pasche. Pentecosten. Assumptionis. Dedicationis illius ecclesie. Et ut hec concessio et mutua obligatio rata et inconcussa permaneat tam abbas et monachi quam predictus Galfridus hoc scriptum cyrographatum mutuis sigillis suis roborauerunt. Hiis testibus. Magistro Willelmo de Hamaz uicario perpetuo ecclesie de Takele. Waltero capellano. Philippo de Hamaz clerico. Willelmo de Takele. Thoma de Helsenham. Willelmo de Reppendune. Roberto de Stanstede. Jordano clerico. Ricardo de Manestune. Ricardo filio Willelmi de Horkesleya. Willelmo de Helteney. Roberto de Celario. et multis aliis.

De tenemento Jacobi de Haselingefelde in Mundona.

Sciant presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dimiserunt et presenti carta cyrographato confirmauerunt Jacobo de Hasclingefelde totam terram illam in Mundona cum pertinentiis quas Warinus vinitor aliquando tenuit. habendam et tenendam sibi et heredibus suis libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde eis annuatim quadraginta duos denarios medietatem ad festum Sancti Michaelis et medietatem ad Pascha. et inueniendo quolibet autumpno unum hominem ad duas precarias abbatis ad cibum ipsius abbatis pro omni seruitio et exactione. Que terra antea reddere consueuit tres solidos per annum. Idem uero Jacobus de fidelitate in omnibus prefatis abbati et monachis seruanda. et quod cartam quam de

prefato tenemento habet nunquam in manus Judeorum ponet in prefatorum abbatis et monachorum capitulo prestitit juramentum et heredes ipsius Jacobi cum succedunt simile debent facere juramentum. Hiis testibus.

Cyrographum inter abbatem Colecestrie et Nicholaum de Akholte.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus abbas Colecestrie et ejusdem loci conuentus concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Magistro Nicholao de Akholt totum tenementum cum omnibus suis pertinentiis quod Petrus filius Sayue aliquando tenuit in uilla de Acholt et Beningeham de Willelmo de Dunmawe de feodo Philippi de Rupella. habendum et tenendum de nobis et successoribus nostris inperpetuum libere quiete bene in pace et honorifice ipsi Nicholao uel cuicumque illud dare uel assignare uel legare uoluerit. exceptis uiris religiosis aliis quam nobis et successoribus nostris. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris .vii. solidos et .iiii. denarios ad .iiii. terminos anni. scilicet ad festum Sancti Michaelis .xxii. denarios. ad festum Sancti Andree .xxii. denarios. ad Pascha. xxii. denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste .xxii. denarios pro omnibus seruitiis et demandis. saluo seruitio domini regis quantum pertinet ad tantam terram de eodem feodo in uilla de Acholt. Et ut hec nostra confirmatio et concessio perpetuum robur obtineant firmitatis: tam nos sigillo capituli nostri quam predictus sigillo suo presentem cartam cirographatam roborare curauimus. Hiis testibus.

De terra concessa Hugoni le Crane.

Omnibus Christi fidelibus Willelmus Dei gratia abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis Colecestrie salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Hugoni le Crane de Neuendene .xv. acras terre cum pertinentiis in uilla de Picheseia que fuerunt Willelmi Crisploc quas aliquando tenuit R.

capellanus. habendam et tenendam totam predictam terram cum pertinentiis dicto Hugoni et heredibus suis uel assignatis de nobis et successoribus nostris et cuicumque eam dare uendere uel assignare uoluerit. exceptis judeis et domibus religionis et aliis prepotentibus per quos nobis prejudicium posset grauari. bene et in pace libere et quiete et hereditarie in uiis et semitis exitibus et fossatis et omnibus rebus et libertatibus ad dictam terram pertinentibus. Reddendo inde per annum nobis et successoribus nostris dimidiam marcam argenti. scilicet .xl. denarios ad Pascha et ad festum Sancti Michaelis .xl. denarios pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. Et nos et successores nostri warantizabimus dicto Hugoni et heredibus suis uel assignatis dictam terram cum pertinentiis contra omnes homines et feminas. In cujus rei testimonium tam nos quam idem Hugo presentem cartam cirographatam sigillis nostris hinc inde appensis communire curauimus. Hiis testibus.

(*The next five documents have been entered by later hands.*)

The Abbot of S. John's Colchester to John Fitz Simon and Robert de St. Clare. License of mortmain to grant lands in Mundon to the Chapel of Danewebery.

Nouerint uniuersi ad quod presens scriptum peruenerit quod nos Robertus Dei gratia abbas Sancti Johannis Colcestrie et ejusdem loci conuentus vnanimi assensu totius capituli nostri concessimus et dedimus licentiam specialem dominis Johanni filio Symonis et Roberto de Sancto Claro militibus quod libere possint dare et assignare omnes terras et redditus quos habent in uilla de Mundona de feodo nostro in liberam et perpetuam elemosinam ad capellam de Danewebery uel alibi pro uoluntate et dispositione predictorum dominorum Johannis et Roberti pro anima domini Willelmi de Sancto Claro. Item etiam quod nec nos nec successores nostri seu aliquis nomine nostro in predictis terris et redditibus aliquid jure uel clamii possimus exigere uel uendicare inperpetuum. Saluis nobis et successoribus nostris .xl. duobus denariis annui redditus ad duos anni

terminos. videlicet ad festum Sancti Michaelis et Pascha pro equalibus portionibus annuatim soluendis vna cum homagio et releuiis post decessum cujuslibet tenentis pro predictis terris et redditibus nobis et successoribus nostris faciendis pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis curie et omnibus demandis secularibus. Pro hac autem concessione dederunt nobis dicti domini Johannes et Robertus quinque marcas sterlingorum pre manibus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum commune et sigillum predictorum dominorum Johannis et Roberti huic scripto in modum cyrographi confecto alternatim sunt appensa. Hiis testibus. dominis Rogero Baynard. Henrico de Cramauyle. Johanne de Prayeres militibus. Hamone le Park. Willelmo de la Haye. Roberto de Gilbecrak. Hugone de Lachendone. et aliis. Data Colcestrie die Sabbati proxima post festum Sancte Katerine uirginis anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo tercio incipiente.

Grant by John Olyver of Stanewey to the Church of Colchester of Kyngsknole heath in Leyre del Hay.

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes dictus Olyuer de Staneweya pro salute anime mee et pro quadraginta solidis sterlingorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris inperpetuum totam brueram meam cum omnibus suis pertinentiis que uocatur Kynggesknolle quam de predictis abbate et monachis tenui in parochia de Leyre de la Haye. Et extendit se ad unum caput super brueram que uocatur Ryhath uersus austrum et ad aliud caput super ripam de Kyngessforde uersus aquilonem. Et jacet inter viam regiam que ducit de ponte de Kyngesforde uersus Saltcote uersus occidentem et brueram que uocatur Eelond versus orientem. habendum et tenendum totam predictam brueram cum omnibus suis pertinentiis predictis abbati et monachis et eorum successoribus in liberam puram et perhennem elemosinam quietam ab omni seculari seruitio exactione et demanda inperpetuum. Et ego predictus Johannes heredes mei et assignati mei totam

predictam brueram cum omnibus suis pertinentiis ut predictum est dictis abbati et monachis et eorum successoribus warantizabimus acquietabimus et in omnibus defendemus contra omnes gentes inperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus. dominis Willelmo Gernon. et Hamone le Parker. militibus. Ricardo de Ryueres. Roberto de Marny. Philippo de Molesham. Hamone de Bryche. Godefrido clerico et aliis. Data apud Leyre de la Haye die Mercurii proxima post festum translationis Sancti Thome Martiris anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo octauo.

Release of the same.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris Johannes dictus Olyuer de Staneweya salutem in domino. Noueritis me concessisse remisisse et omnino quietum clamasse pro me et heredibus meis Deo et ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et abbati et monachis ibidem Deo seruientibus et seruituris inperpetuum totum jus et clamium quod habui uel aliquo modo habere potui in quadam bruera que uocatur Kynggesknolle juxta pontem de Kynggesford in parochia de Leyre de la Haye. Ita quod nec ego predictus Johannes heredes mei nec assignati nec aliquis per me pro me aut nomine meo in predicta bruera cum suis pertinentiis aliquid juris uel clamii de cetero exigere poterimus uel uendicare imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus dominis Willelmo Gernon. et Hamone le Parker. militibus. Ricardo de Ryuerys. Roberto de Marny. Philippo de Molesham. Hamone de Bryche. Godefrido clerico. et aliis. Data apud Leyre de la Haye die Martis in crastino Assumptionis beate Marie Virginis Anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo octauo.

Grant by the Abbot of Colchester to Walter de Infirmaria of a house in Colchester.

SCIANT presentes et futuri quod nos Johannes permissione diuina abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus concessimus vendidimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Waltero de Infirmaria clerico totum illud mesuagium cum fundo curtilagio et omnibus pertinentiis suis in suburbio Colcestrie juxta la Southsherde sub muro lapideo Colcestrie quod quondam fuit Alexandri le Portere de Gloucestre et Dionisie vxoris sue. et quod dicti Alexander et Dionisia habuerunt de dono et feoffamento Ade filii Stephani le Lorymer de Colcestria. et quod jacet inter tenementum Ricardi de Legra clerici quandam Johannis de Kokhey ex parte una uersus le Est et iter regale ex parte altera versus le West et extendit se a muro lapideo Colcestrie predicto uersus le North usque ad iter regale versus le South sicut per metas et bundas vndique diuiditur et includitur. habendum et tenendum predictum mesuagium cum fundo et curtilagio et omnibus pertinentiis suis de nobis et successoribus nostris predicto Waltero et heredibus et assignatis suis et cuicumque uel quandocumque ac quibuscumque predictum mesuagium cum fundo curtilagio et omnibus pertinentiis suis dare legare uendere inuadiare uel aliquo alio modo assignare uoluerint libere quiete bene in pace imperpetuum. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris quatuor solidos ad duos anni terminos. videlicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. et ad Walgauel Colcestrie sex denarios semper in festo Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus et secularibus demandis. Pro hac autem concessione uenditione et presentis carte nostre confirmatione dedit nobis predictus Walterus quandam summam pecunie pre manibus. In cujus rei testimonium tam sigillum nostrum commune quam sigillum predicti Waltero huic carte nostre alternatim sunt apposita. Hiis testibus. Warino filio Willelmi. Sahero de Donyland tunc balliuis Colcestrie. Elia filio Johannis. Roberto Olyuer. Radulfo Saffare. Alexandro tabernario. Radulfo Ode. Willelmo clerico.

Willelmo Leycestre. Warino clerico. et aliis. Data Colcestrie die ueneris in festo apostolorum Philippi et Jacobi anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi tertio.

[*The remainder of this column, and the whole of the next column, are blank. The two leaves, representing pages 309, 310, 311, 312, have been cut away, or are missing. The next entry is in a later hand.*]

Record of a judgment in elegit between the Abbot and Thomas Juscard.

PLACITA apud Westmonasterium coram Rogero Hillary et sociis suis Justiciariis domini Regis de Banco de termino Sancti Hillarii anno regni regis Edwardi Regis Anglie tertii aconquestu quinto decimo et regni ejusdem regis Francie secundo. Rotulo .CCCLXXXXVII.

Essex. ss. Mandatum fuit episcopo Londoniensi sicut prius quod de bonis ecclesiasticis Thome Juscard persone ecclesie de Grenestede in diocesi &c. fieri faceret nouem libras. Et illas haberet hic ad hunc diem &c. ad reddendum abbati Sancti Johannis Colecestrie quas idem Thomas in Curia Regis hic die Lune in quindena Sancti Hillarii anno regni domini regis nunc sexto cognouit se debere eidem abbati. et quas ei reddidisse debuit ad festum Pasche tunc proximum sequens. et illas ei nondum &c. Et Episcopus modo non misit breue &c. Et modo venit predictus abbas per Willelmum Cokerel attornatum suum. et per statutum elegit sibi liberari omnia bona et catalla predicti Thome et similiter medietatem terrarum et tenementorum suorum preter boues &c. que predictus Thomas habuit predictis die et anno recognitionis &c. tenendum vt liberum tenementum secundum formam statuti domini regis quousque &c. Ideo fiat ei breue per statutum &c. Et qualiter &c. scire faciat hic a die Pasche in tres septimanas &c. Et vicecomes non omittat propter libertatem ville de Colecestria eo quod alias &c. vt patet termino Pasche anno tertio decimo rotulo .XXIIII. post scire facias &c. Ad quem diem vicecomes non misit breue. Ideo sicut prius faciat breue per statutum. Et qualiter &c. vicecomes scire faciat

hic in Octabis Sancti Michaelis &c. Et vicecomes non omittat &c. eo quod alias &c. Ad quem diem venit predictus abbas per predictum attornatum suum. Et vicecomes mandat quod predictus Thomas Juscard nulla habet bona seu catalla que appreciari possunt. Et quod per extentam quam misit &c. liberauit predicto abbati medietatem trium acrarum et trium rodarum terre que valent per annum vltra reprisam tres solidos quinque denarios et unum quadrantem. pretium acre undecim denarii. Et sic medietas predicta valet per annum viginti denarios obolum et quadrantem. quam quidem liberationem predictus attornatus bene cognouit. Ideo &c.

§ Liberatio predicte medietatis irrotulata fuit termino Sancti Michaelis anno regni Edwardi regis Anglie tertii a conquestu quinto decimo.

Rotulo 397.

[*The remaining half of this page and p.* 314 *are blank, after which the MS. continues in the handwriting of the original scribe.*]

Cyrographum Hugonis de Nouilla de tenemento de Adintune.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas Colecestrie et conuentus monachorum ejusdem loci concessimus et dimisimus Hugoni de Noua uilla et Johanne uxori sue filie Henrici de Cornhella et heredibus qui de illis duobus exierint tenementum quoddam in Adituune quod Henricus de Cornhella de nobis olim tenuit. vt habeant et teneant terram illam et tenementum predictum libere et quiete et honorifice et hereditabiliter sicut dictum est. reddendo nobis et mittendo inde octo solidos et octo denarios de seruitio per annum pro omnibus seruitiis ad festum Sancti Andree infra Octabas. De isto autem tenemento deuenit predictus Hugo de Nouauilla homo ecclesie nostre et juramentum fecit se fidelitatem portaturum in omnibus nobis et ecclesie nostre. salua fide domini regis et aliorum dominorum suorum. Et ut hec concessio perpetuum robur obtineat eam carta nostra cyrographata a cujus partibus sigillum nostrum et sigillum predicti Hugonis dependent confirmauimus. Hiis testibus. Willelmo de Gerenz. Humfrido de Barentune. G. filio Landri. Willelmo de Warenna. Willelmo

de Bosco. Johanne de Noua uilla. Roberto clerico. Ex parte abbatis. Osberto senescallo. Radulfo filio Walteri. Symone filio Marciani. Thoma de Brumlega. Matheo Belet. Hamone grosso. Radulfo nepote abbatis. et multis aliis.

Quedam conuentio facta de tenemento de Addintune.

HEC est conuentio facta inter Adam abbatem et conuentum Colecestrie et Edwinum capellarium. scilicet quod predictus abbas et conuentus dimittunt eidem Edwino medietatam terre quam Ailwinus filius Ailredi de Addintune de eis tenuit in eadem uilla cum Agnete primogenita filia predicti Ailwini. habendam et tenendam sibi et heredibus qui exient de predicta Agnete. et aliam medietatem predicte terre commiserunt predicto Eduuino in custodiam cum Alicia filia predicti Ailwini quousque peruenerit ad etatem ut per consilium abbatis et amicorum suorum maritetur. Pro hac autem concessione et dimissione dedit predictus Edwinus predicto abbati decem solidos in gersumam. Et est sciendum quod predictus Edwinus super sacrosancta euangelia jurauit fidelitatem tenendam predictis abbati et conuentui de omnibus seruitiis et auxiliis et consuetudinibus ad predictam terram pertinentibus et quod non ammouebit edificia super predictam terram edificata sed ea emendabit. et fructres predicte terre super eundem feudum omni anno ponet. et quod eos nisi ad rationabiles expensas non ammouebit. Et si predictus Edwinus super predictam terram manere noluerit aliquem fidelem loco suo super predictam terram constituet qui abbati et conuentui de seruitiis ad predictam terram spectantibus sufficienter possit et debeat respondere. Hanc conuentionem predictus Edwinus jurauit sine dolo firmiter tenendam et sigilli sui inpressione roborauit. Hiis testibus. Willelmo filio Andree. Johanne de Asketot. Odone de Querleia. Nigello de Hauekestune. Reimundo de Selford. Johanne Pincerna. Gileberto de Purleia. Rogero Testard. et aliis.

Cyrographum Athelwoldi Palmarii de terra in Aldeburch.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Adelwoldo Palmario illas terras et illud tenementum in Aldeburgo quod Eglinus prior ei dimisit per cartam quam habet de ecclesia de Snapes. Saluo tamen eidem ecclesie debito seruitio suo et auxiliis que debet per annum. Hiis testibus. Samanno Campe. Ricardo Sugge. Osberto Coc. Ricardo filio Alueue. Waltero Ruddoc. Willelmo Prechel. et aliis.

Conuentio de quadam terra in Estreford.

HEC est finalis concordia facta in Curia Sancti Johannis Colecestrie coram domino Adam abbate Sancti Johannis Symone filio Marciani Johanne filio Radulfi Ricardo filio Gilberti Nicholao filio Galfridi Ricardo filio Marciani et aliis multis tunc ibi presentibus inter Alwinum filium Rogeri Coci et Rogerum fratrem suum de una acra terre cum pertinentiis in Estreford quam Willelmus predictorum Alwini et Rogeri frater tenuit de domo Sancti Johannis de Colecestria. videlicet quod predictus Alwinus tenebit medietatem prenominate acre cum medietate mesuagii faciens seruitium suum domui Sancti Johannis Colecestrie scilicet octo denarios per annum. scilicet quatuor denarios ad Pascha et quatuor denarios ad festum Sancti Michaelis pro omnibus seruitiis. saluo seruitio domini regis. Et predictus Rogerus tenebit aliam medietatem predicte acre cum alia medietate mesuagii faciens seruitium suum domui Sancti Johannis de Colecestria. scilicet quatuor denarios ad Pascha et quatuor denarios ad festum Sancti Michaelis. Et si contigerit quod predictus Alwinus heredes habeat de uxore sibi desponsata remaneat terra predicta sibi et heredibus suis finabiliter. Et si sine herede de se obierit reuertatur terra predicta post obitum suum Rogero fratri suo et heredibus suis. Et ad hanc conuentionem firmiter tenendam sibi inuicem affidauerunt. Hiis testibus. Baudewino Filol. Alexandro de Brichlingeseye. Rogero Filol. Nigello de Hauekestune. Willelmo de Heingham. Roberto Janitore. et multis aliis.

De .xii. acris Theobaldi de Feringe in Teya.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dederunt et concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Theobaldo de Feringe pro homagio et seruitio suo duodecim acras terre in Teia quas olim dimiserant Terrico clerico de dominio eorum et quas idem Terricus reddidit eis quietas in curia sua: ad opus ejusdem Theobaldi. ut habeat et teneat easdem duodecim acras terre libere et quiete et hereditabiliter sibi et heredibus suis de eis inperpetuum. reddendo inde eis annuatim quatuor solidos et sex denarios. scilicet die Epiphanie decem et octo denarios et ad festum Sancti Petri ad uincula tres solidos pro omni seruitio et exactione. Idem uero Theobaldus de redditu prefato statutis terminis fideliter transmittendo et de fidelitate eisdem abbati et monachis in omnibus seruanda prestitit juramentum. Hiis testibus. Waltero de Creppinge. Symone filio Marciani. Ricardo fratre suo Ricardo filio Radulfi. Johanne de Cliuelonde. Roberto filio Rogeri de Teya. Radulfo fratre Theobaldi. et multis aliis.

De terra Pallard in Copeford.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Waltero Pollard pro homagio et seruitio suo totum campum qui uocatur Arnoldesfeld cum mesagio Oseberti le Frere et dimidiam acram que jacet juxta terram Ricardi Gernum et abutat super terra Willelmi filii Salomonis cum omnibus pertinentiis suis in parochia de Copeford. exceptis duabus acris quas Hugo de Bottingham dedit ecclesie de Copeford. tenendum et habendum eidem Waltero et heredibus suis cum pertinentiis libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde annuatim predictis abbati et monachis .VIII. denarios. scilicet quatuor denarios infra Octabas Pasche et quatuor denarios infra Octabas Sancti Michaelis pro omni seruitio et exactione. Predicti uero abbas et monachi warantizabunt

sepedicto Waltero et heredibus suis prenominatam terram contra omnes homines et feminas. Hiis testibus. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Ricardo filio Gileberti. Ricardo filio Marciani. Rogero de Copford. Willelmo filio Willelmi. Willelmo filio Salononis. Willelmo filio Petri. Roberto de Botingham. Hamone de Sancto Quintino. et multis aliis.

De quodam tenemento in Sipedeham.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta cirographata confirmauerunt Ricardo filio Warebaldi de Sipedeham pro homagio suo et pro .x. et .VIII. solidis quos dedit ille monachis in gersumam totam terram quam Willelmus de Curtun predictis monachis dedit in Sipedeham in elemosinam. et quam predictus Werebaldus aliquando de eisdem monachis tenuit. vt habeat et teneat sibi et heredibus suis de ecclesia Sancti Johannis Colecestrie cum omnibus pertinentiis suis in feodo et hereditate libere et quiete et honorifice. reddendo inde annuatim predictis abbati et monachis et eorum successoribus et per proprium nuntium in abbatia Colecestrie mittendo octo solidos. medietatem scilicet infra quindecim dies Sancti Michaelis et medietatem infra Octabas Pasche pro omni seruitio et exactione. saluo seruitio domini regis et auxilio si forte dominus rex seruitium uel auxilium quesierit de abbatia Sancti Johannis. et tunc idem Ricardus et successores sui auxiliabuntur predictis abbati et monachis et eorum successoribus secundum rationabile posse suum. Idem etiam Ricardus abbati Adam Colecestrie homagium suum inde fecit et de fidelitate in omnibus abbati et monachis seruanda et de redditu terminis statutis soluendo in eorum capitulo corporale prestitit juramentum. et heredes sui cum succedunt simile homagium et simile tenentur facere juramentum. Si uero jam dictus Ricardus uel sui successores predictum redditum terminis statutis non soluerint dabunt abbati et monachis dimidiam marcam argenti nomine pene ad quemlibet terminum ad quem sepedictum redditum non persoluerint. Et est sciendum quod si abbas Colecestrie uel ejus nuntius per partes illas transitum fecerint et uelint ad predictum

locum hospitari : idem Ricardus uel sui successores ipsos in suum hospitium admittent et foragium quale habuerint in hospitio ad lectisternia eis ministrabunt in omnibus aliis ad eorum custamenta querendis. Quod ut firmum et stabile futuris temporibus perseueret tam abbas et monachi quam Ricardus predictus presens scriptum cyrographatum suis sigillis curauerint roborare. Hiis testibus Ricardo filio Willelmi. Ricardo de la Rochele. Galfrido de Cokaine. Alexandro persona de Elmestede. Roberto de Katestune. Rogero de Verli. Nigello de Hauekestune. Willelmo Heingeham. Herberto paruo. et aliis.

De quadam crufta in Roynges.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dimiserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Gilberto filio Osberti de Roinges et Amicie uxori sue totam cruftam in Roynges Morel quam tenent predicti abbate et conuentu in liberam elemosinam. que crufta uocatur Plunte. in qua horreum ipsorum monachorum situm est. vt predicti Gilbertus et Amicia vxor sua habeant et teneant de predictis abbate et monachis ad totam uitam suam predictam cruftam. saluo ipsis abbati et monachis horreo suo et ingressu et exitu ad horreum. reddendo inde eis singulis annis uiginti duos denarios. scilicet ad Natale domini undecim denarios et ad Natiuitatem Sancti Johannis Baptiste undecim denarios. et horreum ipsorum abbatis et monachorum custodient pro omnibus seruitiis et exactionibus. Et est sciendum quod post decessum predictorum Gilberti et Amicie redibit predicta crufta libera et absoluta ab omni clamio heredum suorum in usus abbatis et monachorum Colecestrie. Idem uero Gilbertus pro se et uxore sua de fidelitate predictis abbati et monachis in omnibus seruanda et de redditu ipsorum terminis statutis soluendo et quod cartam quam de predicta crufta habent nunquam in manus Judeorum ponent in capitulo monachorum Colecestrie corporale prestitit juramentum. Hiis testibus. Waltero Pedeleuere. Eadmundo clerico. Vincentio clerico.

Ricardo de Mannestune. Johanne Pincerna. Osberto Puf. Ricardo filio ejus. Herberto paruo et aliis.

De .ii. acris in Cukelesworthe et manso ad horreum.

Sciant presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis de Colecestria concesserunt et dimiserunt Willelmo filio Fulcardi de Eresuuelle duas acras terre in Cukelesuurde. habendas et tenendas sibi et heredibus suis inperpetuum per seruitium duodecim denariorum per annum ad festum Sancti Michaelis reddendorum pro omnibus seruitiis. Ita tamen quod abbas et monachi Colecestrie retinent ad opus suum proprium in capite illarum duarum acrarum quod jacet super uiam in Estrate spatium ad edificandum sibi horreum ad decimas suas ibi recolligendas et pro arbitrio suo libere inde disponendum. et debet habere in longitudine juxta uiam in transuerso terre illius sexaginta pedes et in latitudine quadraginta pedes. Pro hac autem concessione et dimissione dedit predictus Willelmus prenominatis abbati et conuentui quinque solidos et eis in eorum capitulo fidelitatem jurauit. Hiis testibus Radulfo de Rouecestria. Ricardo et Eustachio fratribus suis. Willelmo filio Radulfi. Petro persona. Ricardo capellano. Osberto filio Ricardi. Eustachio mercatore. Galfrido filio Hugonis. Matheo filio Baldewini. Willelmo filio Wlueue. Mauricio filio Wiggerii. Ricardo filio Rodulfi. Rodulfo hominibus abbatis et aliis.

Item aliud cyrographum de eisdem rebus.

Sciant presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus Sancti Johannis de Colecestria concesserunt et dimiserunt Alano filio Walteri de Eresuuelle duas acras terre in Cukelesuurde. habendas et tenendas sibi et heredibus suis inperpetuum per seruitium duodecim denariorum per annum ad festum Sancti Michaelis reddendorum pro omnibus seruitiis. Ita tamen quod abbas et monachi Colecestrie retinent sibi ad opus suum proprium in capite illarum duarum acrarum quod jacet super uiam in Estrate spatium

ad edificandum sibi horreum ad decimas suas ibi recolligendas et pro arbitrio suo libere inde,disponendum. et debet habere in longitudine juxta uiam in transuerso terre illius sexaginta pedes et in latitudine quadraginta pedes. Pro hac autem concessione et dimissione dedit predictus Alanus prenominatis abbati et monachis nouem solidos et octo denarios. Et licet Alanus proprium sigillum non habuit ad susceptionem carte sue : hoc sigillum huic cyrographo fecit apponi. Hiis testibus. Nicholao dispensatore. Radulfo Janitore. Thoma mareschallo. Pagano. Jacobo. Willelmo hominibus abbatis. Radulfo de Rouecestria. Ricardo Eustachio fratribus suis. Willelmo filio Radulfi. Petro persona. Ricardo capellano. Osberto filio Ricardi. Eustachio mercatore. Galfrido filio Hugonis. Matheo filio Baldewini. Mauricio filio Wiggeri et aliis.

De mesagio Matildis Coterel in Etune.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et hac presenti carta cyrographata confirmauerunt Willelmo filio Nicholai de Bellocampo mesuagium illud in Etune quod Matildis Coterel tenuit. habendum et tenendum de predictis monachis illi et heredibus suis libere et quiete. reddendo inde eisdem duodecim denarios per annum. scilicet ad Pascha sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios pro omnibus seruitiis. Idem etiam Willelmus de fidelitate eisdem abbati et monachis in omnibus seruanda et de redditu suo terminis statutis fideliter soluendo et quod cartam quam de predicto mesuagio habet in manus Judeorum nunquam ponet in eorum capitulo corporale prestitit sacramentum. Quod ut firmum et stabile perseueret tam abbas et monachi quam predictus Willelmus presens scriptum cyrographatum sigillis suis curauerunt roborare. Hiis testibus. Symone Bastard. Stephano de Cam. Waltero crasso. Henrico filio capellani. Willelmo de Neutune. W. Sot. Johanne Morin. Ricardo longo. Philippo de Coddreie. Willelmo de Heingham. Nigello de Hauekestune. et multis aliis.

Item de mesagio et crufta Edithe in Etune.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod Adam abbas et conuentus Sancti Johannis de Colecestria concesserunt et dimiserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Edithe filie Willelmi sacerdotis de Etune mesagium et cruftam cum pertinentiis suis quam Willelmus pater suus de illis tenuit in Etune. habendum et tenendum sibi et heredibus suis libere et quiete in feudo et hereditate. reddendo inde annuatim predictis abbati et conuentui duos solidos. scilicet duodecim denarios ad festum Sancti Michaelis et duodecim denarios ad Annunciationem dominicam pro omnibus seruitiis. Et sciendum est quod si de Radulfo filio et herede predicte Edithe humanitus contigerit ita quod de se heredem non habuerit. liceat Ricardo sacerdoti filio predicte Edithe predictum tenementum tenere ad uitam suam per predictum seruitium quamdiu per rationem justitiabilis erit eis. Ita quod post uitam suam redeat tenementum illud ad proximos heredes predicte Edithe. Pro hac concessione et dimissione dedit predicta Editha predictis abbati et conuentui uiginti solidos de gersuma. Sciendum est etiam quod cartam istam nec tenementum illud nulli hominum inuadiabunt. Hiis testibus. Willelmo aurifabro de Sancto Neoto. Willelmo de Chautune. Rogero de Boa. Roberto de Carun. Nicholao dispensatore. Johanne Pincerna. Radulfo camerario abbatis. Radulfo. Herberto portariis. et aliis.

Dimissio .iii. acrarum terre in Hamertune.

Nouerint omnes qui hanc cartam cyrographatam uiderint uel audierint quod Adam Dei permissione abbas monachorum Colecestrie et ejusdem loci conuentus dimiserunt et concesserunt Ade de Hamertune tres acras terre de feudo ecclesie sue de Hamertune distinctas et nominatas in eadem uilla. scilicet duas dimidias acras super Bonefurlong. et tres rodas apud Caldeuuelle. et unam rodam apud Millefurlong. et unam rodam et dimidiam in Cumb. et unam rodam et dimidiam in Brocforlong. et unam

rodam integram similiter in Brocforlong. habendas et tenendas sibi et heredibus suis cum illarum acrarum pertinentiis libere et quiete et honorifice. reddendo inde predictis abbati et monachis et eorum successoribus duodecim denarios per annum ad duos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis sex denarios et ad Pascha sex denarios pro omni seruitio et rebus omnibus que de terra exigi possint. Hanc concessionem et dimissionem fecerunt eidem Ade ad preces firmarii sui Rogeri de Sancto Johanne. et de fidelitate abbati et monachis perpetuo seruanda et quod numquam in manum Judei erit hanc cartam translaturus in eorum monachorum capitulo prestitit corporale juramentum. Hiis testibus. Ricardo capellano. Rogero Corbet. Thoma filio Gerardi. Waltero filio Alexandri. Johanne de Longa uilla. Radulfo Raffardo. Ricardo de Geddigge. Johanne de Geddigge. et multis aliis.

Dimissio dimidie acre prati in Hamertune.

NOUERINT uniuersi qui hanc cartam cyrographatam uiderint uel audierint quod Adam Dei permissione abbas monachorum Colecestrie et ejusdem loci conuentus concesserunt Ade de Hamertune dimidiam acram prati in Flexlond inter terram Egidii de Longa uilla et terram Roberti de Beumis. et abutat super Blakedole. habendam et tenendam sibi et heredibus suis libere et quiete inperpetuum. reddendo inde annuatim predictis abbati et monachis et eorum successoribus unum denarium ad Pascha pro omni seruitio et demanda. Et ut eorum concessio rata et stabilis permaneat hanc cartam cyrographatam tam dicti abbas et monachi sigillo capituli sui quam dictus Adam sigillo suo hinc inde roborare curauerunt. Hiis testibus. Egido de Longauilla. Thoma filio Gerardi. Ricardo Corbet. Johanne de Longauilla. Waltero filio Alexandri. Waltero clerico de Geddingge. et aliis.

De .iii. acris terre Ridel in Chich.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Radulfo filio Fulconis pro homagio et seruitio suo illas tres acras terre in uilla de Chich cum omnibus suis pertinentiis quas Rogerus Ridel filius Galfridi Ridel eis dedit in liberam elemosinam. habendas et tenendas de eis sibi et heredibus suis libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde eis annuatim octo denarios et obulum. scilicet ad Pascha quatuor denarios et obulum et ad festum Sancti Michaelis quatuor denarios pro omni exactione et seruitio quod ad eos pertinet. Predicti uero abbas et monachi warantizabunt sepedicto Radulfo et heredibus suis illas tres acras cum pertinentiis suis contra omnes homines et feminas. Idem etiam Radulfus de predicto redditu terminis statutis soluendo et de fidelitate predictis abbati et monachis in omnibus seruanda in eorum capitulo corporale prestitit juramentum. Hiis testibus. Ricardo de Asketot. Alexandro de Brichlingeseye. Symone filio Marciani. Ricardo filio Marciani. Nicholao filio Galfridi. Magistro Saero. Johanne de Inleya. Nigello de Hauekestune. Ricardo de Manestune. Jordano clerico. Willelmo de Heingham. Nicholao de Wilega. Roberto de Lascendune. Osberto marescallo. Herberto paruo. et aliis.

Item de .iiii. acris terre Ridel in Chich.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dederunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Radulfo filio Fulconis pro homagio et seruitio suo medietatem octo acrarum quas Rogerus Ridel dedit eis in liberam elemosinam in parochia Sancte Osithe de Chich. scilicet quatuor acras que jacent inter terram Walteri noui hominis uersus orientem et terram quam Ricardus de Cellario de predictis abbate et monachis tenet. habendas et tenendas de eis sibi et heredibus suis libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde eis annuatim quinque denarios. medietatem scilicet ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio consuetudine et exactione.

Predicti uero abbas et monachi warantizabunt sepedicto Radulfo et heredibus suis illas quatuor acras cum pertinentiis contra omnes homines. Idem etiam Radulfus de predicto redditu terminis statutis soluendo et de fidelitate predictis abbati et monachis in omnibus seruanda in eorum capitulo prestitit juramentum. Hiis testibus. Willelmo de Rocheford. Ricardo de Gosfeld. Ricardo de Asketot. Alexandro de Brichlingeseye. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Gaufridi. Ricardo de Teya. Stephano de Bouilla. Petro Noers. Waltero de Beuerestan. Stephano de Crustuuich. Ricardo de Braham. Adam de Bassingeburne. et aliis.

De aliis quatuor acris terre Ridel in Chich.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie dimiserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Ricardo de Cellario pro homagio et seruitio suo medietatem octo acrarum quas Rogerus Ridel eis dedit in liberam elemosinam in parochia Sancti Osithe de Chich. scilicet quatuor acras que jacent uersus West et juxta semitam ecclesiasticam et tendunt a prato predicti Rogeri usque ad aliam terram predicti Ricardi de Cellario. habendas et tenendas de eis sibi et heredibus suis libere et quiete et hereditabiliter. reddendo inde eis annuatim quinque denarios. medietatem ad Pascha et medietatem ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio consuetudine et exactione. Predicti uero abbas et conuentus warantizabunt sepedicto Ricardo et heredibus suis illas quatuor acras cum pertinentiis contra omnes homines. Idem etiam Ricardus de predicto redditu terminis prescriptis soluendo et de fidelitate predictis abbati et monachis seruanda in omnibus in eorum capitulo prestitit juramentum. Hiis testibus. Willelmo de Rocheford. Ricardo de Gosfeld. Ricardo de Asketot. Alexandro de Brichlingeseye. Symone filio Marciani. Johanne filio Radulfi. Nicholao filio Walteri. Nicholao filio Gaufridi. Ricardo de Teya. Stephano de Bouilla. Petro de Noers. Waltero de Beuerestan. Stephano de Crustuuich. Ricardo de Braham. Adam de Bassingeburne. et aliis.

De tenemento Sacoli in Fordham.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Sacolo de Creppinge tenementum illud in parochia de Fordham quod fuit olim Wlfwini Galli et postea Roberti le Yoc cum omnibus pertinentiis suis. habendum sibi et cui illud uoluerit assignare successiue libere et quiete cum quadam acra que jacet in campo qui uocatur Bromfeld. reddendo inde eis annuatim ad festum Sancti Luce ad anniuersarium Michaelis de Briche faciendum duos solidos pro omni seruitio et exactione. Hiis testibus. Alexandro filio Osberti. Symone filio Marciani. Ricardo fratre suo. Johanne filio Radulfi. Nigello de Hauekestune. Ricardo de Manestune. Johanne filio Willelmi. Radulfo de Frich. Audoeno filio Ricardi. Pagano de Creppinge. Symone clerico. et aliis.

De quodam prato Symonis Mercatoris in Creppinge.

SCIANT presentes et futuri quod Adam Dei gratia abbas et conuentus monachorum Colecestrie concesserunt et dimiserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Symoni mercatori de Creppinge quoddam pratum in Creppinge quod jacet inter campum qui uocatur Cucukeslonde et aquam subterfluentem. tenendum sibi et heredibus suis de eis inperpetuum libere et quiete in feudo et hereditate. reddendo inde eis annuatim duos solidos sterlingorum. scilicet duodecim denarios infra Octabas Pasche et duodecim denarios infra Octabas Sancti Johannis Baptiste pro omni seruitio et exactione. Pro hac autem concessione et confirmatione dedit eis predictus Symon quinque solidos sterlingorum et eis fidelitatem fecit. Hiis testibus. Waltero de Creppinge. Alano. Willelmo filiis suis. Johanne filio Willelmi. Reginaldo filio Algeri. Henrico filio Jordani. Pagano. Sacolo de Creppinge. et aliis.

De .ii. acris terre cum mesagio et alneto Theobaldi filii Willelmi.

Omnibus qui sunt et qui uenturi sunt Adam Dei gratia abbas Colecestrie et conuentus ejusdem loci eternam in domino salutem. Noueritis nos dimisisse et presenti carta cyrographata confirmasse Theobaldo filio Willelmi de Creppinge duas acras terre cum mesuagio et alneto subjacente quas Aluredus filius Turstani nobis donauit in puram et perpetuam elemosinam jacentes in campo de Pirefeld in parochia de Fordham. vt ipse et heredes sui habeant et teneant predictas duas acras libere et quiete cum pertinentiis suis. reddendo inde nobis per annum ad tres lampades Sancte Marie in magna ecclesia octo denarios. scilicet quatuor denarios ad festum Sancti Michaelis et quatuor denarios ad Pascha. Et sciendum est quod si predictus Theobaldus uel heredes sui predictum redditum ad aliquem predictorum terminorum non reddiderint liberum sit abbati et monachis terram illam in manus suas recipere et tenere nisi infra octo dies eis de retentis satisfecerint. Hiis testibus. Michaele de Fordham. Philippo filio Willelmi. Roberto Chauce. Audoeno filio Ricardi. Roberto Noblepas. Nigello de Hauekestune. Jordano clerico. Radulfo et Alano nepotibus abbatis. Herberto paruo. et multis aliis.

Cyrographum de .vi. acris et dimidia in Falkesburne dimissis Willelmo filio Freberni pro .vi. solidis et .vi. denariis annuatim.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam abbas ecclesie Sancti Johannis Baptiste de Colecestria et conuentus ejusdem loci concessimus et presenti carta confirmauimus Willelmo filio Freberni sex acras et dimidiam in Godiland quas Willelmus de Mairci dedit nobis in escambium molendini nostri in Falkeburne. tenendas et habendas illi et heredibus suis de nobis inperpetuum in feodo et hereditate libere et quiete. reddendo inde nobis annuatim sex solidos et sex denarios pro omni seruitio ad duos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis tres solidos et tres denarios et ad Pascha tres solidos et tres denarios qui assignantur inperpetuum ad luminaria ecclesie nostre sustentanda. Pro hac autem concessione et confirmatione

dedit nobis prefatus Willelmus uiginti quinque solidos de gersuma et se fidem bonam in omnibus seruaturum nobis et ecclesie nostre in pleno capitulo nostro jurauit. Et ut hec concessio nulla temporis posteritate possit infirmari eam hac carta cirographata roborare curauimus. Hiis testibus Osberto seneschallo. Radulfo Martel. Benjamin clerico. Godman. Thoma clerico. Radulfo Portario. Nicholao dispensatore. Michaele coco. Roberto Lideman. Yuone de Angre. et multis aliis.

Cirographum hominum nostrorum de Thackeworthe.

SCIANT presentes et futuri quod Adam abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie concesserunt et presenti carta cyrographata confirmauerunt Radulfo presbitero filio Salomonis de Tacheworthe et Rogero de la Westlonde et Willelmo preposito et Osberto coco et Rogero Holimoder quod ipsi et eorum heredes habeant et teneant tenementa sua in Tacheworthe inperpetuum de ipsis abbate et conuentu et eorum successoribus. reddendo inde eisdem annuatim viginti solidos ad duos terminos. scilicet medietatem ad festum Sancti Michaelis et medietatem ad Pascha pro omnibus seruitiis et consuetudinibus. saluis seruitiis et auxiliis domini regis cum abbas Colecestrie seruitia uel auxilia domino Regi fecerit. et saluis releuiis et aliis fortunis de jure contingentibus. Reddet autem Radulfus presbiter de tenemento suo annuatim dictis abbati et conuentui septem solidos. et Rogerus de la Westlonde de tenemento suo septem solidos. et Willelmus prepositus de tenemento suo quatuor solidos. et Osebertus cocus de tenemento suo octodecim denarios. et Rogerus Holimoder sex denarios. Et ut hec concessio et confirmatio rata et stabilis inperpetuum perseueret vni parti hujus carte cyrographate penes predictos Radulfum Rogerum Willelmum Osebertum Rogerum remanenti abbas et conuentus sigillum sui capituli apposuerunt. Relique uero parti penes abbatem et conuentum remanenti predicti Radulfus Rogerus Willelmus Osebertus Rogerus sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus. Rogero Corbet. Rogero Loreng. Jordano clerico. Ricardo de Manestone. Willelmo de Helteney. Roberto de Celario. Herberto paruo. et aliis.

Cirographum de terra de Lefsisheia.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam Dei gratia abbas Colecestrie et conuentus ejusdem loci communi consensu parique uoluntate concessimus et presenti carta confirmauimus Hamoni camerario decem acras terre in Lefsisheia cum earum pertinentiis quas Fulcherius foristarius nobis dedit in puram et perpetuam elemosinam. vt habeat et teneat predictam terram sibi et heredibus suis de nobis inperpetuum. reddendo inde nobis annuatim duos solidos ad duos terminos. scilicet duodecim denarios ad Pascha et duodecim denarios ad festum Sancti Michaelis pro omni seruitio quod ad nos pertinet. Pro hac autem concessione et confirmatione dedit nobis predictus Hamo duos solidos in gersumam. Ut autem hec concessio rata permaneat eam hac carta cyrographata et sigilli capituli nostri appositione roborare curauimus. Hiis testibus Magistro Waltero de Risendune. Wimundo de Witenham. Godefrido mercatore. Hugone Belewe. Roberto palmario. Elya filio Godefridi. Stephano filio Roberti. Johanne filio Roberti. Willelmo filio Roberti. et multis aliis.

De quadam terra in Fordham.

Nouerint uniuersi hoc scriptum cirographatum uisuri uel audituri quod Willelmus abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie concesserunt et presenti carta sua confirmauerunt Magistro Ricardo filio Hugonis del Pand pro homagio et seruitio suo totam terram illam cum omnibus suis pertinentiis que jacet in campo qui appellatur Plukesland in parochia de Fordham que jacet in longitudine chemini quod uocatur Kingeslane et in longitudine terre Symonis Costentin. et quandam peciam terre cum pertinentiis suis que jacet in eodem campo juxta terram Alani Palmerii et lanceat super Kingeslane juxta quandam pirum. tenendam et habendam de eisdem abbate et conuentu et successoribus suis illi et heredibus siue assignatis suis et eorum heredibus libere et quiete honorifice et hereditarie. reddendo inde annuatim dictis abbati et monachis duodecim denarios ad

duos terminos anni. scilicet ad Pascha sex denarios et ad festum Sancti Michaelis sex denarios pro omni seruitio consuetudine et exactione. saluo seruitio domini regis scilicet ad scutagium uiginti solidorum duos denarios et ad plus plus et ad minus minus. Et dicti abbas et conuentus warantizabunt et defendent predicto Magistro Ricardo et heredibus suis siue assignatis suis et eorum heredibus totas predictas terras cum omnibus suis pertinentiis contra omnes per predictum seruitium. Hiis testibus. Waltero de Creppinge. Philippo filio Willelmi. Gilleberto de Halstede. Radulfo Camerario de Sancta Ositha. Petro de Haldham. Johanne de Haueringe. Philippo de Eya. Theobaldo filio Willelmi. Michaele fratre ejusdem. Alano de Crepfeld. Radulfo fratre decani. Johanne de Copford clerico. Audoeno de Fordham. et aliis.

De terra et de mesuagio Floketune.

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam abbas et conuentus monachorum Colecestrie concessimus Hamelino Fot hereditabiliter terram nostram de sacristaria in Floctune cum edificiis infra ambitum illius terre sitis. salua grangia cum clauso suo quam sacrista retinet ad opus decimarum suarum in curia ejusdem terre. ut habeat et teneat libere et quiete. reddendo inde annuatim sacriste .III. solidos pro omnibus seruitiis ad hos terminos. scilicet ad festum Sancti Michaelis .XVIII. denarios. et ad Pascha .XVIII. denarios. Pro hac autem concessione et confirmatione predictus Hamelinus Fot dedit sacriste .XXIIII. solidos. Et ut hec concessio stabilis et rata permaneat hanc paginam cirographatam sigilli nostri inpressione roborauimus. Hiis testibus Osberto senescallo. Radulfo Portario. Waltero de Sartrino. Nicholao dispensatore. Adam capellano. Ricardo de Floctune. Martino. Salomone. Hugone camerario. Ricardo fratre ejus. Osberto de Floketune. et multis aliis.

[*From here to the end of the MS. the entries are in later handwriting.*]

Quieta clamatio Molendini de Cupefaud.

OMNIBUS Christi fidelibus Willelmus Dei gratia abbas et conuentus monachorum Sancti Johannis Colecestrie salutem in domino. Nouerit vniuersitas uestra nos concessisse remisisse et inperpetuum quietum clamasse pro nobis et successoribus nostris Willelmo de Lemberne et Matilde uxori sue et eorum heredibus ac perpetuis successoribus molendinum nostrum ad uentum in Cupefaud cum pertinentiis cum tota placia in qua situm est quam placiam habuimus de dono Willelmi Gernun in puram et perpetuam elemosinam. Ita quod neque nos neque successores nostri nec aliquis per nos uel pro nobis in predicto molendino nec predicta placia nec eorum pertinentiis aliquod jus exigere aut clamare poterimus nec habere debemus. Pro qua concessione remissione et quieta clamatione dedit nobis predictus Willelmus .xvi. marcas sterlingorum. et ne factum illud possit in irritum reuocari in posterum presens scriptum sigillo nostro communiuimus. Hiis testibus.

De .i. libra cymini nobis debita.

OMNIBUS Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Willelmus de Spaldwye abbas ecclesie Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu capituli nostri dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Johanni de Stebbenhethe nouem solidatos annuos et quieti redditus quos percipere solebamus de terra et tenemento cum omnibus pertinentiis que Rogerus de Straford faber de nobis tenuit in Brembelega et cum homagiis seruitiis releuiis wardis eschaetis et omnibus aliis rebus que inde nobis aliquo jure uel modo accidere debuerit. habendos et tenendos de nobis et successoribus dicto Johanni et heredibus suis siue assignatis et heredibus eorum libere quiete integre et hereditarie bene et in pace inperpetuum. percipiendos dictos nouem solidos ad quatuor anni terminos. scilicet ad Pascha viginti .vii. denarios et ad festum Sancti Johannis Baptiste .xxvii. denarios. et ad festum Sancti Michaelis .xxvii. denarios. et ad

Natiuitatem Domini .xxvii. denarios. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris dimidiam libram cymini vel .i. denarium in media Quadragesima super dictum tenementum pro omnibus seruitiis exactionibus consuetudinibus et secularibus demandis ad nos pertinentibus et sine omni occasione. saluo seruitio regali cum acciderit quod facere tenentur. Et nos et successores nostri predictum redditum nouem solidorum annuum liberum et quietum predicto Johanni et heredibus suis siue assignatis et heredibus eorum contra omnes gentes per predictum seruitium inperpetuum warantizabimus defendemus et aquietabimus. saluo regali seruitio sicut predictum est. Pro hac autem nostra donatione concessione warantizatione defensione acquietatione et presentis carte nostre confirmatione dedit nobis predictus Johannes .viii. marcas argenti in gersumam. Et ut predicta robur inperpetuum optineant presentem cartam sigilli capituli nostri impressione roborauimus. Hiis testibus.

De .viii. denariatis redditus apud Bergam.

OMNIBUS Christi fidelibus Willelmus Dei gratia. *et cetera.* Noueritis nos concessisse et dimisse Alano de Compes capellano rectori ecclesie Sancti Stephani de Walebroc in Londoniis quandam particulam terre nostre in villa de Writele juxta Bergam. cum pertinentiis suis. que scilicet jacet inter mesuagium Aylmari et grauam nostram de Berga et continet in longitudine nouem perticas et quatuor in latitudine. habendam et tenendam de ecclesia nostra sibi ad totam vitam suam et post ipsum Johanni de Dunilaunde nepoti suo et heredibus de se exituris in feodo et hereditate. ita tamen quod illam aliis dimittendo non possint a domo nostra alienare. reddendo inde per annum .viii. denarios. scilicet ad Pascha quatuor denarios et ad festum Sancti Michaelis .iiii. denarios et ad clausturam faciendo et sustinendo in circuitu inter illam et nostram sufficientem. In cujus. *et cetera.*

De dimidia libra piperis percipienda in Londoniis.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Willelmus Dei gratia abbas et conuentus Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu capituli nostri concessisse dimisse et presenti carta nostra confirmasse Galfrido de Wyntonia ciui Londoniensi quinque marcas quatuor solidos et .iiii. denarios annui et liberi redditus et quieti quem redditum nos habuimus in ciuitate Londoniarum et percipere solebamus de tenementis subscriptis. scilicet de tenemento illo in parochia Sancti Dunstani uersus Turrim quod Lithulfus Teutonicus tenet annuatim .xxvii. solidos. et de tenemento illo in eadem parochia quod Gunnora medica tenet annuatim quatuor solidos. et de tenemento illo in parochia Sancte Marie de Newecherche quod Oumfridus le Feuere tenet quod fuit quondam Petri Dagun annuatim uiginti sex solidos et .viii. denarios. et de tenemento illo in parochia Sancti Laurencii de Candelewichte strate quod Walterus de Standune tenet annuatim .xiii. solidos et quatuor denarios. quicquid uero in predicto redditu et de predictis tenementis habuimus uel habere debuimus absque aliqua diminutione. habendos et tenendos dicto Galfrido et heredibus suis siue cuicumque uel quibuscumque et quandocumque vendere dimittere legare uel quocumque alio modo assignare uoluerit et heredibus eorum libere quiete integre hereditarie bene et in pace inperpetuum. percipiendo predictas .v. marcas quatuor solidos et quatuor denarios annuatim de predictis quicumque eadem teneat sine omni contradictione et molestia ad terminos statutos debitos et consuetos sicut melius liberius et quietius easdem de dictis tenementis percipere solebamus. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris dimidiam libram piperis uel quatuor denarios ad medium quadragesimum in Londoniis uel aturnato nostro pro omnibus seruitiis exactionibus et demandis et sine omni occasione. Et nos et successores nostri warantizabimus predictum redditum quinque marcarum quatuor solidorum. .iiii. denariorum liberum et quietum predicto Galfrido et heredibus suis siue cuicumque uel quibuscumque vendere dimittere legare uel quocumque

alio modo assignare uoluerit et heredibus eorum contra omnes homines et feminas et uersus omnes gentes et Christianos et Judeos per predictum seruitium inperpetuum defendemus et aquietabimus. Pro hac autem nostra concessione dimissione warantizatione et presentis carte nostre confirmatione dedit. *et cetera*. Et ut hec nostra *et cetera*. Hiis testibus. *et cetera*.

De .xx. solidatis redditus dimissis domino Johanni de Grey.

OMNIBUS Christi fidelibus Willelmus Dei gratia abbas et conuentus monachorum ecclesie Sancti Johannis Colecestrie salutem eternam in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu et concordi uoluntate dedisse concessisse et presenti carta nostra cyrographata confirmasse domino Johanni de Grey pro homagio et seruitio suo viginti solidatos redditus cum pertinentiis in uilla de Carletune de tenemento quod habuimus ex dono quondam Radulfi Pirot quod aliquando tenuit Willelmus del Wast. habendos et tenendos eidem Johanni et heredibus suis et assignatis de nobis et successoribus nostris inperpetuum predictum redditum cum suis pertinentiis omnibus et quicquid juris in eo habuimus uel habere potuimus libere et hereditarie. reddendo inde nobis et successoribus nostris annuatim unum par cirotecarum ad Pascha apud aulam de Mundune nostram pro omnibus seruitiis consuetudinibus sectis curie nostre et omnibus rebus ad nos pertinentibus. Et nos et successores nostri warantizabimus ipsi Johanni et heredibus suis et assignatis redditum prenominatum cum pertinentiis omnibus contra omnes inperpetuum. Hiis.

De .xx. solidatis redditus dimissis domino Gileberto de Wautune.

OMNIBUS. *et cetera* Willelmus Dei gratia abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos concessisse remisisse et omnino quietum clamasse pro nobis et successoribus nostris inperpetuum domino Gileberto de Wautune et heredibus

suis uel assignatis totum jus et clamium quod habuimus uel aliquo modo aut casu habere poterimus aut nobis prouenire poterit in hominibus et tenementis eorum qui nobis viginti solidos soluere consueuerunt quos habuimus ex dono quondam Hawysie de Lannualei in uilla de Thacheuurthe cum omnibus suis pertinentiis tam in homagiis quam aliis seruitiis quecumque fuerint. scilicet de tenemento Radulfi presbiteri filii Salomonis .vii. solidos. de Rogero de Vhatelonde .vii. solidos. de Willelmo preposito quatuor solidos. de Oseberto coko .xviii. denarios. de Rogero Holimoder .vi. denarios. habendos et tenendos dictos .xx. solidos annui redditus predicto Gileberto et heredibus suis uel assignatis pro nobis et successoribus nostris inperpetuum. Ita quod nos dicti Abbas et conuentus nec successores nostri in dictos homines aut eorum tenementis aut redditu viginti solidorum predictorum aliquid juris unquam exigere poterimus aut uendicare. In cujus rei *et cetera.*

De aduocatione ecclesie de Hemingestune domino Willelmo le Rus.

OMNIBUS Christi fidelibus presens scriptum *etcetera.* Willelmus Dei gratia abbas et conuentus Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos dedisse concessisse remisisse et quietum clamasse pro nobis et successoribus nostris inperpetuum et presenti carta nostra cyrographata confirmasse domino Willelmo le Rus et heredibus suis uel assignatis totam partem nostram aduocationis ecclesie de Hemmingestune que ad nos spectabat cum omni jure nostro et clamio quod habuimus uel habere potuimus sine aliquo retenemento uel contradictione pro nobis et successoribus nostris in dicta aduocatione ejusdem ecclesie. vnacum redditu .xviii. denariorum quem percipere solebamus de tenemento quod uocatur Humiliard cum pertinentiis in eadem uilla et cum homagio et seruitio Roberti le Butiller dictum tenementum tenentis et heredum suorum. habenda et tenenda dicto Willelmo et heredibus suis uel assignatis uel cuicumque dare uel assignare uoluerit de nobis et successoribus nostris libere bene et in pace. reddendo nobis annuatim pro dicto homagio seruitio et tenemento de Humiliard .i. clauum girofili ad festum Sancti Johannis

Baptiste pro omnibus seruitiis et consuetudinibus sectis et demandis. Pro hac *etcetera.* dedit nobis dictus Willelmus .xl. marcas et deuenit homo Sancti Johannis faciendo abbati homagium pro dicto tenemento de Humiliard. Nos uero et successores nostri warantizabimus dicto Willelmo et heredibus suis uel assignatis dictam medietatem aduocationis et redditum et seruitium prenominatum contra omnes.

De quatuor acris terre dimissis Johanne de Wileghe clerico.

OMNIBUS Christi fidelibus Willelmus Dei gratia. *etcetera.* Nouerit uniuersitas uestra nos concessisse dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Johanni de Wyleghe clerico filio Nicholai quatuor acras terre arabilis cum pertinentiis jacentes in campo qui uocatur Westland quarum vnum capud abuttat super terram Philippi fratris dicti Johannis et aliud super terram Symonis Newenam. habendas et tenendas dictas quatuor acras terre cum pertinentiis dicto Johanni et heredibus suis uel assignatis libere integre bene et in pace cum libero ingressu et egressu ad dictas quatuor acras per uenellam que dicitur Newemannes lane. et ad pascendum herbagium dicte venelle cum animalibus suis quotiens habuerit necesse. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duos solidos. scilicet ad Pascha .xii. denarios et ad festum Sancti Michaelis .xii. denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. Et nos dicti abbas et conuentus warantizabimus. *etcetera.*

De .v. acris terre dimissis Willelmo de la Riuere in Berchout.

OMNIBUS Christi fidelibus Willelmus Dei gratia abbas et conuentus Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos concessisse dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Willelmo de la Riuere de Fordham et Emme uxori sue .v. acras terre cum pertinentiis in uilla de Berchoute vnde vnum capud quatuor acrarum extendit uersus Suth et aliud uersus North et quarum unum capud abuttat super terram domini Abbatis de Sancto Martino. et vna acra jacet juxta dictas acras. et abuttat unum capud

illius acre super alias quatuor acras uersus Est. habendas et tenendas dictas .v. acras terre cum pertinentiis predicto Willelmo et Emme vxori sue et eorum heredibus uel assignatis de nobis et successoribus nostris libere et quiete bene et in pace. reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris annuatim quinque solidos ad duos terminos. scilicet ad Pascha .II. solidos .VI. denarios et ad festum Sancti Michaelis .II. solidos .VI. denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et demandis. Et est sciendum quod dictus Willelmus ad destringenda omnia tenementa sua in eadem uilla de Berhoute et Fordham pro dictis .v. solidis quotiens opus fuerit concessit et obligauit. In cujus rei. *et cetera.*

De quodam scripto facto Philippo de Horkeleya.

Uniuersis Christi fidelibus Willelmus Dei gratia abbas et conuentus Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos per presens scriptum obligari Philippo de Horkeleya filio Philippi ad aquietandum ipsum Philippum et heredes suos uersus Andream Blundum et heredes suos de octaua parte unius militis quam facere debuit dicto Andree pro tenemento quod de eo tenuit in Dunilaunde. Et pro ista aquietatione dictus Philippus et heredes sui warantizabunt nobis vnam libram cymini quam nobis dedit percipiendam ab Oliuero filio Elye de Colecestria et heredibus suis et homagium ipsius Oliueri et heredum suorum et successorum et omnia alia sicut plenarius continentur in carta quam inde nobis fecit. In cujus. *et cetera.*

Quoddam scriptum factum Magistro Rogero de Cantelupo.

Sciant presentes et futuri quod nos Willelmus Dei gratia abbas Sancti Johannis et ejusdem loci conuentus reddidimus remisimus et quiete clamauimus Magistro Rogero de Cantelupo totam terram quam nobis uendidit Johanna de Aldham. que est de feodo ipsius Rogeri in Elteneye. De qua terra jacet vna pecia inter uiam que se extendit a domo dicti Magistri Rogeri uersus mesuagium quod habuimus de supradicta Johanna de Aldham in Elteneye et diuisam nostram que est de feodo prioris de

Bikenakere uersus austrum. et .vi. acre jacent juxta duas acras que pertinere solent ad ecclesiam de Mundune. vnacum illis duabus acris terre quas scilicet habuimus de Willelmo de Elteneye. habendam et tenendam sibi et heredibus suis uel assignatis inperpetuum. ita quod nec nos nec successores nostri aliquid juris uel clamii in predicta terra uel in predictis duabus acris habere uel uendicare poterimus aliquo tempore. saluis nobis viis chaciis et semitis quas predicta Johanna et sui antecessores et nos habere consueuemus. Pro hac autem. *et cetera.*

Confirmatio facta Ricardo de Muuirun de terra de Brichtlingeseye.

Omnibus Christi fidelibus. *et cetera.* Willelmus Dei gratia abbas Sancti Johannis Colecestrie et ejusdem loci conuentus salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu capituli nostri concessisse et hac presenti carta nostra cyrographata confirmasse Ricardo de Muuirun et Rohasie vxori sue et heredibus ipsius Rohasie omnes terras et omnia tenementa cum omnibus pertinentiis suis que Alexander de Brichtlingeseye uel Osebertus filius ejus melius et liberius de antecessoribus nostris tenuerunt die quo obierunt in dominico ut de feodo in Brichtlingeseye. scilicet in dominicis homagiis redditibus seruitiis et omnibus aliis ad predictas terras uel tenementa pertinentibus in uilla de Brichtlingeseye. habenda et tenenda eisdem Ricardo et Rohasie et heredibus ipsius Rohasie jure perpetuo et hereditario de nobis et successoribus nostris integre libere pacifice et quiete cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. faciendo nobis et successoribus nostris seruitia que predicti Alexander et Osebertus filius ejus nobis et antecessoribus nostris fecerunt pro dictis tenementis in eadem villa. videlicet per annum .xx.viii. solidos et .viii. denarios ad quatuor terminos. ad Natale domini .vii. solidos .ii. denarios et ad Pascha .vii. solidos .ii. denarios et ad festum Sancti Michaelis .vii. solidos .ii. denarios et ad festum Sancti Johannis Baptiste .vii. solidos .ii. denarios. Pro hac autem concessione. *etcetera.* Et ut hec nostra concessio et presentis. *et cetera.* presenti scripto sigillum nostrum apposuimus.

De .xxviii. solidatis redditus de tenementis Ricardi de Munuirun in Bribtlingeseye.

OMNIBUS Christi fidelibus. *etcetera.* Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu capituli nostri concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Ricardo de Munuirun et Rohasie vxori ejusdem et heredibus eorum omnes terras et tenementa cum omnibus pertinentiis suis que Alexander uel Osebertus de Bricthtlingeseye de antecessoribus nostris tenuerunt in villa de Brictlingeseye sicut melius et liberius eadem tenuerunt diebus quibus fuerunt viui et mortui in homagiis redditibus seruitiis releuiis eschaetis in pratis pascuis mariscis boscis planis semitis et cheminis aquis piscariis viuariis sepibus fossatis liberis introitibus et exitibus et aliis rebus cum omnibus pertinentiis et liberis consuetudinibus ad predictas terras et tenementa pertinentibus. habendas et tenendas dicto Ricardo et Rohasie et eorum heredibus bene et in pace libere quiete et hereditarie de nobis et successoribus nostris. reddendo nobis et successoribus nostris singulis annis .xx. et .VIII. solidos et .VIII. denarios ad quatuor terminos. scilicet ad Natale domini .VII. solidos et duos denarios et ad festum Pasche .VII. solidos et .II. denarios et ad festum Sancti Johannis Baptiste .VII. solidos et .II. denarios et ad festum Sancti Michaelis .VII. solidos .II. denarios pro omni seruitio exactione consuetudine sequela curie et demanda seculari. Et nos et successores nostri warantizabimus predictas terras et tenementa cum omnibus pertinentiis suis predictis Ricardo et Rohasie et eorum heredibus contra omnes homines et feminas preter sorores dicte Rohasie et earum heredes. Pro hac autem concessione. *et. cetera.*

De .xxii. denariatis redditus de tenemento Nicholai decani.

OMNIBUS *etcetera.* Willelmus Dei gratia abbas et conuentus Sancti Johannis Colecestrie salutem. Nouerit uniuersitas uestra nos unanimi assensu et concordi omnium ac singulorum nostrorum uoluntate concessisse remisisse et quietos clamasse pro nobis et successoribus nostris inperpetuum Magistro Rogero Agnello et heredibus suis et assignatis quatuor solidos

annuos de .v. solidatis redditus annui quos percipere solebamus de quodam tenemento et ejus pertinentiis quod quondam fuit Nicholai decani Colecestrie. et jacet in suburbio Colecestrie extendens se in longitudine a vico qui ducit ad Hethstratam usque ad curtilagium nostrum proprium in latitudine a chemino ducente ad abbatiam nostram usque ad mesuagium Ide de Langeho. Concessimus etiam et dedimus eidem Magistro Rogero et heredibus suis et assignatis quandam peciam terre nostre uersus stagnum nostrum ad additamentum curie sue sicut muro includitur ita quod uersus curtilagium nostrum extra murum nichil poterit exigere aut uendicare. Et est sciendum quod dictus Magister Rogerus et heredes sui uel assignati soluent nobis et successoribus nostris annuatim de toto dicto tenemento cum omnibus suis pertinentiis .XII. denarios tantum. scilicet ad Pascha .VI. denarios et ad festum Sancti Michaelis .VI. denarios pro omnibus seruitiis consuetudinibus et exactionibus omnimodis et a solutione predictorum quatuor solidorum a modo inperpetuum sint quieti. Pro qua relaxatione. *et cetera.* In horum omnium testimonium. *et cetera.*

De .vi. solidatis redditus in Homfeld et in Chalfespichtel.

OMNIBUS Christi fidelibus Willelmus Dei gratia. *et cetera.* Noueritis nos concessisse dedisse et hac carta nostra confirmasse pro nobis et successoribus nostris Waltero fabro del Hogate totam cruftam terre que quondam fuit Godwyni fabri que uocatur Homfeld et quandam peciam pasture que uocatur Chalfpichtel cum omnibus eorum pertinentiis. quam terram et pasturam tenuit Nicholaus le Gogel usque ad obitum suum. Jacet autem terra predicta inter mesuagium Roberti le Bau quod est de eodem feodo uersus Est pontem et terram Willelmi le Niker de feodo Sancti Botulfi uersus aulam de Grenstede. pastura uero jacet inter mesuagium Galfridi tannatoris et ripam uersus mesuagium Roberti le Bau quod fuit quondam Salote Tux. saluis nobis et successoribus nostris tenuris et seruitiis Roberti le Bau Galfridi tannatoris et Elye fabri. et saluis nobis libera chacea et cariatione ultra pasturam cum uoluerimus sine contradictione. Saluo nobis etiam pratello quod jacet juxta dictam terram sub haia uersus Suth. sub

qua haya dictus Willelmus et heredes sui leuabunt et sustinebunt fossatum de latitudine et profunditate quinque pedum ex parte prati. habendam et tenendam dictam terram et pasturam cum pertinentiis omnibus ut dictum est de nobis et successoribus nostris sibi et heredibus suis et cui aut quibuscumque dare uendere legare uel assignare uoluerit exceptis uiris religiosis aliis quam ecclesie nostre libere integre quiete et in pace. reddendo inde nobis et successoribus nostris annuatim .vi. solidos scilicet ad festum Sancti Michaelis .iii. solidos et ad Pascha .iii. solidos pro omnibus seruitiis consuetudinibus et exactionibus. Et nos et successores nostri warantizabimus ipsi Waltero et heredibus suis uel assignatis predictam terram et pasturam cum omnibus pertinentiis per predictum seruitium contra omnes. In hujus rei. *et cetera.*

De manumissione Radulfi de la Bich.

Omnibus Christi fidelibus. *etcetera.* Sciatis nos totius capituli nostri assensu pro nobis et successoribus nostris concessisse Radulfo de la Bich in Grenstede filio Ade quod idem Radulfus cum tota sequela sua inperpetuum liberi sint. ita quod nos nec successores nostri aliquo tempore futuro ratione seisine alicujus seruitutis preterite in eodem Radulfo cum tota sequela sua exigere poterimus aliquid seruitutis aut uendicare. Preterea concessimus eidem Radulfo et suis heredibus et hac carta nostra confirmauimus totam terram que fuit Ade patris sui in eadem uilla de Grenstede que nunc est extra parcum nostrum in eadem uilla et terram quam Gunnora Spillewater aliquando de nobis tenuit.

De Popeler madwe.

Inter Religiosos uiros abbatem et conuentum Sancti Johannis Colecestrie ex una parte et Ricardum Noreys de Colecestrie ex altera conuenit die Jovis proxima ante festum Sancti Gregorii Pape anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi septimo. videlicet quod predicti religiosi concesserunt ac dederunt eidem Ricardo in feodi firma vnam placeam prati jacentem

in prato dictorum religiosorum vocato Schonkesaker inter domum et gardinum dicti Ricardi. et continet in longitudine tres perticatas et in latitudine quatuor perticatas et dimidiam sicut per metas et bundas diuiditur et mensuratur. habendam et tenendam eidem Ricardo et heredibus suis uel suis assignatis dictam placeam prati cum pertinentiis suis supradictis in feodi firma ut predictum est de predictis religiosis et eorum successoribus imperpetuum. reddendo inde annuatim de predicta feodi firma idem Ricardus heredes et assignati sui predictis religiosis et eorum successoribus sex denarios redditus ad festa Pasche et Sancti Michaelis per equales portiones. Ita scilicet quod si predictus redditus aliquo termino vel anno aretro existat eisdem religiosis non solutus tunc vult et concedit predictus Ricardus pro se et heredibus et assignatis suis imperpetuum quod predicti religiosi et eorum successores tam in mesuagio dicti Ricardi quod inhabitat in suburbio Colecestrie quam in placea predicta distringere possint per omnia aueria et catalla mortua et viua in eisdem inuenta et districtionem retinere quousque de dicto redditu et ipsius arreragiis plenarie fuerit satisfactum absque contradictione alicujus. Dictique religiosi et eorum successores predictam placeam prati cum pertinentiis suis ut predictum est predicto Ricardo heredibus et assignatis suis warantizabunt imperpetuum. Et pro hac concessione idem Ricardus concedit pro se heredibus et assignatis suis teneri et obligari ad construendum et reparandum quoddam cheminum per quod dicti religiosi careant et careare debent fenum suum extra pratum vocatum Popeler madwe et Schonkysaker usque ad Estpontem per medium prati ipsius Ricardi vocati Chalfpitel sub mesuagio suo ex parte ripe ubi cariare solebant iidem religiosi de jure et consuetudine ab antiquo et illud ita sufficienter reparare quod iidem religiosi successoresque sui per idem cheminum fenum suum cariare ualeant absque omni dampno dictorum religiosorum pro ipsorum libito voluntatis. Concesserunt etiam dicti religiosi quod dictus Ricardus heredes et assignati sui licite possint cariare fenum suum cujusdam prati Matildis le Baw de Colecestria per medium prati dictorum religiosorum vocati Schonkysaker usque ad pratum dicti Ricardi vocatum Chalfpytil juxta Estpontem sub mesuagio ejusdem

sine contradictione vel impedimento alicujus temporibus debitis et oportunis. Ita tamen quod nec predictus Ricardus nec heredes vel sui assignati in pratum dictorum religiosorum animalia sua fugare possint absque licentia petita et obtenta. In cujus rei testimonium tam sigillum dictorum religiosorum quam sigillum dicti Ricardi huic scripto indentato alternatim sunt appensa. Hiis testibus. Warino filio Willelmi. Johanne le Teynturer tunc balliuis Colecestrie. Elia filio Johannis. Saheri de Donylande. Henrico. Surlag. Matheo filio Roberti le Verrer. Johanne Lotun Tintore. Warino clerico et aliis. Data apud Colecestriam die et anno supradictis.

Grant by Robert de Leycestre to Richard le Tundur of a house in Colchester.

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus de Leycestre burgensis Colecestrie concessi dedi et hac presenti carta mea confirmaui Ricardo le Tundur ejusdem ville et Emme vxori sue totum illud mesuagium cum suis pertinentiis quod quondam fuit Galfridi Tannatoris in suburbio Colecestrie vltra pontem orientalem quod est inter mesuagium quondam Roberti le Ball versus orientem et quondam parcellam prati quod vocatur Chalf pistel versus occidentem. habendum et tenendum totum predictum mesuagium cum suis pertinentiis de me et heredibus meis et assignatis meis predictis Ricardo et Emme et heredibus suis et cuicumque et quibuscumque et quandocumque illud mesuagium cum suis pertinentiis. dare inuadiare vendere legare vel assignare voluerint libere quiete bene et in pace imperpetuum. reddendo inde annuatim abbatie Sancti Johannis Colecestrie viginti denarios argenti ad duos terminos anni. scilicet decem denarios ad Pascha et decem denarios ad festum Sancti Michaelis. et michi et heredibus meis vel assignatis meis vnam radicem gingibris semper ad Natale Domini pro omnibus seruitiis consuetudinibus exactionibus et demandis secularibus. Pro hac autem concessione donatione et presentis carte mee confirmatione dederunt michi predicti Ricardus et Emma viginti solidos sterlingorum in gersumam. Et ego predictus Robertus et heredes mei et assignati mei

aquietabimus defendemus et warantizabimus totum predictum mesuagium cum suis pertinentiis predictis Ricardo et Emme et heredibus suis et suis assignatis in omnibus per predictum seruitium contra omnes gentes tam Christianos quam Judeos imperpetuum. In hujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus. Nicholao medico. Waltero Manser tunc balliuis Colecestrie. Oliuero filio Elie. Johanne fratre suo. Waltero fabro. Ricardo le Baw. Nicholao Medico. Nicholao Nono pistore. Johanne Franceys. Waltero Dubber. et aliis

[*Six lines blank.*]

Agreement between the Prior and Convent of Butley and the Prior and Convent of Colchester respecting tithes in Finbergh.

OMNIBUS sancte matris ecclesie filiis Gilbertus prior humilisque conuentus ecclesie Beate Marie de Buttheleia salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra nos ab Osberno abbate et conuentu monachorum ecclesie Sancti Johannis Baptiste Colecestrie duas partes decimarum de dominio de Fineberga in blado et in aliis rebus que decimari debent. et duas partes decime in blado de dominio Ricardi filii Rannulfi de Glemham ad jus eorum ab antiquis temporibus spectantes suscepisse. Has igitur decimas de predicto conuentu inperpetuum tenebimus sub annua pencione .xxiiii. solidorum quorum medietatem reddemus ad Pascha infra Octabas et aliam medietatem in festo Sancti Michaelis similiter infra Octabas. Ne igitur inter predictas ecclesias successu temporis aliqua malignandi possit oriri occasio scriptum illud sigillo nostro et sigillo ecclesie Sancte Osythe et sigillo ecclesie Sancti Botulphi Colecestrie roboratur. Testes sunt Osbernus senescallus. Benjamin clericus. Walterus dispensator. Willelmus marescallus. Stephanus frater Anselmi. homines abbatis. Rogerus capellanus. Symon clericus. Willelmus clericus. Walterus clericus. Gillebertus de Capella. Hubertus Blome. Henricus Mascun homines prioris et multi alii.

[*The remainder of this column and the next column are blank. The leaf paged* 327, 328 *is missing.*]

Charter of King Henry V. to the Burgesses of Colchester, 7 *July* 1 *Henry V. A.D.* 1413.

Carta libertatis ville Colecestrie.

Rex omnibus ad quos *etcetera* salutem. Inspeximus cartam carissimi domini et patris nostri Henrici scilicet secundi nuper regis Anglie factam in hec verba. Henricus. *etcetera.* Archiepiscopis. *etcetera.* Inspeximus cartam domini Ricardi. *etcetera.* Ricardus. *etcetera.* Inspeximus cartam confirmationis domini Edwardi. *etcetera.* Edwardus. *etcetera.* Inspeximus cartam domini Edwardi nuper regis Anglie patris nostri. *etcetera.* Inspeximus cartam confirmationis quam dominus Henricus quondam rex Anglie auus noster. *etcetera.* Inspeximus cartam quam Ricardus quondam rex Anglie auunculus noster fecit burgensibus nostris de Colecestria in hec verba. Ricardus Dei gratia rex Anglie dux Normannie. *etcetera.* Sciatis nos concessisse et presenti confirmasse carta nostra burgensibus nostris de Colecestria quod ipsi ponant de se ipsis baliuos quoscumque voluerint et justiciarios ad seruanda placita corone nostre et ad placitanda eadem placita infra burgum suum. et quod nullus alius sit inde justiciarius nisi quem elegerint. Et quod non placitent de aliquo placito extra muros ejusdem burgi. Et sint quieti de Scoth loth et de Danegeldo et de murdro. Et ubicumque summoniti fuerint coram justiciariis nostris errantibus licet acquietare eos per quatuor legales homines de ipso burgo. Et quod nullus eorum duellum faciat. Et si aliquis eorum implacitatus fuerit de placito corone nostre per sacramentum quod ei judicatum fuerit in burgo se disrationet. Et infra muros burgi nullus hospitetur de familia nostra neque de altera vi aut liberatione marescalli. Et sint quieti per totam Angliam et per portus maris de theoloneo et lastagio. de passagio de pontagio. et de omnibus aliis consuetudinibus omnibus temporibus et in omnibus locis. Et nullus burgensium judicetur de misericordia pecunie nisi ad suam guerram. scilicet centum solidos in hundredo suo. vel quolibet alio placito infra muros burgi. Et de illa misericordia sit afforatus juramento prefatorum burgensium et

amplius non sit meskeninge. Et volumus quod habeant omnes terras et debita et vadimonia quicumque ea debuerit ipsis. Et si quis theoloneum vel consuetudinem ab eis ceperit iidem burgenses capiant de ciuitate vel de burgo vel de villa in qua theoloneum vel consuetudo capta fuerit quantum burgensis dicti burgi pro theoloneo dedit vel quantum de dampno pro hoc habuerit. Precepimus quod illi qui eis debita debent bene et plenarie ea ipsis reddant vel apud Colecestriam disrationent quod reddere non debeant. et si debita reddere noluerint et ad disrationandum Colecestrie venerint burgenses nostri quibus debita illa debentur capiant namium de comitatu illo in quo illi manent qui debita illa debent quousque illa debita illis persoluant vel Colecestrie disrationent quod non debeant. Nullus forestarius potestatem habeat aliquem hominem infra banleucam vexare set omnes prefati burgenses nostri venari possint infra banleucam Colecestrie vulpem et leporem et catum. et pescagium suum habeant a Northponte usque ad Westnesse et quisquis terras adjacentes possideat consuetudines aque et ripe ex utraque parte habeant dicti burgenses nostri ad perficiendam firmam nostram sicut habuerunt tempore domini regis patris nostri et tempore Henrici aui ejus. Et prohibemus ne forum Colecestrie aliquo foro adultero impediatur sed sint fora et consuetudines in tali statu quali fuerunt confirmate juramento burgensium nostrorum Colecestrie coram Justiciariis errantibus domini regis patris. Testibus Hugone Dunelmensi. Hugone Couentriense. Huberto Sarum episcopis. Willelmo de Sancto Johanne. Johanne Marescallo. Willelmo Marescallo. Hugone Darde. Galfrido filio Petri. Data per manum Willelmo de Longo Campo cancellarii nostri Eliensis electi apud Douoram sexto die Decembris anno primo regni nostri. Nos autem predictam concessionem ratam habentes et gratam eam pro nobis et heredibus nostris concedimus et confirmamus sicut predicta carta rationabiliter testatur. Concessimus etiam prefatis burgensibus nostris Colecestrie et hac carta nostra confirmauimus pro nobis et heredibus nostris quod ipsi et heredes eorum imperpetuum habeant returnum omnium breuium nostrorum de omnibus rebus ad libertatem predicte ville Colecestrie pertinentibus. Hiis testibus *etcetera*. Data *etcetera*. Nos concessiones et confirmationes predictas ratas habentes

et gratas eas pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est burgensibus burgi nostri predicti et eorum heredibus et successoribus burgensibus ejusdem burgi concedimus et confirmamus sicut carta predicta rationabiliter testatur dicta clausula in carta prefati Ricardi regis contenta. videlicet 'Si debita reddere noluerint et ad disrationandum non venerint Colecestriam burgenses nostri quibus debita debentur illa capiant namium de comitatu illo in quo manent illi qui debita illa debent quousque illis debita persoluant vel Colecestrie disrationent quod non debeant.' omnino excepta. Preterea volentes eisdem burgensibus gratiam in hac parte facere ampliorem concessimus eis pro nobis et heredibus nostris quod licet ipsi vel eorum predecessores burgenses burgi illius aliquibus libertatum in dicta carta contentarum et expressarum aliquo casu emergente hactenus plene vsi non fuerint. ipsi tamen burgenses et eorum heredes et successores burgenses ejusdem burgi libertatibus illis et earum qualibet absque impedimento nostri vel heredum nostrorum Justiciariorum escaetorum vicecomitum aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque de cetero plene gaudeant et vtantur clausula predicta. 'Et si debita' semper excepta sicut superius est expressum. Insuper concessimus predictis burgensibus pro nobis et heredibus nostris et hac carta confirmauimus quod ipsi et heredes et successores sui burgenses burgi predicti imperpetuum sint quieti de muragio picagio et pauagio de omnibus rebus et mercandisis suis per totum regnum et potestatem nostram et per omnes portus maris. Et quod nullus burgensium burgi predicti placitet nec placitetur extra dictum burgum de aliquibus placitis assisis seu querelis nec de terris aut tenuris infra eundem burgum uel suburbium ejusdem existentibus nec de transgressionibus seu contractibus aliquibus infra burgum predictum seu libertatem ejusdem burgi factis. Et quotienscumque assise jurate seu inquisitiones alique super tenuris intrinsecis seu transgressionibus contractibus seu felonis infra dictum burgum seu libertatem ejusdem factis emerserint faciende assise ille jurate et inquisitiones per forinsecos nullatenus fiant sed per burgenses ejusdem burgi. nisi res illa vel factum illud tangat nos heredes nostros vel ministros nostros aut communitatem dicti burgi. Et quod predicti burgenses et eorum heredes

et successores imperpetuum habeant in burgo predicto vnam feriam singulis annis per octo dies duraturam. videlicet in vigilia in die Sancti Dionisii et per sex dies sequentes nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum Quare volumus *et cetera*. Hiis testibus. *et cetera*. Data *et cetera*. Nos autem *et cetera* usque ibi debita reddere noluerint vt supra et tunc sic: Et vlterius ad supplicationem nunc balliuorum burgensium et communitatis burgi predicti de uberiori gratia nostra et pro majori securitate eorundem balliuorum burgensium et communitatis heredum et successorum suorum et pro omnimoda ambiguitate et controuersia que super libertates franchesias predictas propter diuersa verba obscura in cartis et literis predictis contenta necnon propter sinistram intentionem et voluntariam interpretationem eorumdem generari poterint in futuris. concessimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est prefatis balliuis burgensibus et communitati quod iidem balliui burgenses et communitas dicti burgi et eorum heredes et successores habeant cognitionem omnimodorum placitorum de omnibus terris tenementis redditibus et seruitiis infra burgum predictum ac suburbium et libertatem ejusdem prouenientibus siue contingentibus tam de placitis assisarum noue disseisine et mortis antecessorum reddisseisinarum certificationum assisarum et attinctarum quam de omnibus aliis placitis realibus acetiam de placitis debiti transgressionis conuentionis detentionis compoti et aliorum placitorum personalium quorumcumque infra burgum predictum suburbium seu libertatem ejusdem prouenientibus seu contingentibus in la Mothalle ejusdem burgi coram balliuis burgi illis pro tempore existentibus tenendis tam in presentia nostra et heredum nostrorum quam in absentia nostra et heredum nostrorum. necnon executiones placitorum predictorum. Et quod iidem balliui et successores sui habeant cognitionem omnium placitorum predictorum et quod placita illa coram quibuscumque Justiciariis qualitercumque incepta in Curia nostra in la Motehalle burgi predicti coram prefatis balliuis et successoribus suis prosecuta terminata et executa existant. In cujus rei. *et cetera*. Teste Rege apud Westmonasterium septimo die Julii anno primo.

[*The remainder of this page, 19 lines, and p. 331 are blank.*]

Glossary of Saxon words occurring in the Charters of the Abbey.

1. Mundbriche. .i. Trespas ver seignur.
2. Burghbriche. .i. Quite de forfetur. de cite. de pescer.
3. Miskennynge. .i. Mesprise de parole ou de fet.
4. Schewynge. .i. Quite de moustreson. de marchaundise.
5. Lastynge. .i. Charger ou lemvoudra.
6. Frythsokne. .i. Fraunchise de Fraunch plegge.
7. Flemenefrewythe. .i. Chateus de Futyfs.
8. Wergelthef. .i. Laroun que put estre reyüt.
9. Utleap. .i. Eschapement de prison.
10. Forfeng. .i. Quite de auant prise.
11. Infeng. .i. Quite de prise en fefte.
12. Fredwyte. .i. Quite de demore en ost.
13. Fythwyte. .i. Quite de medlee.
14. Blodwyte. .i. Quite de sanc espandu.
15. Warwyte. .i. Quite de wardman trouer.
16. Hangwyte. .i. Quite de laroun pendu saunz seriant le Rey.
17. Hamsokne. .i. Quite de entrer a force en autri oustel.
18. Forstal. .i. Quite de autri veie desturber.
19. Infangelthef. .i. Laron ky est pris en vostre tere.
20. Utfangelthef. .i. Votre homme laron q est pris hors vostre tere.
21. Sokne. .i. Auer fraunche curt.
22. Sake. .i. Quite de Sutė ou de medlee.
23. Thol. .i. Quite de tonnu doner.
24. Them. .i. Auer progenies de vos hummes.

[*Then follows a copy of a Charter of* 27 *June* 1 *Richard II. A.D. to the Burgesses of Colchester, the text of which appears in the charter of K. Henry V. above.*]

Fine between John Buteturte, the Abbot of Colchester, concerning the advowson of the Church of Hamertone, 21 *Edward I. A.D.* 1293.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Sancte Trinitatis in quindecim dies anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo primo coram Johanne de Metyngham Roberto de Hertford Elia de Bekyngham et Petro Malore Justiciariis et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus. Inter Johannem Buteturte et Matildem vxorem ejus petentes per Willelmum de Tudenham positum loco eorum ad lucrandum uel perdendum. et Robertum abbatem ecclesie Sancti Johannis de Colecestria tenentem per Petrum Child positum loco suo ad lucrandum vel perdendum. de aduocatione ecclesie de Hamertone. vnde placitum fuit inter eos in eadem curia. Scilicet quod predicti Johannes et Matildis recognouerunt predictam aduocationem cum pertinentiis esse jus ipsius abbatis et ecclesie sue Sancti Johannis predicte et illam remiserunt et quietum clamauerunt de se et heredibus ipsius Matildis predicto abbati et successoribus suis et ecclesie sue Sancti Johannis predicte inperpetuum. Et pro hac recognitione remissione quietaclamatione fine et concordia idem abbas recepit predictos Johannem et Matildem in singulis orationibus et beneficiis que de cetero fient in ecclesia sua Sancti Johannis predicta inperpetuum. Et sciendum quod predictus finis leuauit eo quod per solempnem inquisitionem compertum fuit in eadem curia quod predictus abbas et predecessores sui fuerunt in seisina de predicta aduocatione per longum tempus ante statutum.

Letter from Hawysia Grellee to the Bishop of Lincoln, notifying the release of the next presentation to the Church of Walcre to the Abbot of Colchester A.D. 1289.

Reuerendo patri suo in Christo domino Oliuero Dei gratia Lyncolniensi episcopo sua si placet deuota filia Hawysia Grellee salutem in domino cum omni reuerentia et honore. Vestre reuerende paternitati per presentes

significo me remisisse ac vice religiosis viris abbati et conuentui Sancti Johannis Colecestrie jus meum presentationis quod in aduocatione ecclesie beate Marie de Walcre vendicaui. saluo michi et heredibus meis jure nostro presentandi ad eandem ecclesiam cum tempus vacationis alias euenerit. In cujus rei testimonium presenti sigillum meum est appositum. Data apud Wakerl. quinto Idus Octobris anno gratie M°CC° octogesimo nono.

Letter from Robert de Bradelby to the Bishop of Lincoln renouncing his presentation to the church of Walkerne, A.D. 1289.

VENERABILI in Christo patri domino suo reuerendo domino Oliuero Dei gratia Lincolniensi episcopo suus deuotus Robertus de Bradelby clericus salutem cum omni reuerentia et honore. Cum dominus Robertus filius Walteri ad ecclesiam de Walkerne vestre diocesis vacantem me nuper presentauerit juri quod michi competit seu competere poterit in ecclesia predicta per presentationem illam penitus renuncio per presentes. Et hoc reuerende paternitati vestre et omnibus quorum interest innotesco. In cujus rei testimonium *et cetera.* Data Colecestrie die Sabbati in festo Sancti Laurencii anno domini M°CC° octogesimo nono.

Letter from Robert Fitz Walter to the Bishop of Lincoln admitting the title of the Priory of Colchester to the patronage of the Church of Walcre, A.D. 1289.

REUERENDO patri in Christo domino Oliuero Dei gratia Lincolniensi episcopo suus Robertus filius Walteri miles salutem cum omni reuerentia et honore. Cum instrumenta religiosorum virorum abbatis et conuentus Sancti Johannis Colecestrie super jure patronatus ecclesie beate Marie de Walcre vestre diocesis inspeximus. paternitati vestre significo per presentes quod omne jus et clameum quod in aduocatione ejusdem ecclesie de Walcre vendicaui eisdem abbati et conuentui relaxaui et quantum in me est omnino quietum clamaui. In cujus rei testimonium. *et cetera.* Data apud Meleford in crastino Exaltationis Sancte Crucis anno domini M°CC° octogesimo nono.

Record of the Court of Exchequer discharging the Abbot of Colchester from services to the King for land in Estdon, A.D. 1325.

MEMORANDUM quod istud placitum inuenietur coram Baronibus de Scaccario apud Westmonasterium in quinto rotulo Placitorum de termino Sancti Michaelis anno regni regis Edwardi filii regis Henrici .XVIII°. finiente et .XIX. incipiente. Abbas Colecestrie attachiatus fuit ad respondendum domino regi una cum Johanne de Merek de .XX. et .VII. libris et .I. marca que sibi debentur pro duobus feodis in Malmesford Stybinton Estdon' et Blunteshale de diuersis auxiliis et scutagiis. Et abbas venit et dicit quod ipse nichil tenet de predictis duobus feodis nisi in Estdon'. Sed dicit quod ipse non tenetur respondere domino regi cum predicto Johanni de predictis auxiliis et scutagiis. quia dicit quod ipse et predecessores sui tenuerunt terram de Estdon' pro ecclesia de Lylecherche ex donatione Matildis quondam regine Anglie que eis predictam terram dedit in elemosinam ecclesie Sancti Johannis Colecestrie cum omnibus pertinentiis liberam et quietam et nominatim ab omni seruitio militari. quam quidem donationem Stephanus quondam rex Anglie predecessoribus suis monachis Colecestrie per cartam suam confirmauit. quas quidem cartas profert que predictas donationes testantur et petit judicium si teneatur domino Regi unacum Johanne Merek' etc. Et quia sufficienter compertum est per predictas cartas quod predictus abbas quietus est ab omni seruitio militari et quod non tenet predictam terram nisi in excambium in forma predicta: consideratum est quod predictus abbas de predicto debito eat sine die. et ceteri tenentes de eodem debito respondeant.

Explicit.

INDEX LOCORUM.

LONDINI: EXCUDEBANT CAROLUS WHITTINGHAM ET SOC.


89097138119
b89097138119a
